590501

SACRA RITUUM CONGREGATIONE

Emo, & Rmo Domino

CARDINALI CARACCIOLO

RELATORE

NUCERINA PAGANORUM

Beatificationis, & Canonizationis

VEN. SERVI DEI

ALPHONSI MARIÆ DE LIGORIO

Fundatoris Congregationis SSmi Redemptoris
ac olim Episcopi S. Agathæ Gothorum

INFORMATIO
ANIMADVERSIONES
RESPONSIO
SUPER VIRTUTIBUS,

NEC NON

ELENCHUS, SEU EXPOSITIO VIRTUTUM

Per postremos Annos duodecim.

ROMÆ MDCCCVI.

A 10

APUD LAZARINUM REV. CAM. APOST. TYPOGRAPHUM

NUCERINA PAGANORUM

Beatificationis, et Canonizationis

VEN. SERVI DEI

ALPHONSI MARIÆ DE LIGORIO

Fundatoris Congregationis SS̃mi Redemptoris, ac olim Episcopi S. Agathæ Gothorum.

INFORMATIO

SUPER DUBIO

An constet de Virtutibus Theologalibus Fide, Spe, & Charitate in Deum & Proximum; & Cardinalibus Prudentia, Justitia, Fortitudine, & Temperantia, earumque adnexis in gradu heroico, in casu, & ad effectum, de quo agitur?

BEATISSIME PATER

1 Si veracissimo, et infallibili Divini Præceptoris oraculo, *qui fecerit et docuerit hic magnus vocabitur in Regno coelorum; Matth.* 5. 19.= MAGNUM vocari in coelis *Venerabilem* ALPHONSUM MARIAM DE LIGORIO illius Causæ acta luculentissime perhibent. Eum propterea talem a Te PIE PONTIFEX MAXIME vicariæ ipsius Christi vocis oraculo declarandum in terris fidentissime sistimus.

2 FECIT profecto, qui non modo Dei mandata servavit, sed Evangelica item consilia sectatus est. E gente quippe prognatus apud Neapolitanos Proceres patritio loco clarissima, abdicatis Familiæ suæ primogenitis, splendidisque nuptiis a Patre propositis, nec non arridenti sibi Foro, Aulæ honoribus, divitiis, et blandiloqui mundi deliciis pro Christo strenue valedicto, velut alter *Avellinus*, nomen Ecclesiæ dedit; imo vero, Abrahæ renovata constantia, exivit de Patria, de domo, de cognatione sua, et venit in terram, quam monstraverat illi Deus. Mundum enim eludens rudi amictus veste, vilique insedens asello Schalensem Urbem petiit, ibique in summa rerum omnium inopia novam in Ecclesia Presbyterorum Familiam instituit, qui ruriculas præsertim Christianis præceptionibus erudirent; cui quidem Congregationi Benedictus XIV. per Apostolicas Litteras datas *die* 25. *Februarii anni MDCCXLIX.* Pontificiæ adprobationis robur, ac *SS̃mi Redemptoris* nomen adjecit.

3 FECIT qui ad perennem Proximorum salutem non modo novam Congregationem Instituit, sed etiam illam adeo sanctis institutis communivit, ut Filii sui ad evangelizandum pauperibus missi, et per utriusque Siciliæ Regna, Pontificiam Ditionem, Germaniam, et Poloniam propagati, hæreditario Parentis zelo fervescere, ejusque, ut ita dicam, animam ducere videantur. = *La memoria di Monsignor Lignori vive in benedizione, e rispetto presso di ognuno, ED IL SUO ZELO VIVE, E VIVERA' SEMPRE &c. NEI DEGNI FIGLI, E SEGUACI DELL' APOSTOLICO SUO ISTITUTO* = graviter ita testatur SERENISSIMUS utriusque Siciliæ REX *Sum. pag.* 2, *init.* Uberrima ergo messis, quam ipsi in mystico Ecclesiæ agro quotidie colligunt, Fundatoris zelo referri debet accepta; juxta illud Eccl. c. 44. = *In generationibus Gentis suæ gloriam adepti sunt, & in diebus suis habentur in laudibus &c. cum semine eorum permanent bona, hereditas sancta nepotes eorum &c. semen eorum, & gloria eorum non derelinquetur &c. nomen eorum vivet in generationem, & generationem*; et advertit S. Antoninus *in Sum. part.* 4. *tit.* 2. *cap.* 4. *v.* 7., quod = *Dicuntur etiam fructus nostri opera permanentia.*

4 FECIT, qui anno 1762. ab æt. me. Clemente XIII. obedientiæ præcepto *S. Agathæ Gothorum* Episcopus designatus, ita Pastorale munus exercuit, ut *Thomæ de Villanova*, *Francisci Salesii*, *Caroli Borromæi*, aliorumque florentis Ecclesiæ Pastorum renovarit exempla. Sacri hujusce Antistitis heroica, et præclarissima gesta per Testes abunde probata ipsi Agathenses Apostolici Judices uno hocce elogio paucis complectuntur = *Non dobbiamo ommettere di asicurare &c. che avendo Noi avuta la sorte di conoscere, ed alle volte ancora famigliarmente trattare, mentre dimorò da Vescovo in questa Città, e Diocesi, il Venerabil Servo di Dio esser Egli stato UNO DEGLI EROI PIU' SINGOLARI DEL NOSTRO SECOLO, E PER LA DOTTRINA, E PER LA SANTITA' DELLA VITA, un Sacerdote secondo il Cuore di Dio, un uomo veramente Apostolico, Vescovo secondo l' Apostolo, sobrio, prudente, ornato di tutte le virtù, di sana dottrina, stimato da tutti, di uno spirito d'orazione, ripieno di zelo, di fatica, e di pietà, e d' ogni virtù adorno; innamoratissimo di Gesù Cristo Sagramentato, ed appassionato della sua gran Madre Maria Santissima; nemico del proprio comodo, anzi disprezzatore di se stesso; misericordioso con tutti, forte per la Giustizia, tutto opera per il bene del Prossimo, distaccatissimo dai Congionti, e da qualunque interesse; e che altro non aveva in mira, che la Gloria di Dio, e la salvezza delle Anime. La sua memoria è presso tutti in benedizione; e la fama delle sue virtù, e della sua Santità vive tutt' oggi per ogni dove* = (*Proc. Apost. S. Agathæ fol.* 5.)

5 FECIT, qui judiciali Confessariorum omnium testimonio innocentiæ stola in Baptismo accepta candida Creatori reddita (*Sum. num.* 17.) arduum perfectionis iter a prima ætatula aggressus, per omnes vitæ semitas heroicis virtutibus floruit (*Summ. per tot.*) Verum non modo *fecit*, sed item *docuit*.

6 DOCUIT enim *verbo* QUI per *triginta sex* et amplius *annos* Apostolico *Missionarii* munere functus Neapolitani Regni Provincias, Oppida, et Urbes multitudine innumerabiles divinam legem edocuit, populorum mores reformavit, perditosque homines ad Christum convertit; QUI Agathensis Ecclesiæ *per tresdecim annos* gubernacula tenens, quamvis mala semper valetudine usus, Evangelica prædicatione, appositisque legibus ut bonus Pastor erudivit, et pavit Gregem suum; QUI, licet morbis,

bis, senioque fractus anno 1775. sa. me Pio VI. annuente, sese Episcopatu abdicarit, pascendi tamen Christi gregis munus tum privatis monitis, tum publicis concionibus in ultima ipsa devexa ætate *Nuceriæ Paganorum* exercere non destitit.

7 DOCUIT item *scripto* qui animarum zelo accensus *Asceticis*, *Dogmaticis*, et *Moralibus* Operibus, repetitis editionibus mirifice per orbem evulgatis, Christi Fideles ad pietatem informavit. Hisce porro scriptis adhuc ipse Ligorius vivit, ac ita vivit, ut non modo in Italia, sed Germania, Gallia, Hispania, cæterisque Europæ Regnis versari, et habitare nominis sui, suique Apostolici zeli gloria videatur.

8 DOCUIT qui nostra præsertim ætate tempus advenisse dolens, in quo cæci plerique mortalium sanam doctrinam non substinentes ad sua desideria coacervant sibi magistros prurientes auribus, a veritate quidem auditum avertunt, et ad fabulas convertuntur, ipse ministerium suum implens in id totam ingenii aciem intendit, ut scriptis contra *Deistas*, *Atheistas*, *Materialistas*, aliosque Hæreticos Catholicæ Religionis Dogmata docte, et strenue propugnaret.

9 DOCUIT qui de Apostolica Sede meritissimus, Summi Pontificis *Primatum*, *Infallibilitatem* in rebus Fidei definiendis antequam accedat Ecclesiæ consensus, ac ipsius *Auctoritatem supra Oecumenicum Concilium* solidis argumentis vindicavit, imo ad mortem ipsam subeundam pro hujusmodi veritatum defensione sese promptum identidem protestabatur.

10 DOCUIT, inquam, doctissimus hic Antistes, ac ita bene docuit, ut omnibus ejus Operibus tum typis editis, tum manuscriptis ex Apostolicæ Sedis disciplina ad severam trutinam revocatis, *nihil in iis censura dignum fuisse repertum* Sacra hæc Congregatio decreverit *die* 14. *Maii* 1803., cui decreto die 18. ejusdem Mensis SANCTITATE VESTRA annuente Apostolicæ confirmationis robur accessit.

11 Jure itaque, meritoque diximus ipso Christi oraculo Ven. Alphonsum de Ligorio MAGNUM in cœlis esse, utpote qui *fecit*, et *docuit*. Ejus propterea merita postulant, ut hunc virum doctrina celebrem, et Sanctitate admirabilem ad nostræ ætatis præsidium PIE PONTIFEX MAXIME inter Christianos heroas irrefragabili Decreto adscribas. Id item *utriusque Siciliæ* Pientissimus REX a TE enixis votis efflagitat, qui Ven. Alphonsum de Ligorio ad sacras Aras evehendum exoptat, tamquam *lume, ed esempio d' ogni virtù Episcopale, pregio, e decoro ai nostri giorni di questa Città* (Neapolis) *in cui nacque di nobil Sangue, ed uno de più fervorosi, ed instancabili Operarj Evangelici, che abbian mai travagliato in questo Regno al maggior servizio di Dio*; qui propterea existimat, quod *sarà sempre di maggiore edificazione ai Fedeli, e di gloria a Dio l' eterna esaltazione del suo Servo per immitazione, e conforto alla presente generazione, che lo hà veduto frà lei vivere, ed operare, ed alle generazioni venture che averanno UN NUOVO LUME ACCESO NELLA CASA DEL SIGNORE collocato altamente, e venerato nella Cattolica Chiesa*,

12 Sed ex iis quæ hactenus delibavimus Alphonsi habemus imaginem, quantusque ille sit de quo judicium ferendum est satis clare intelligitur; ne tamen a majorum more declinare quodamodo videar, ejus vitæ synopsim texendam aggrediar.

DE VITA V. S. D.

COMMENTARIOLUM

13 Neapolitana Patricia Gens in quinque sedilia partitur. Horum alteri cui a *Porta Nova* cognomen, adscripta est Ligoria Familia avita generi nobilitate clarissima. Ex eadem Joseph Marinæ militiæ Dux XVII. labente seculo in matrimonium ducta Anna Cavaleria æque nobilissima Brundusina fœmina plures ex ea suscepit liberos, eorumque natu majorem Alphonsum Mariam, cujus vitam, quantum commentarii natura patitur litteris consignandam suscipimus.

14 Nobilissimus Genitor partam a majoribus gloriam cum egregia in Deum pietate sociavit. Amplissima quippe, et publica munera integerrima fide, ac singulari prudentia gerens militari præsertim scientia celebrabatur. Illud de eo memoriæ proditum est, summos Christi cruciatus singulis non modo diebus, sed etiam horis cogitare, et recolere consuevisse. Quo vero in id sese facilius excitaret quatuor simulacra Divini Redemptoris varia tormenta patientis tam assidue contemplabatur, ut ea Regiis Triremibus præfectus secum ipse detulerit. Ad hæc porro sese in angustiis orantem sæpe sæpius e Turcarum insidiis incolumem evasisse Deo gratus narrabat. Hinc eo vita functo eadem simulacra in Sacello Collegii SS. Redemptoris apud Juranos venerationis causa asservantur.

15 Lectissima vero Genitrix omnigenæ virtutis fœmina germanum fratrem Jacobum Cavalerium Pium Operarium, ac Trojæ Antistitem, Sanctitatis et Miraculorum fama commendatissimum æmulata, si eum christiani virtutibus omnibus, orationis præsertim, ac pœnitentiæ studio non antecelluit, certe tamen æquavit. Horas Canonicas, claustralis instar, rite ac religiose quotidie persolvere consueverat. In Ecclesiæ jejuniis tam rigida fuit, ut etiam nonagenario major ea religiose servaverit.

16 Hisce itaque Parentibus in suburbana æde Pagi de Marianella forte rusticantibus est natus Alphonsus V. Cal. Octob. anni 1696., ac inde Neapoli in Parœcia, quam a Virginibus nuncupant, sacro fonte regeneratus.

17 Vix infantiam egressus piæ Genitricis educationi apprime respondit. Solebat enim ipsa sæpius per diem, præsertim sub vesperum suis stipata liberis teneras illorum mentes divinis misteriis imbuere, et ad omnium Virtutum actus exercere. Hinc Alphonus ceteris natu major tradita ab optima Genitrice virtutum documenta compositis, modestisque moribus reddere videbatur. Tenera enim ætate, neque cum æqualibus ludere, neque pueriliter quidquam facere visus est, sed ab ineptiis, et nugis prorsus abhorrens amare silentium, et solitudine delectari solebat. Genitorum jussis dicto citius parebat, cæterisque fratribus ad pietatem erat incitamento. Quibus sane rebus domesticis non modo, sed exteris item futuræ sanctitatis, ac cælestis benedictionis, qua præventum omnes existimabant, indub a argumenta præbebat. Comuni vero expectationi judicioque vaticinium accessit. Quum enim Parentes pium hunc puerulum Ven. Viro Vaticani oraculo Heroi *P. Francisco de Hieronymo* e Societate Jesu virtutum fama celebratissimo obtulissent, is eum ad decrepitam ætatem, et ad Episcopalem Dignitatem perventurum, maximoque Ecclesiæ bono futurum prædixit, quemadmodum prædictioni successit eventus.

18 Quamobrem Parentes, ne quidquam omitterent, quod ad hunc Puerum cælesti benedictione præventum pie sanctæque instituendum duceret, alteri

teri eum ex Oratorii Patribus eximia virtute viro P. Thomæ Pagano eorum affini ad virtutem informandum tradidere. Huic Presbytero quamrectissime instituenti pro sua egregia indole docilem se præbuit Alphonsus atque morigerum. Brevi ad pœnitentiæ Sacramentum admissus illud semel, et iterum per hebdomadam obire jam tum consuevit; divinoque Eucharistiæ cibo refici summo fervore cæpit.

19 Decennis piæ cuidam Congregationi apud Oratorii Patres erectæ nomen dedit, in qua nobiles ephebi ad pietatis, et Religionis amorem per spirituales exercitationes inflammantur. Hisce ergo assiduus intererat, ac Sacramentorum frequentia, jugique orationis, et contemplationis studio cœvis suis sese imitandum præbebat. Accidit interea, ut, nescio quo die, Oratorio Præfectus nobiles pueros, inter quos etiam Alphonsum, pomeridianis horis suburbanum rus Principis Arricciæ, cui nomen *Miradoisi*, levationis causa conduceret. Illuc perventi Alphonsum socii rogarunt, ut secum pila luderet; verum is, ut ludum a teneris unguiculis oderat, renuit primum, iteratis tamen illorum precibus, ne in innocenti re singularis videretur, annuit. Licet nunquam pilæ operam ipse dedisset fortuna evenit, ut victor evaderet. Ira eventu percitus Sociorum natu grandior exiguum propositum lucrum Alphonso solvens in minus honesta verba prorupit. Ad hæc ille = ita ne pro vili nummo divina Majestas offenditur? A me Deus avertat tali modo lucrari =, ac interea nummos ad socii pedes abjiciens terga vertit, Inque ruris penetralia secessit. Cæterorum ora præ illius sermonis gravitate verecundiæ rubor incessit, sed ut puerilis fert ætas, paulo post ludo rursus dant operam. Vesper tandem quum esset, singuli rus circumeunt, ut Alphonsum reperiant, ac abdita penetrantes Eum mirabundi in secreto ruris angulo ad B. V. Imaginem arbori consulto appensam genuflexum, prorsusque a sensibus alienatum invenere. Tenero hocce spectaculo hæserunt attoniti, eoque ab extasi excusso, Urbem repetunt secum taciti per viam eventum alta mente volventes, quem domesticis quisque, instar prodigii, nunciavit.

20 Pietati literarum scientiam adjunxit. Ut enim erat ingenio natura sublimi promptoque, ac memoria tenaci, perquam facillime non modo latinam linguam, sed philosophiam, ac Cæsarii, et Pontificii juris scientiam brevi percepit. Quamobrem decimum sextum ætatis annum vix attigerat, et utriusque Juris laurea, ac Senatoria toga, quæ ipsi ætate talis longior erat, in Neapolitano Collegio donatus est. Omnes profecto obstupescebant adolescentulum adhuc ætate immaturum tanta scientia pollere.

21 Quo vero magis literarum, eo magis perfectionis studio proficiebat. Ætate licet grandior a Patris nutu instar pueruli omnino pendebat. Maturo enim tempore ab Acerræ Antistite sacro Chrismate munitus Pœnitentiæ, et Eucharistiæ mysteria frequens obibat, divinis assidue intererat, Beatissimam Virginem, cæterosque Cælites tenero devotionis sensu prosequebatur, et quotidie salutarem hostiam publice per quadraginta horas in templis expositam tanto fervore, corporisque compositione supplex adibat, ut vel ferventiores Ecclesiastici ad hujusce nobilis adolescentuli exemplum erubuerint, propterea que ipsi, quamvis ignoto, sese comites adjungere, ac spiritualem consuetudinem inire sategerint. Uno verbo; tanta pietate florebat, ut licet Genitori, utpote triremium Duci, multi essent gentiles captivi, unus tamen ille, qui Alphonso famulabatur, pii heri motus exemplo, Christianam fidem fuerit amplexus, in eaque pie sanecteque decesserit.

Etsi

22 Etsi vero in seculo viveret nullis ejus oblectabatur blanditiis. Si aliquando sub vesperas tantisper a studiis levabat animum, erudita nonnisi summorum virorum consortia petebat, ita ut vel ipsa studiorum remissio novum studii genus videretur. Castitatis cultor eximius a mulierum conversatione, aspectuque refugiebat, et a choreis semper abhorruit. Hinc si Patris jussu theatrali spectaculo interesse cogeretur, consulto ab eo oculos avertebat. Ubi verò doctorali laurea donatus extitit piæ Doctorum Societati in Oratorii templo erectæ nomen dedit, coevisque, cum cæteris pietatis operibus, tum præsertim misericordia in pauperes, ægrotosque se se absolutum præbuit exemplum. Frequens quippe Incurabilium Valetudinarium petebat, infirmisque ingenti charitatit, et humilitatis sensu inserviebat. Decem, et octo annos natus pliis exercitiis apud PP. Societatis Jesu operam dedit, quibus iterum, ac tertio in æde, quam a Virginibus appellant Congregationis Missionis, repetitis, majoris perfectionis sectandæ ignibus incendi sensit.

23 Sed viginti quinque nondum grandior annis summo Civium plausu Advocati munere fungebatur in Patria. Tanta vero jurisprudentiæ laude, causisque agendis peritia, et ingenio celebrabatur, ut majoris momenti quæstiones inter privatos non modo, sed inter Regni Magnates exortæ illius commendarentur patrocinio. Quod quidem causæ extitit cur præter cæteras amplissimi patrimonii, ac nobilissimi Feudi causa ad ipsum, utpote strenuum jurisconsultum fuerit demandata. Quo gravior Causa erat, eo intensiore studio usus est; mensem propterea in actis diligenter evolvendis, attenteque rimandis impendit. Stata ergo die de victoria securus in judicium venit, tantaque eloquentia, ac rationum pondere Causam peroravit, ut adstantes non modo, sed ipse Judex Dominicus Caravita nutibus, tacitoque plausu inter dicendum victoriam ipsi certo pollicerentur. Vix Alphonsus bene finierat, cum adversarius, quin verba proferret, pacato animo acta pervolvens negativam quamdam particulam Judici animadvertendam perhibuit, qua tota contraria defensio ruebat. Improviso hocce eventu Ligorius, quodam velut ictu perculsus, hæsit attonitus. Quum enim Ipse in ea dicenda causa cæterisque, integre, castèque pro summa religione versaretur, propterea que objecta particula in diligenti actorum lustratione ab ejus oculis excidisset, veritus, ne id malæ potius tribueretur fidei, verecundiæ rubore suffultus parum abfuit, quin exanimis humi procumberet. Tunc adstantes omnes, ipseque Judex de eximia illius religione optime conscii, ut ei animum addant, religiosos quosque viros in hujusmodi innocentes errores facillime defensionis æstu adduci solitos proposuere. Sed frustra. Inter enim illam subitam animi agitationem meliore sibi divinitus immissa mente, arridenti foro, ac mundo valedicere deliberat, locoque discessit. Tribunalis gradus descendens = novi te Munde, tuamque novi fallaciam = inclamabat.

24 Domum perventus cubiculum secessit triduumque jejunus in altissima contemplatione transegit. In solitudine divina vox ad ejus cor eloquebatur, et Ecclesiasticam vocationem exequendam proponebat. Interea temporis Clientes omnes Causasque dimisit. At Genitor ubi ex hacce filii deliberatione, quam sibi in eo et divitiarum, et amplissimorum Aulæ honorum spem jamdiu conceperat, peremptam sibi vidit, intime doluit, prorsusque ira excandescere visus est. Illum modo blanditiis, et consanguineorum officiis, modo minis a proposito removere sategit. Quum vero omnia in irritum cedere vidisset, ægreque tulisset filii repulsam Aulæ pompæ, publicisque choreis interessendi, rus ex Urbe evolavit.

Hac

25 Hac vicissitudine, et quasi conflictu per eos dies exagitatus Alphonsus cum in ejus pectore et erga Genitorem obsequium, et vocationis exequendæ deblrum pene ex æquo certarent, contrarias in partes magna sui perturbatione distrahebatur. Inter alternas fluctuantis animi propensiones dominico quodam die charitatis causa, ut antea solebat, Incurabilium Nosocomium petiit. Illinc reduci divina quædam oborra lux est, qua clare intellexit haud amplius sibi commorandum in seculo. Quamobrem cum forte a Templo B. V. Redemptionis Captivorum non ita procul abesset, illud statim ingressus sese Deo in holocaustum obtulit, suumque ensem ad Deiparæ aram anathematis loco suspendit.

26 Ne vero in re tanti momenti suæ fideret voluntati, P. Pagano, quo conscientiæ utebatur interprete, cælestem mentis illustrationem aperuit, ab eoque in proposito confirmatur. Quo factum, ut se familiæ Primogenitis abdicarit, ac splendidis nuptiis lectisssmæ Puellæ Theresiæ de Ligorio e Principibus de *Presiccio* sibi a Patre propositis renunciaverit. Per eumdem vero moderatorem, perque Avunculum *Cavalerium* Trojæ Antistitem sanctissimis moratum moribus apud Genitorem egit, ut ab eo exequendæ vocationis potestas sibi fieret. Tantis profecto mediatoribus haud ille potuit, quin filium, licet ægre, voti compotem faceret. Voluit tamen ut domi suæ remanerer. Sese enim recipere optabat apud S. Philippi Neril Presbyteros a quibus ultro fuerat admissus.

27 Jam vero, quam, satis comperta divini numinis voluntate, Ecclesiasticæ Vitæ ineundæ deliberationem ceperat, non amplius differendam, sed maturandam omnino existimavit. Die igitur vigesimatertia Septembris 1724. per Archiepiscopum Nazarenum Mirabella a Cardinali Pignattello Archiepiscopo Neapolitano ad id delegatum Ecclesiæ tonsura initiatus est. Mox inferiores Ordines insequenti mense Decembri recepit. Ut statim sese ad Evangelicam prædicationem informaret, Congreg. Apost. Missionum in Metropolirana erectæ nomen dedit. Hujusce Presbyteris sacris expeditionibus vacantibus sese comitem adjungens jam tum Apostolicum munus obibat, ac provincias cum ipsis perlustrans pueros fidei nostræ rudimenta edoecbat. Neapoli commorans sacris omnibus suæ Paræciæ functionibus intererat, collectosque per compita pueros Catholicis imbuebat præceptionibus. Subdiaconatus Ordine insignitus majores quotidie efficiebat in solida virtute processus cum aliorum fructu, et utilitate conjunctos. Oppida namque, et Urbes de more cum Evangelicis Sodalibus ad populos sacra cathechesi erudiendos peragrabat. Inter hæc quum is forte in Saticulana Cathedrali versaretur, illius Urbis Antistes, agnomine *Schinosi*, ab eo sibi ignoto sciscitatur quisnam inter illos Apostolicos viros Alphonsus Ligorius esset, cujus nominis ipse Neapoli nobilem adolescentulum noverat? Tum ille, ut pronus ad Virginis simulacrum orabat, verecundia suffultus, palmis in faciem obductis, ac virgineo se abdens sub pallio = Ego inquit, ille = sum, qui ab hac amantissima Matre Ecclesiasticam vocationem acceptam = refero =. Jam ea ætate tanto sanctitatis plausu celebrabatur, ut Saticulanus Populus, ceteris posthabitis Missionariis, eum discedentem per vestes trahens ad longum iter fuerit prosecutus.

28 Diaconus quum foret lethalem in morbum incidit. In illud ergo vitæ discrimen adductus decretoria nocte ad se simulacrum B. V. Redemptionis Captivorum afferri petiit, ad cujus aram ensem vocationis initio suspenderat. Ita profecto factum, Ingentique miraculo ad Deiparæ aspectum pristinæ valetudini redditus est.

Tali

29 Tali perfunctus periculo ad ecclesiastica obeunda munia alacrior rediit. Congregationis enim S. Philippi Nerii templum, Patresque quotidie frequentans, quorum Genitoris voluntas sibi interdixerat contubernium, spiritum ducere satagebat. Summo propterea mane ibidem divinis intererat mysteriis, ac fere quotidie sacra dape reficiebatur. Ægrotis in publico Xenodochio ingenti charitate inserviebat. Quo vero ab urbano strepitu remotus liberius Deo uni vacaret singulis mensibus per aliquot dies cum adlectis quibusdam egregia pietate Presbyteris, Clericisque in rusticam secedebat domunculam, ubi extructo altariolo divinis laudibus incumbebat. Sobria, et frugalis omnium erat mensa, in qua ad alendos pauperes cibum quisque seponebat: Oratio, psalmodia, ac rerum divinarum commentatio comunis: Sermo per diem, nisi de divinis, aut necessariis, fere nullus. In tolleranda rerum inopia, et agrestis illius recessus incommodis patientia summa: In flagellando denique corpore ingens studium. Quibus in rebus Alphonsi fervor enitebat. Sed incensum, quo ipse in Deum ferebatur amorem non poterat, quin aliis communicaret. Quamobrem sermones sæpe de Dei amore, seculique vanitate habebat ad populum, in templis præsertim, in quibus salutaris hostia per quadraginta horas publicæ fidelium venerationi erat exposita. Id vero primum in sacra S. Joannis æde, cui a *Porta* cognomen, ferventer egit.

30 Jam tum sermonis gratia ita a Deo ditatus videbatur, ut mire in auditorum animos divinum amorem ingereret. Id profecto causæ extitit, quod Sacerdos vix effectus dignus ipse a Cardinali Archiepiscopo Pignattello fuerit habitus, qui ad sacras exercitationes universo Neapolitano Clero in S. Restitutæ Templo tradendas eligeretur. Nec spes illum fefellit. Tanta enim sagacitate, consilii maturitate, verborum pondere, pietateque ad venerabilem cœtum verba fecit, ut et ingentem fructum, et Archiepiscopi, totiusque Cleri plausum fuerit assecutus.

31 Sacerdotali charactere insignitus ita se gessit, ut non tam a dignitate exornari, quam illam moribus suis ornare visus sit. Majoribus enim ad tanti muneris administrationem virtutum ornamentis se diligentius comparavit, operamque omnem et curas ad suæ, ac proximorum salutis dumtaxat studium, ad Ecclesiæ commoda, ad divinæ gloriæ incrementum referre prorsus instituit. Rem divinam quoquo mane ferventer facere, miseris ubique occurrere, ad Pœnitentiæ Tribunal, ampla in id ab ipsis Sacerdotii primordiis per Archiepiscopum potestate facta, diu aures præbere, sacram cathechesim conferto populo exponere, ac per oppida, imperviosque pagos cum Apostolicæ Missionis Collegiis evangelium prædicare in more ipsi fuit. Splendidissima licet familia natus sacerdotali veste ad talos usque ducta semper incessit, eaque tam obsoleta, atque pannosa, ut olim Hercules germanus frater ab eo attrita tunica e Missionibus reduce nova indui, ex vili licet sago comparata, multis, ac iteratis precibus vix impetrarit.

32 Per id tempus anno scilicet 1724. e Synensi Regno Neapolim eo consilio advenerat Apostolicus vir Matthæus Ripa, ut Congregationem instituret, in qua, tum juvenes Synenses, quos secum adduxerat, tum Itali sacris habendis Missionibus imbuerentur, qui eo Cathulicam Fidem afferrent. Cum tanto itaque viro charitatis causa publicum xenodochium quotidie petente facile fuit Alphonso ad id item dedito consuetudinem inire. Ut autem novum illud institutum animarum saluti accommodatum sibi maxime probabat, sic ad illud promovendum sese comitem obtulit. Quamobrem relicta paterna domo in ejusmodi Congregationis ædem secessit.

Tan-

Tanto itaque zelo in juvenum animos ad Missiones informandos incubuit, ut merito illius operis efectio Alphonso potissimum sit referenda. Præter domesticas exercitationes, publicas eo in Templo concliones habebat, sedulamque audiendis Confessionibus operam dabat. Illud memoriæ proditum est, cum primum is in sacra Synensium æde de seculi vanitate ad populum verba fecit, tresdecim puellas post auditam concionem abdicatis nuptiis, sese Deo ultro vovisse. Sic item, quum olim Alphonsi genitor via forte iret, quæ ad templum ducit, populi frequentia allectus illud ingressus, ut filium concionantem audivit, divino actus amore illacrymans inclamavit = me filius veram Dei cognitionem edocuit =.

33 Sed Alphonsi charitas intra Civitatis fines coerceri non poterat. Quamobrem quum illius nominis, ac Sanctitatis celebritatem ubique fama vulgasset, ad sacras habendas Missiones certatim ab Antistibus expetebatur. Quocumque vero accitus foret cum adlectis sociis adibat, ac sacra Cathechesi, concionibus, audiendisque Confessionibus cujuscumque generis hominibus præsto erat. Tantum in id elaborabat, ut post Aletinas Missiones veris anni 1730. gravem inciderit in morbum, a quo tantisper levatus, quo fractas vires salubriore cælo recuperaret, ad Amalphitanam oram invitatus petiit. Ubi id Scalæ Vicarius rescivit apostolicam ejus operam Imploravit. Ægritudinis ergo immemor ad illam Diœcesim se contulit, ac in pene dirutam cujusdam eremi ædiculam prope templum S. Mariæ de Montibus se cum sociis recepit. Haud tamen innumera fere incommoda, quot in ea solitudine tolleranda sibi erant, ipsum ab Animarum salute retardarunt. Instituta enim cum Sociis, Cœnobitarum instar, religiosa vitæ ratione, plebem christianis præceptionibus erudiebat, et flagitiosos e perditionis via ad rectum salutis tramitem per pœnitentiam revocabat.

34 Interea dum Apostolicis hisce exercitationibus operam dabat a Scalensis Asceterii Monialibus, quibus a SSmo Salvatore nomen Inditum erat, ad præbendas confitentibus aures expetitur. Cæteras easdem Virgines vitæ sanctitate, ac cælestibus charismatibus eminebat quædam Maria Cælestis agnomine Costarosa, quæ Foggiani gynæcei Fundatrix inde fuit. Hæc profecto sacra exhomologesi apud Alphonsum peracta, ei pandit, divinam esse voluntatem, ut ipse, relicta urbe evangelicis Operariis satis instructa, Presbyteros congregaret, quorum esset per sacras cathecheses, et Apostolicum munus esurientibus divinum frangere panem, rusticorum scilicet saluti prospicere.

35 Ad hæc, qua hæroica humilitate præstabat, Alphonsus respondit: *memet satis, meamque novi imbecillitatem ad hujusmodi instituendam Congregationem omnino imparem, tua ergo te fallit opinio* = Sed illa consilii tenax = *divinum*, addit, *tibi placitum exequendum, ac tot rusticorum miseriis Sacrorum Ministrorum ope carentium occurrendum omnino est* = Charitas ergo, et humilitas Alphonsi sensus, mentemque in diversa trahebant, atque in id cum Moniali altercatione facta, ab ea se tandem expedivit.

36 Ad suam reversus ædiculam, cubiculum petlit, ibique audita recogitans ex corde Ingeminare suspiria. Id quum ex comitibus alter Joannes Mazzinius omnigenæ virtutis vir forte subodorasset, tantæ perturbationis, et angustiarum causam ab eo sciscitatus audivit. Tum ille afflictum erigit, seque socium operis pollicetur. Verum homini de divina voluntate inprimis anxio hinc tot pietatis opera, quibus in Urbe sese exce-

cebat, inde proposita sibi major rusticorum indigentia præ oculis obversabantur. Jussus tandem a Socio totius rei curam Deo uni committere, lumenque ab eo precibus implorare pristina tranquillitate donatus est.

37 Peractis in Scalensi Diœcesi Missionibus Neapolim revertitur. Nil profecto habuit antiquius, quam, ut moderatori suo P. Thomæ Pagano Oratorii Presbytero animi anxietates, causamque aperiret. Verum ille eum in re tanti momenti P. Ludovicum Fiorillo e Dominicana Familia Sanctitatis fama commendatissimum consultum misit. Accidit interea, ut sanctus hic vir Alphonso sibi antea ignoto obviam factus majora a se Deum expetere improviso significarit. Quamobrem ipse erectus animo rei gestæ seriem eidem exponit, cujus consilio in deliberatione capienda tamquam divino oraculo uteretur. Ille itaque temporis modo ad consultandum, orandumque Deum quæsito, paulo post redeunti Alphonso in hæc verba respondit = *Opus, quod meditaris, opus Dei est. Quemadmodum lapis e monte in vallem ruit, sic jacta in Deum cogitatum tuum. Persecutiones habebis, ne ideo tamen terrearis. Opus perfice. Dei enim opem experieris* = Hoc porro responsum quum is ad suum Moderatorem P. Thomam Pagano attulisset, ratum ille habuit probavitque.

38 Tali modo Dei cognita voluntate, ne in novo aggrediendo Instituto sibi uni fideret sese tutum moderandum commisit Stabiorum Antistiti Thomæ Falcoja docto sane viro, et in asceticis præsertim rebus experientissimo, utpote qui e Piis Operariis ad Episcopatum fuerat evectus. Hujusce itaque consilio, ac alterius amplissimi viri Sanctorii Schalensis Antistitis, qui ad novum Institutum in sua Diœcesi primo fundandum sese ultro exhibuerat, Alphonsus sibi socios adjungere sategit.

39 Sed jam novæ fundationis rumor Neapolitanam Urbem pervaserat. Quamobrem persecutionum fluctus, quos Ludovicus Fiorillo Alphonso prædixerat, statim exorti sunt. Nam consanguinei non modo, imprimisque Genitor, sed affines item per urbana amicorum studia, perque ipsas irrisiones eum a proposito avocare pertentant. In id quoque Apostolicarum Missionum Socii ne tanto destituerentur auxilio, omnia apud Cardinalem Pignattellum studia viresque contulere. Hinc veritus, ne inter hujusmodi insectationes Presbyteros inveniret quos ad suum Institutum, vitæque rationem aggregaret, eumdem Dei virum Ludovicum Fiorillo per epistolam adiit, divinam ejus precibus opem imploraturus, qui postride Kal. junias anni 1732. ita rescripsit = *Putas ne me tui tuique negotii, quod ad tantam Dei gloriam pertinet, fuisse oblitum? Illud imprœsentiarum magis, quam antea mihi cordi est. Deo fide, nec exiguo Sociorum numero animum deponde. Pauci, iique Apostolici, pro multis tibi erunt. Si adhuc ego in seculo forem summæ fortunæ loco haberem memet ad asportandas tarcinas tibi in comitem adjungere.*

40 Ubi vero tum Neapolitanus Archiepiscopus, tum alii, qui operi adversabantur, P. Fiorilli consilium Alphonso datum rescivere, immutata repente sententia, novum Institutum patrocinari, ac auctorem venerari, summisque laudibus efferre cœperunt. Quamobrem ille, ineunte Novembre anni 1732. Parentes, Patriam, domum, amicosque relinquere statuit. Hoc autem in eventu miram animi altitudinem ostendit. Ejus enim Pater ad extremum filii tentamen per tres solidas horas humeris abeuntis inhærens per lacrymas, perque lamentabiles voces ne se afflictum relinqueret est obsecratus. In acerrimo hocce conflictu inter naturæ Deique voces tam fortiter se gessit Alphonsus, ut præ resistentiæ vi totis contremuisse artubus suo inde familiari retulerit. Parta de seculo victoria,

ria, vili insidens asello Scalam profeiscitur. Humilem ibi cum inventis ex condicto sociis domunculam nactus, Antistitis facultate, Oratorium erexit, in quo V. Idus ejusdem mensis Sancto Spiritu per solemnem Missam invocato, perque Ambrosianum hymnum Deo redditis gratiis, cujus benignitate res bene felicicterque vertisset, novæ Congregationis fundamenta jecit, eamque primum a SS. Salvatore appellavit.

41 Hic Alphonsi, ac Sociorum sese charitas, ac virtus exercuit. Ædes in primis ex quibusdam locatis domunculis in unam redactæ omni prorsus commodo, necessariisque rebus carebant. Nam humi super vile stramen somnum carpebant: cibus, præter jusculum, illudque insipidum, ad arcendam famem fere nullus suppetebat. Duro et haud fermentato pane ex pistoris imperitia, vesci debebant. Is enim erat Vitus Curtius ingenuus, ac opulentus Aquævivæ vir ad id numquam exercitus, qui novi Instituti utilitate illectus, cælestique visione monitus seculi commodis propter Christum abdicatis, Marthæ munus in Patrum cætu depoposcerat. Hujusmodi vero cibo non nisi humi strati lapideque ad collum appenso singuli vescebantur. Haud tamen hocce pœnitentiæ genere, ac summa rerum inopia contentus Alphonsus jusculum industrie reddebat amarum, aspero cilicio corpus domabat, ferreisque flagellis sese cruentabat; quod quidem ut cæteris occultaret, purpuratos cruore parietes pennicillo mira dexteritate dealbabat. Indictis præterea sociis quotidianæ vitæ exercitationibus, quod sibi supererat temporis silentio, jugique orationi tribuebat. Scalensis namque Antistitis venia Altaris Sacramento in Sacello reposito, illius præsentia, instar Paradisi gaudii, delectabatur.

42 Neque vero contemplativa vita cum comitesque ab activa retardabat, cui præsertim sese instituto dicarant. Rudem porro plebeculam christianis erudiebant præceptis, sacris expeditionibus per pagos, et oppida ingenti labore operam dabant, peccatores ad Christum quotidie plurimos per salutarem Confessionem adducebant, devotos homines ad perfectionis iter moderabantur, ubique tandem criminibus, vitiisque bellum indicebant. Quæ sane res per Diœceses, ac loca vulgata, ut magnam Populorum benevolentiam, ac sanctitatis famam Alphonso conciliavit, sic in causa fuit, ut ad ipsum, sociosque ultro rusticorum turba ad eluendas animi sordes ventitaret, ac probi Presbyteri sancta æmulatione incitati sese in comites adjungerent.

43 Verum infernus Christianorum hostis, ut vaferrimus est, Alphonsum tantam animarum segetem e suis faucibus eripientem ab incæpto retardare conatur. Quorumdam enim sociorum animis boni specie consilium ingessit, ad erudiendam liberalibus disciplinis juventutem, præter Missiones, scholæ item vacandi. Cacodæmonis fraudem subodoratus Alphonsus id muneris ab instituto prorsus alienum suis inesse recusavit. Qua enim sapientia pollebat, intellexit, quod si in Missionum domibus Scholis aditus pateret, multum utique de vera in proximos, præsertim ignaros, rusticosque charitate imminutum iri; Patres quippe imbuendis adolescentium mentibus dediti facile ab Apostolico munere deferbuissent, vel saltem in diversa distracti Missionibus raro vacassent; decrevitque propterea Congregationem, quo divinitus fuerat excitata spiritu, eodem alendam, et conservandam esse, uni rusticorum saluti fore semper addictam. Hæc porro Alphonsi consilium cum præjudicatis sociorum animis minime probasset, omnes eum deseruere, præter Vitum Curtium, ac P. Cæsarem Sportelli, cujus vitæ integritatem ipsius defuncti corporis integritas

ad hæc usque tempora ostendit. Quamobrem in ipso ortu Congregationis interitum vehementissime doluit.

44 Quonlam vero in novo aggrediendo Instituto divinam dumtaxat gloriam respexerat, ita reparandæ jacturæ opem ab uno Deo inter sueta charitatis opera, multasque preces expectavit. Nec frustra. Suscitavit porro Deus Sacerdotes fideles, qui juxta cor suum, et animam suam facerent; plurimos scilicet adjunxit Alphonso Presbyteros, qui rusticorum miserati eorum saluti se penitus manciparunt. His potissimum suadentibus ipse novam fundavit Missionum domum in Calatinæ Diœcesis pago, quem a *Captivis* appellant. Quum vero Sociorum numerus quotidie magis augeretur, anno 1735. alteram erexit domum in Juranorum oppido Salernitanæ Diœcesis, cui SSmæ Trinitatis titulum indixit.

45 Hosce igitur socios apostolico spiritu ferventes Dei beneficio nactus Alphonsus, quod jamdiu moliebatur, in præsentia exequi statuit, ut totius Instituti formulam ad certa capita, Regulasque redigeret, votaque Deo nuncupanda decerneret, quibus omnes in unum congregati vitam, moresque componerent; ad eam quippe diem comuni tantum officio, ac pietate ducti sine certis, ac propriis legibus, et magistratibus vixerant. Ergo precationibus, jejuniis, ac prudentum Virorum consiliis, præsertim P. Thomæ Pagano, P. Ludovici Fiorilli, Canonici Julii Torni doctrina clarissimi, ac Thomæ Falcoja Stabiorum Antistitis, in eam rem quam accuratissime adhibitis, Regulas condidit tanta sapientia refertas, ut eas ubi domus fundavit, fundavit sane plurimas, sacri Antistites omnes, ac dein Summus ipse Pontifex adprobarint.

46 Ad earum itaque tramites sociis proposuit, ut quandoquidem Christum Dominum sibi pro viribus imitandum cuncti susceperant, quoniam ille sese perfectum, atque integrum holocaustum Deo Patri pro salute humani generis obtulisset, prorsus oportere, ut ipsi quoque per simplicia vota voluntariæ Paupertatis, Castitatis, Obedientiæ, ac Perseverantiæ usque ad obitum in Congregatione, pro suo modulo Christum effingerent.. Ita porro factum post multas preces sacrumque recessum die pœnitenti Magdalenæ sacro XII. Kal. Augusti 1742. Hisce vero votis tria item alia singuli addidere, nullam extra Congregationem dignitatem acceptandi, vitam perfecte comunem servandi, ac ad Infidelium plagas Crucis Vexillum afferendi, si id a Christi Vicario Romano Pontifice, sive a Generali Præside jussum sibi fuerit.

47 Necessum inde quum foret, ut unus eligeretur, qui cæteris ampla cum potestate præesset, collatis ad id Patrum suffragiis, in Rectorem majorem (sic enim qui cunctos moderaretur appellare placuerat) Alphonsus, nemine prater ipsum Alphonsum discrepante, electus est.

48 Inter hæc Congregatio majorem in modum crescebat maximique celebrabatur. Qua quidem re ex animo gavisus Alphonsi Genitor ad Juranorum domum se contulit. Hic vero filii sui, ac sociorum sanctitate, eorumque Apostolico zelo usque adeo captus est, ut sese antea instituto adversum in Congregationis Laicum obtulerit, quod quidem, obstante filio, explere nequivit.

49 Quum itaque novi Instituti fama bonusque odor manaret quotidie latius, Presbyteri, qui certatim Alphonso nomina dabant, ubique ab Antistibus expetebantur. Hinc Dei Famulus, præter hactenus fundatas domos, III. Id. Octobris anni 1742. *Nuceriæ Paganorum* aliam Missionum domum erexit, eamque una cum templo Archangeli Michaelis clientelæ commi-

sit,

sit; Huic vero fundationi aliæ successere domus S. Mariæ Consolationis Terræ *Iliceti* Diœcesis Bovinensis an. 1745. Domus S. Mariæ *Matris Domini* in Oppido Caputsyleris Diœcesis Compsanæ Irpinorum anno 1747. Domus S. Mariæ in Cælum Assumptæ S. Angeli ad Trullum (ad *Cupulum* vulgo nuncupant) in statu Beneventano anno 1757., ac demum domus Missionis Agrigenti in Siciliæ Regno anno 1760.

50 Interea quum cl. me. Cardinalis Spinellus senior anno 1746. ab Immortali Pontifice Benedicto XIV. ad moderandas Missiones per Neapolitanum Regnum fuerit delegatus, Alphonsum in Apuliam misit. Commentarii brevitas omnino non sinit singula ejus gesta, mirasque conversiones per Diœceses Trojæ, Bovini, Trivici, aliasque illius Provinciæ Urbes, et oppida summo zelo peractas narratione complecti. Unum hic loci commemorabo, ex quo cætera percipi queant, eum in Collegiata Foggiæ, quæ Trojæ Diœcesis Civitas est, homines ad Deiparæ devotionem ferventer excitantem B. V. apparitione coram universo populo fuisse dignatum. Res ita evenit. Eo in Templo vetustissima, eaque lignea Dei Genitricis icon colitur, quam a *septem velis* nuncupant, argentea lamina undequaque munita, præter ovale velatum spatium Virginis vultui respondens. Hanc porro Imaginem prodigiis celebrem Evangelii Præcoe proprio Sacello ad Aram maximam concionis tempore translatam voluit. Solemni itaque pompa, ingentique frequentia populi Novemdium in Deiparæ honorem instituit. Quodam vespere quum solito ferventiori zelo Mariæ laudes, et glori am extolleret, populumque ad ejus inflammaret amorem, repente ex ovali velato spatio decorus Cæli Reginæ vultus omnibus sese dat intuendum, ac lucis inde radius exortus, temploque transverso pergens, faciem Alphonsi perculit. Quo factum, ut ipse cunctis in ecstasim raptus, ac pene exanimis apparuerit. Repentino duplicique prodigio obstupescens universa hominum multitudo miraculum inclamat, ac lætitiæ singultibus pœnitentiæ clamores ingeminat. De re, quæ coram tot Testibus accidit, quotquot concioni aderant, aderant vero cujuscumque conditionis innumeri, haud est ambigendum; Imo vero postea ad illam celeberrimam Imaginem corona solemni ritu donandam de prodigiis inquisitione facta, debuit ipse Dei Famulus miram commemoratam visionem pro veritate testari.

51 Sed illuc revertor. Fundatis jam, quemadmodum dicebamus, quamplurimis Congregationis domibus, quo firmius illius Regulæ subsisterent, ac servarentur exactius ab æt. me. Benedicto XIV. earumdem adprobationem Alphonsus petiit, obtinuitque per Apostolicas Literas dat. xxv. Februarii 1749. Inditum vero Congregationi SS.Salvatoris nomen in illud SS. Redemptoris Pontifex immutavit, quo eam ab alia jam erecta ejusdem tituli Religiosa Familia distingueret. Nihil inde Alphonsus sategit magis exemplo verboque, quam ut sodales Instituti regulas rigidæ executioni mandarent. In singulis porro actibus omnes ipse præibat, et in adimplendis votis irreprehensibilis extitit. Licet supremus Præses, moderatoribus tamen suis religiosissime parebat, imo tantum sibi obedientia cordi erat, ut ad illius nomen vel ipsis Laicis obtemperaret. Castitatem quoque adeo coluit, ut Angelus sine corpore appellaretur.

52 Paupertatem denique veluti Congregationis basem constituit. Eam namque vel ipsa Domorum ædificia redolere volebat, quarum mesaulas duodecim cubitis altiores vetuit. Cellularum januas rudes, parietes nudos, ac uniuscujusque Alumni supellectilem pauperem fore constituit. Fundationis initio fenestrarum clathros papiraceos voluit; progrediente autem tem-

tempore, majoris lucis ad studium obtinendæ causa, vitreos esse sivit. Suos census haud ipse administrabat, sed apud rei familiari præfectum in commune bonum, ac pauperum eleemosynam seponebat. Paupertatis amore papiraceæ frusta, et epistolarum segmenta ad sua delineanda opuscula servabat, nullumque in edendis libris lucrum spectavit. Obsoleta tandem, ac resarcinata tunica, attritisque calceis utebatur.

§3 Pro Regula statuit, ut Locales non modo Rectores, sed Imo et supremus jurisjurandi religione obstringeretur, nullum pecuniæ usum sodalium arbitrio absque Præsidis venia permittendi - Congregationis gubernacula ut ipse tenebat, omnes, singulasque Domos quoquo anno, sive per sese, sive impeditus per visitatores lustrabat, ac minimas quasque novitates a Rectoribus forte in paupertatem, cæterosque Regulæ articulos inductas ignito zelo redarguebat. Annua visitatione peracta per encyclicam ad singulas domos missam Regularem observantiam, ac uniuscujusque onera in memoriam revocabat.

§4 Ne ullam vero exercendæ charitatis occasionem omitteret, hospitalitatem in Congregatione maxime voluit exerceri. Advenis profecto suas Domos patere, omnique ope eosdem per Sodales foveri exigebat. Si quem Rectorem erga illos aliquantisper avarum resciret, censorem addebat, cujus esset illius defectus in excipiendis hospitibus ad sese referre, quo posset eorum liberali honestoque hospitio consulere. Ægrotos vero mira charitate complectebatur. Quocumque enim loco esset ad eos spirituali, ac temporali ope juvandos se conferebat. Imo, et pericula, et mortem ipsam ultro appetere non dubitavit, si proximi salus id postularet. Anno circiter 1756. invaserat finitimam Messanensem Provinciam epidemica lues, totique Regno impendebat ejusdem calamitatis periculum. Itaque Alphonsus se voto obstrinxit, ut, si morbus invaderet, curæ insisteret animorum corporumque hominum, iisque juvandis operam, ac vitam quoque suam impenderet. Avertit divina clementia quod metuebatur malum, sed si defuit Alphonso periculi subeundi occasio, voluntas certe non defuit.

§5 Ut eximio itaque in ægrotos ferebatur amore, nil magis domorum Rectoribus commendabat, quam erga infirmos Sodales charitatem. Nulli, ajebat ipse, parcendum pecuniæ, nullisque incommodis ad ægros fratres juvandos. Vix eorum quisque in morbum incidebat, statim ei Alphonsi charitas præsto erat. Maxime vero studuit, ut dapes iis apponendæ bene forent comparatæ, quas propterea per sese examinare volebat. Alios necessarios, semet inutilem appellans pro Sodalis alicujus vita suam Deo offerre consueverat. Neminem ob ægritudinis causam a sua Congregatione dimisit; imo vero Sodalibus pthysicum quemdam adolescentem domum remittere volentibus vehementer obstitit, ægrotosque ob eorum preces non onere, sed utilitate Congregationi esse dicebat.

§6 In moderandis autem sodalium animis mira prudentia utebatur. Rigorem cum lenitate miscens vultum in sontes induebat severiorem, in cæteros hilarem. Si quis in minimis paulo negligentior foret, indulgebat ultro, humanam incusans fragilitatem, monebat tamen, ut a parvis quoque defectibus abstinerent, ne paulatim in majores inciderent. Munera meritis non personis distribuebat, eaque cujuscumque viribus ingenioque accommodabat. Teneras tyronum mentes et sacris habendis Missionibus, et perfectionis vitæ præceptis inter ipsos etiam familiares sermones imbuebat. Uno verbo: in tam aureo regimine pax una erat Alumnis gaudiumque commune.

At

57 At invidus pacis hostis nullum non movit lapidem, ut sancti Fundatoris, suorumque animos perturbaret. Lites propterea per maleferiatos homines in novum Institutum, ejusque domos excitavit, quibus illud pene ad interitum est insectatus. Id vero haud Alphonsi animum fregit, sed magis in Deum erexit. Per sese enim, perque socios precibus, multisque hostiis sibi numen propitiare sategit; iis regularem observantiam enixius commendavit, omnibusque, præter suetas afflictationes, jejunium quoquo sabatho, die vero lunæ peculiarem corporis flagellationem, et quotidianam tandem nonagesimi psalmi recitationem indixit. Singulis vero Divini Salvatoris exemplum, qui coram rondente se obmutuit, oravitque pro inimicis, totis viribus exequendum proponens eos mirum in modum ad reponendam in Deo spem erigebat. Metuentibus enim illis Congregationis interitum majorem in dies stabilitatem, præsertim vero post suum obitum vaticinans promisit. In refellendis item calumniis unam respexit Congregationis innocentiam, quin in protervum, ac petulans Adversariorum ingenium moresque insurgeret, sed christiana mansuetudine defensioni studens victoriam reportavit; ipsisque adversariis progrediente tempore summis maximisque beneficiis injurias compensavit. Quo factum, ut viri sanctitatis, ac Instituti fama longius latiusque manaret.

58 Qua vero hostes charitate, cæteros quosque Proximos heroice dilexit. Per omnes enim suæ Congregationis domos mandavit, ut quotidie egenis alimentum distribueretur, etiamsi nullo ipsæ certo censu fuissent instructæ. Ajebat siquidem quo largius sodales pauperibus, eo largius Deum sibi alimentum provisurum, quemadmodum probavit eventus. Nam inter locupletissimas eleemosynas nunquam providentia defuit. Quamobrem ipse stata diei hora singulis egenis stypem, et alimenta elargiebatur. Præter vero comunem hanc eleemosynam civilium item familiarum inopiam proprio ære levabat.

59 Eximium hunc viri amorem in Proximum miraculo Deus cohonestavit. Accidit, nescio quo die, ut egena quædam fœmina, quam a turpi corporis quæstu Alphonsus ad castum Christi amorem reduxerat, ac certa stype, ne ad ingenium rediret in singulos menses alebat, eam petitura Nucerinam Domum adierit. A janitore dum illum acciri rogat responsum accepit, eumdem Neapolim fuisse profectum. Tristi nuncio maxime dolens templum ingreditur, ibique sese ad recipiendam stypem Alphonsum invitantem reperit. Eleemosynam ab ipso de more recepit, egressaque templo cum janitore conqueritur, quod sibi Alphonsum Nuceria absentem simulasset, dum ille versabatur in templo. Eventu obstupescens homo iterum affirmat eum Neapoli commorari, ac nonnisi cælesti bilocationis dono potuisse ibi elargiri eleemosynam.

60 Ex heroica hacce charitate in Proximos zelus ille manavit, quo singulorum æternam salutem vehementer optabat. Præter enim in id congregatam Presbyrerorum familiam, omnes suæ vitæ horas, imo vero momenta in juvandis Proximis insumebat. Votum quippe voverat ne minimum quidem temporis momentum terendi, quin aliquid ad Dei gloriam, aut Proximi bonum vel moliretur, vel ageret. Nullam propterea ejus rei causa molestiam timuit, nullam defugit curam, laborem nullum detrectavit. Assiduus Pœnitentibus aures præbebat, anxiis consilia dabat, animasque ad rectum salutis iter incenso studio adducebat. Qua in re summa prudentia præstabat. Ascetica enim colloquia privatim, non publice habens, haud sermonem ultra necessitatis metam protrahebat. Nihil ad assentatio-

clonem, et gratiam concedebat, sed juxta evangelica monita absque ulla personarum acceptione animas dirigebat. Cujuscumque statui ita se accommodabat, ut quod seculari, vel proficienti concedebat, religiosis, ac perfectis denegaret. Suavi hacce prudentia innumeros homines ad perfectionis apicem adduxit. Quo fiebat, ut ad ipsum consulendum ingens quotidie esset concursus, ac vel ipsi celebriores animarum moderatores eum consultum adirent; propterea que Director Directorum publice appellaretur.

61 Difficile dictu est, quot per ipsum fuerint ablata scandala, impedita crimina, ad Christum conversi peccatores. Modo huc, modo illuc ad evangelizandum pauperibus peragrabat, certatim ab Antistitibus requisitus. Nulli parcebat incommodo, nulloque impediebatur obstaculo, quominus divinum amorem in proximorum animos ingereret. In concionando tantum aberat, ut vanæ aucupandæ gloriæ lenocinio duceretur, quin imo, procul acta sublimitate sermonis, evangelicam vocem imperitorum captui accommodaret. Nihil propterea magis sociis, cæterisque Divini Verbi Præconibus per editam epistolam commendavit, quam ut Christum Crucifixum absque ullo fuco, verborum flore, delectuque orationis prædicarent. Hinc nullam ipse instituebat Missionem, quin Populos ad salutares pœnitentiæ lacrymas commoveret. Plus enim ipse simplicitate in persuadendo valebat, quam alii calamistris, et lenociniis. Qua de re omnes illius doctrinam ex cælesti orationis fonte haustam existimabant. Inter vero Apostolica munera sui prorsus oblitus unis omnino proximis vivere videbatur. Non ergo mirum si in Amalphitana Diœcesi Missiones habens viro populum arguenti, ne ad ipsum pomeridianis horis adhuc jejunum confessionis causa ire pergeret, libere responderit, eo sese, non ad manducandum, sed ad salvandas animas contulisse.

62 At quoniam Amalphitanæ Missionis Incidit commemoratio, non abs re erit ea brevitate, qua nihil est in historia dulcius, ingentem animarum fructum, ac mira quædam in Amalphitana Urbe anno 1756. ab Alphonso patrata enarrare. In ea enim innumeros peccatores ad pœnitentiam, fœminasque plurimas publice prostitutas a libidine ad honestæ vitæ sobrietatem adduxit, quæ pœnitens vitæ genus obfirmato inde animo retinuere. Plurimum item elaboravit, obtinuitque revera, ut Amalphitanæ Mulieres ad modestiam recto capite incederent. Hæ vero omnes anteactæ vitæ pertesæ instrumenta ad profanos modulandos cantus adhiberi solita ad Alphonsum ultro adduxere; quæ ille publice combussit.

63 Tantæ commotionis causa ingens potissimum miraculum extitit: Fuit autem hujusmodi. Altera in concione, quum ad Deiparæ patrocinium invocandum populum incitaret, ignito actus zelo inclamavit: *Ego pro vobis Virginem rogabo:* Hæc vix bene finierat, ac orantis instar composito corpore, duobus fere cubitis supra suggestum elevatur in aera, ejusque facies subito splendore e laterali B. V. simulacro prodeunte, velut Seraphim irradiatur. Miro spectaculo ad sex circiter minuta protracto, qui fuerint in universa multitudine pœnitentiæ sensus, quique publici clamores facilius mente percipi, quam verbis exprimi potest. Is vero ab ecstasi revocatus = *Lætamini* inquit, *quod dulcissima Mater gratiam pro vobis intercessit* = Gravissimi itemque plurimi oculati viri rem publicis in tabulis sacro jurisjurandi vinculo testati sunt.

64 Non hic tamen finis prodigiis, quæ in Amalphitana Missione accidere. Eodem quippe momento, quo in templo e suggestu prædicabat, domi confessiones excipere visus est. Quum item suum pallium ob ingentem sancti-

etitatis famam clam a devoto viro in frusta comminutum fuisset, dum pœnitentibus antelucano tempore præbebat aures, post lucem obstupescentibus omnibus repertum est integrum. Multa quoque alia prodigia patravit; præ cæteris autem illud, quod puerulum sibi oblatum Crucis signo ab Epyleptico morbo liberarit, eumque operosum Presbyterum futurum prædixit, quemadmodum postea evenit.

65 In postrema tandem concione populum ad propositi perseverantiam adhortans monuit, si in crastinum dæmoni e ferraria officina prodeunti assensum præbuisset, terræmotus flagellum subiturum. Postera prædictionis die e ferraria officina Bubula in forum ad ludendum adducitur. Ad spectaculum itaque populus confluit, eoque debacchante, improviso terræ motu quatitur Urbs. Singuli vaticinii eventu perterriti, velut pallida mortis simulcra, hæserunt attoniti, moxque templum turmatim petiere. Fervidam ibi Archiepiscopus Cloffi concionem instituit, qua durante, novo, majoreque intestino tumultu terra concutitur. Tunc sacer Antistes suo Populo Alphonsi vaticinium in memoriam revocat, eumque de veritate edoctum in pœnitentiæ proposito roboravit. Tamdiu vero fructus a Dei Famulo in hacce Missione consecutus perduravit, ut post diuturnum temporis spatium Pii Operarii eo ad prædicandum adventi palam professi sint, nullam ea magis ordinatam, magisque morigeram Urbem invenisse.

66 Verum quo Alphonsi zelus per immensa charitatis spatia percurreret, non modo præsentes homines voce, sed absentes item, posterosque scripto ad æternam beatitudinem opitulari sategit. Ascetica porro, et Moralia hujusce viri opera, quæ omnium linguis, atque literis celebrantur, heroicæ illius charitatis tot sunt monumenta. Quemadmodum vero dicendi, ita et scribendi genus consectabatur pressum, ac sententiarum pondere magis, quam verborum phalcris exornatum. Ejus porro opera planum præseferunt stylum, quod in legentium animos facile influit, et (quod auctor spectavit unum) ita eorum mentibus pietatis sensus infigit, ut ad Dei amorem, suaque obeunda munera, non alliciantur modo, sed etiam accendantur.

67 Nulla profecto fuit hominum conditio, cui sua ipse scripta non accommodarit. Prospexit enim puerorum educationi per typis evulgatas Christianæ Fidei, Orthographiæ, et Arithmeticæ institutiones. Prospexit capite damnatis per evulgatam praxim eorum animæ Deo commendandæ. Prospexit adolescentibus per editam moderandæ vitæ methodum. Prospexit puellis de vocatione sollicitis per pias quasdam exercitationes ad id maxime accommodatas. Prospexit hominibus conscientiæ religione anxiis per tractatum de scrupulis. Prospexit Cœnobiticæ vitæ tyronibus per nonnullas meditationes ab ipsis exequendas. Prospexit Virginibus Deo sacris per aureum librum de earum oneribus. Prospexit animarum moderatoribus per monita ad eorum exequendum munus necessaria. Prospexit Parochis, et Evangelicis Præconibus per evulgatas dominicales conciones, praxim assidendi agentibus animam, necnon Rethoricam ad conciones elucubrandas. Prospexit Episcopis per libellum ad bene moderanda Seminaria. Prospexit Principibus per monita ad assequendam subditorum obedientiam. Prospexit denique unicuique hominum per exposita singulorum oneris tum erga Deum, tum erga Proximos, perque devotas exercitationes ad æternam salutem assequendam.

68 Ad omnes etiam juvandos homines instituit, ut pia opera, precesque singulis hebdomadæ diebus a suæ Congregationis Sodalibus fieri solitæ, Deo

pro certo quotidie cœtu offerantur ; die scilicet dominico pro summo Pontifice , Episcopis , et Principibus : die Lunæ pro convertendis Hæreticis : die Martis pro omnibus utriusque sexus Religiosis : die Mercurii pro Patribus , Matribusque familias , ac omnibus evangelicis operariis ; die Jovis pro innocentibus , et pœnitentibus , pro ægrotis , agonizantibus , animabus expiante igne detentis , proque Infantibus , et lactentibus : die veneris pro sodalibus omnibus Congregationis : die sabathi pro Deiparæ devotis , proque Sodalium parentibus , affinibus , et benefactoribus .

69 Neque tamen tot suscepti labores , Missiones , elucubrationes ab orationis , et afflictationis studio ipsum retardarunt . Nullum enim prætermisit diem , quo sacrum non faceret . Id autem tanta animi , corporisque devotione , ut adstantes ad lacrymas commoveret . Ad sacrificandum multa prece se comparabat , ac re divina peracta , multus erat in gratiis agendis . Ut vero in Presbyterorum corde , quo ipse æstuabat , divinum ignem accenderet , opusculum edidit de sacro rite fervideque celebrando , deque divinæ psalmodiæ pensu attente , devoteque persolvendo . Sanctissimum Altaris Sacramentum incenso devotionis sensu prosequebatur . In ejus porro adoratione per plures horas manebat immobilis , ac illius quotidianæ venerationis morem primus ipse omnium per totum utriusque Siciliæ Regnum exterasque regiones invexit . Instituto enim voluit , ut a singulis Congregationis Sodalibus quotidie salutaris Hostia coleretur . Hæc profecto piissima consuetudo apud alias item Nationes invaluit . Quum enim ipse ad quotidianam hanc Sacramenti adorationem peragendam preces , fervidasque meditationes typograficis formis evulgasset , hæ per totam non modo Italiam , sed Galliam , Germaniam , aliasque Nationes in patrium idioma versæ sunt , communique plausu receptæ .

70 Quum tanto devotionis sensu Altaris Sacramentum prosequeretur , eximiam Christi illud instituentis , proque humani generis Redemptione morientis charitatem sub sacratissimi illius Cordis symbulo ferventer recolebat . Quo autem omnes ad id inflammaret , hanc SS. Cordis Jesu devotionem acerrime docteque defendit , novendiales preces ad eam prævenien dam solemnitatem elucubravit vulgavitque , ac peculiare officium a S. Sede adprobari vehementer optabat . Sodalibus item suis , tum ipsas novendiales preces , tum solemne festum , tum denique hujusmodi devotionis promulgationem indixit . Singulos vero homines ad dulcissimum Cor Jesu redamandum excitans illius delineatam Imaginem spinea corona circumdati , amorisque flammas eructantis distribuebat , ac dulcia , et melliflua cantica edidit . Rogatus olim a Literarum Antistite Giannini , ut ad habendam de SS. Corde Jesu panegyricam orationem Nuceria Paganorum suam Diœcesim peteret , fecit libens ; tantoque fervore disseruit , ut ipse Antistes ignitis ejus verbis cum universo Populo vehementer commotus omnino non potuerit , quin tenere illacrymans humi procumberet .

71 Incenso in Deum ardens amore diu noctuque per jugem mentalem ac vocalem orationem quærebat , quem diligebat anima sua . Haud enim contentus comuni matutina cælestium commentatione plurimas in id alias horas addebat . Praecipuum vero contemplationis objectum sibi erant Christi passi cruciatus , quos quidem recolens a lacrymis temperare nequibat . Quotidie plurimas fundebat preces , ac Dominicæ Passionis stationes orans lustrabat . Cum oraret hærebat immobilis statuæ simillimus , ac ratus a nemine audiri in dulces erumpebat aspirationes . Aliquando præ amoris vehementia totis artubus contremiscere , aliquando vultu ,

igni-

igniti carbonis instar coruscare, aliquando demum, vel inter celebrandum, vel divini amoris actus eliciendos in dulces ferri ecstases, et e solo sublimem in aerem levari ab adstantibus visus est. Nec mirum. Viva enim fide pro certo tenebat haud unquam Deum promissis defecturum, ac petentibus postulata concessurum, si necessaria puro, humilique corde petantur. Hanc porro veritatem ut in aliorum quoque animis altius ingereret, librum edidit, quem de *Orationis efficacia* inscripit, ex quo præsertim uno heroica illius Spes Fidesque elucescit.

72 Caelestis orationis pabulo mentem recreans, quo purior dilecto suo adhæreret, corpus abstinentia extenuare satagebat. Tam parce enim vescebatur, ut non exagerate dixerim, si dixero tota vita servasse jejunium. Uno tantum jusculo, seu pulte, fructibusque quotidie vitam trahebat. A carne, pisce, ipsorumque fructuum primitiis semper abhorruit; Illud vero, quod comedebat jusculum per amarissimum fructicem aloe, absynthium, et myrram depravabat. Jejunii diebus, singulisque sabathis in Deiparæ honorem a cæna semper abstinuit, ac saepe saepius jejunium pane tantum, et aqua definiebat. In comuni triclinio humi stratus stipatusque felibus cibum sumere consueverat. Missionum tempore delicatiores epulas non modo sibi, sed Sodalibus item vetabat, ne insipientibus scandalum praeberent, sed omnibus per temperantiae exemplum ad perfectionem essent incitamento.

73 Verum corpus non modo abstinentia, sed flagellis item castigabat. Praeter enim communes Instituti flagellationes, quotidie per duas horas antelucano tempore sese cædebat antequam Sodales mane surgerent, et intempesta nocte postquam ipsi cubatum iverant. Tam dire autem corpus cruentabat, ut cubiculi parietes proprio cruore aspergeret, quos ipse consulto pennicillo dealbabat. Olim quum cl. me. Cardinalis Ursinus eum causa venerationis invisens plurimis, meritisque laudibus extulisset, illo discesso, ad vanæ gloriæ fugandam tentationem tam sæviter se flagellavit, ut jugulati instar vituli insignem cruoris copiam emiserit, flagrisque coxendicis nervum offenderit; qua de re diu claudicavit. Ciliciis lumbos stricte cingebat, thoracem setosum acutisque cuspidibus intextum induebat, ac ferrea catena ex hamulis, aculeisque conserta femora dilaniabat. Somnus ei brevissimus, quem super durum stragulum carpebat. Summa sæviente hyeme nunquam sese ad prunas calefaciebat, sed rigentes manus ad scribendum impares batilli calore tepefaciebat.

74 Heroicis hisce virtutibus quum maxime floreret, domi forisque sanctitatis fama celebrabatur. Quacumque faciebat iter, non modo locorum incolæ, sed Civitatum Primores, atque Antistites ipsum maxime suspiciebant; Undecumque vero discessit sui desiderium reliquit. Summa profecto erat, eaque communis in eo colendo, celebrandoque consensio. CAROLUS III. tunc utriusque Siciliæ, postea Hispaniarum Rex, ac inclitus ejus Filius Serenissimus FERDINANDUS IV. optimam de Alphonso opinionem fovebant, suamque Congregationem plurimis beneficiis, ac paterni amoris argumentis prosecuti sunt. Apud sa. me. Benedictum XIV., qui Institutum approbavit, ac privilegiis auxerat, Moralem Theologiam ad ipso editam, sibique nuncupatam libentissimo excepit animo, crebrasque ad eum literas dare consueverat, summo is erat in pretio. Regii Consiliarii, omnesque Regni Proceres velut sanctum eumdem venerabantur. Ipsum quoque maximi faciebant S. R. E. Cardinales, ac præ cæteris Neapolitani Archiepiscopi *Sersale*, *et Spinelli*, Archiepiscopus Beneventanus *Banditi*, *Castelli*, *Pirelli*, *Orsini*, *Rezzonico*, aliique plu-

plurimi, qui ad ejus se amicitiam adjungere, eamque tueri omni officiorum genere satagere. Venerabilis Dei Famulus *Antonius Lucci* Conventualium Familiæ decus, et Bovinensis Episcopus tanta familiaritate, amoreque Alphonsum prosequebatur, ut ejus Institutum in suam Diœcesim traduxerit; id quidem alii etiam Antistites exequi curarunt, ac memorantur in primis Archiepiscopus Compsanus *Nicolai*, Archiepiscopus Benevontanus *Pacca*, Episcopus Agrigentinus *Lucchesi*, et Episcopus Veruanus *Jacobini*. Cajetanus autem Episcopus *Bergamo* ad ejus conspectum genuflectere, ejusque manibus oscula figere consueverat. Verbo cuncta complectar. Nullus erat Episcopus, nullusque vir vel morum, vel literarum laude conspicuus, qui eum non coleret, eumque vel præsentia, vel per epistolas adire non averet.

75 Inter communes, publicosque plausus omnibus nota ejus sanctitas ipsum tantumodo latebat. Ex animo enim sibi vilescebat, seque omnium minimum, ac peccatorem appellans alienis precibus commendabat. Sui ortus claritatem, suæ doctrinæ excellentiam, suas denique heroicas virtutes, et dona celare quam maxime studebat. Etsi doctrina nemini secundus nunquam tamen, non modo cum summis, doctisque viris, sed item cum ætate, studiisque inferioribus Magistri personam induit. Quamobrem de difficillimis interrogatus quæstionibus tam industrie sermonem dirigebat, ut quod sapienter dicere voluisset ab aliis dici satageret. Illud propterea assequebatur, ut doctrinæ laudem sibi ab aliis tribuendam aliis ipse tribueret. Sua autem opera extullentibus respondere solebat: pro me nihil, nisi in Christo Jesu gloriabor. Ægre vero ferebat ab eorumdem operum revisoribus sui ortus claritatem extolli; prohibuitque omnino typographo suam imaginem operibus inserere, quemadmodum ille repetitis precibus ab eo postulaverat, ac nonnisi post Alphonsi obitum potuit executioni mandare. Summorum Virorum, æque ac plebeculæ plausus, inanemque auram fastidiens, pauperum, et rusticorum consortio gaudebat. Inter Sodales autem, etsi Fundator, ac Præses omnem præeminentiam semper odit, et arcuit; imo vero lavare paropsydes, verrere sordes, parare lectulum, aliaque viliora cum Laicis exercere munera haud erubescebat. In choro inferiorem locum seligebat; in triclinio plerumque humi stratus vescebatur; in Missionum itineribus, sociis relicta Rheda, vili jumento utebatur; quo factum, ut sæpe coquus non supremus Congregationis Præses habitus fuerit.

76 Ab Ecclesiæ vero dignitatibus adeo abhorruit, ut eas abdicaturum Deo voto spoponderit. Ac re sane vera, quum olim per Neapolitanam Diœcesim Missionem habens rescivisset, Cardinalem Spinellum in ipsum, ut Episcopus fieret, oculos intendisse, illinc clam discedens in Juranorum domum secessit. Sic item apud Puteolanum Antistitem *Rosa*, tunc Cappellanum majorem, omnia sua studia eo usque contulit, ne ab eo Archiepiscopus renunciaretur, donec voti compos fuerit effectus.

77 Interea vita functo æter. mem. Benedicto XIV. Carolus Rezzonicus magnæ virtutis, ac religionis vir summa Patrum consensione, ac universæ Ecclesiæ plausu, CLEMENTIS XIII. nomine assumpto, Pontifex Maximus inauguratus est. Ad hujus item Pontificis aures Alphonsi nomen, doctrina, vitæ sanctitas, ejusque vulgata fama jamdiu pervenerat. Igitur, quum per id tempus S. Agathæ Gothorum Ecclesia Antistite orbata fuisset, dignum Clemens præ cæteris, qui ei præficeretur, Alphonsum existimavit, eumque ne suspicantem quidem ann. 1762. Episcopum designavit. Delata per celerem nuncium ad ipsum electionis epistola, onere perterritus

tus expalluit illico, ac gravem sibi molem imponi considerans, ut illam defugeret, se dotibus ab Apostolo requisitis expertem, malam corporis valetudinem, ac emissum de abdicandis honoribus votum Pontifici supplex exposuit, iisque de causis munus detrectavit. Rationes sibi videbantur ad persuadendum gravissimæ, quibus fore sperabat, ut Pontifex ab ea mente removeretur. Attamen is iteratam ad eum epistolam dedit, qua pro imperio præcepit, ut omni cunctatione, et causatione omissa subiret onus, quin de voto sollicitus esset, propterea quod ab eo ultro solvebat. Hocce accepto responso sibi immerenti dolens tanta est affectus angustia, ut, obedientia humilitatem vincere nitente, ob labefactatas afflictationibus vires, lethalem in morbum inciderit. Tunc Sodales, ne Fundatorem fierent extinctum, ei suasere, iterum ad Pontificem rescribere, ut malæ valetudinis causa consilium immutaret; quibus ipse = præcipienti Pontifici velut imperanti Deo omnino obediendum = Sodales autem, qui aurei illius gubernii suavitatem, prudentiamque eatenus experti fuerant, quique Instituti incrementum ab ipsius præsertim sanctitate repetebant acceptum, ne tanto destituerentur præsidio, collatis in unum sententiis animisque, eumdem, licet Episcopali charactere insignitum in *perpetuum* Supremum Rectorem confimarunt, facultate ipsi facta, ut per Generalem Vicarium Congregationem moderaretur. Quo vero communibus votis Apostolicæ firmitatis robur accederet, Purpuratos PP., qui Regularium, et Episcoporum negociis præsunt, ad id supplices adivere, ac die 25. Maii ejusdem anni 1762. voti compotes effecti sunt.

78 A lethali morbo tantisper levatus Romam consecrandus proficiscitur. Eum Velitras iter facientem Cardinalis Spinellus senior per diem hospitio, summoque honore est prosequutus. Ad Urbem perventus III. Idus Aprilis, Pontifice tunc forte absente, quo ferebatur in Deiparam amore, Lauretum pergere statuit. Renitentem vero comitem Andream Villanium, ac itineris longitudine et incomoditate perterritum ea recordatione erexit, quod nullum esset Incommodum propriæ Matris invisendæ lætitiæ æquiparandum. Hoc in Itinere, quemadmodum, et Neapoli Romam petens effecerat, orationi continuo vacavit, ac quoquo vespere cum sociis Rosarium, et virtutum actus recitabat. In diversoriis silentium servabat, ac cibum sumere cum ipsis vectoribus non erubescebat. Temperantiam vero servabat adeo, ut delicatioribus sepositis cibis, rudiores vix degustaret, fructusque sale redderet amarissimos. In Lauretana æde Sacræ Familiæ res tanta devotione est veneratus, ut heroicam ejus Fidem ostenderet; Quotidie ad B. V. Aram Sacrum devote faciebat, et ad solis occasum Sacramentum adorabat, cæteroquin domo haud egrediebatur. Solus vero remotis arbitris in sancta æde infinitam Divini Verbi dignationem meditabatur.

79 Romam reversus nil habuit antiquius, quam summum adire Pontificem. Uno tantum instructus famulo alios sibi sumere recusavit, barbam duntaxat tunc sibi abradi passus, quum alias eam forfice per sese tondere soleret. A Summo Pontifice peramanter complexus trium horarum colloquio dignatus est. Quum inter gravissima Ecclesiæ negocia, de quibus ipse a Pontifice consulebatur, retulisset oppugnatum fuisse librum, quem de frequentis Comunionis utilitate nuper ediderat, excanduit zelo Pontifex, eamque sanctissimam praxim animabus perquam utilem ostendens, idque sua firmans experientia, ei jussit, ut adversarium confutaret; quemadmodum brevi Romæ fecit, editumque responsum ipsi Pontifici obtulit. Etsi Romæ sese abdere studeret, tamen a S. R. E. Cardina-

li-

libus, Principibus viris, Religiosisque Præsulibus ob vulgatam sanctitatis, doctrinæque famam omni venerationis genere est prosecutus. Per eos vero dies, quibus Romæ apud Patres Pios Operarios Collegii S. Mariæ ad Montes diversatus est, nuda cubabat humo, seque noctu flagris dire cædebat, quemadmodum famulus ad cubili fores attente rimans advertit. Domo egrediens quotidie pene innumeris egenis stypem elargiebatur; inter quos quum seminudum olim forte videret evocavit illico, eumque optimis lineis vestibus pecuniaque donavit. Die tandem decimaquarta Junii 1762. eximio pietatis, ac religionis sensu Episcopus inunctus est.

80 Suscepta manuum impositione, mira cupiditate exarsit desponsam sibi Ecclesiam quam ocyssime adeundi. Quare Roma statim discessus Neapolim reversus est. Illinc Nuceriam Paganorum ad Sodales suos in Regulari observantia inflammandos se contulit. Eorum ut obsequeretur votis summam in Congregatione potestatem retinere passus ad gubernacula habenda, juxta Apostolicam facultatem per ipsorum Sodalium preces sibi factam, Vicarium Generalem elegit P. Andream Villanium omnigenæ virtutis virum; quam quidem electionem singuli postea Patres in generalibus comitiis ratam, gratamque habuere. Nullis autem Alphonsus, licet repetitis validisque suorum, et Nucerini Antistitis precibus potuit adduci, ut penes ipsos tantisper discessum cunctaretur. Petitionis vero causam illi habebant egregiam. Præter enim ingentem, quo Fundatorem prosequebantur, amorem, solito ardentior per id temporis urebat æstas, qua minus tutum arbitrantur Sanctagathensem Urbem petere. At is euplens animam suam ponere pro Ovibus suis, die undecima Quintilis mensis Ecclesiam insalubri cælo sitam citus adivit. In itinere ubi Diœcesis vix limen tetigit e curru deseensus in templo B. V. ab Angelo salutatæ Regiæ Terræ Vallis, æstivo posthabito fervore, concione ad horam protracta gregem pascere cœpit. Per ventus ad Oppidum *Baineoli* nuncupatum, in quo Episcopus Baronali jurisdictione pollet, iterum substitit, et ad confertam Populi multitudinem in aperta via fervida verba fecit.

81 Tandem sub vesperum illius diei undecimæ Julii S. Agathæ Urbem ingressus est eo concursu omnium ordinum, ea pompa, ac celebritate, qua novus non modo Antistes, sed sanctus excipitur. Agathenses enim Cives, quem eatenus vacante Sede per multas preces a Deo imploraverant Antistitem Sanctum, sibi in Alphonso ab ipso Deo datum agnoscebant. Enim profecto Civitas universa in sinu oculisque ferebat, adventuque suo lætitia gestiens sibi maxime gratulabatur. Nihil enim non felix faustumque sibi ominari ab eo Pastore debebat, cujus virtutum, et sanctitatis fama totum non modo Regnum, sed Italiam fere universam compleverat. Quoniam ipse Episcopale Galerum sibi comparandum ne cogitaverat quidem, eo utendum fuit in primo Cathedralis ingressu, ut moris est, quod e sepulcro Prædecessoris Antistitis Danza pendebat. Ingressus templum ad salutaris Hostiæ aram multis, accuratisque precibus sibi Pastorum Principe propitiato, fervidam e sugestu orationem habuit ad Populum.

82 Mox octiduas Missiones in ipso reggiminis aditu per sese saluberrime instituit. Ad vivam Pastoris vocem dissidentium conciliatio, perempta scandala, ablati restitutiones, innumeri peccatores ad pœnitentiam adducti, ac universi Gregis facies protinus immutata. Bonus Inde Pastor ad sanctuarium conversus Clericis, cæterisque sacris Administris spirituales exercitationes dedit, quibus eos ad Ecclesiasticæ disciplinæ observantiam, pietatemque maximopere incendit.

83 Concreditam sibi Ecclesiam ita gubernandam suscepit, ac si de singulis ovi-

ovibus rationem esset redditurus. Quo vero consilium exequeretur, tum veterum Ecclesiæ Pastorum, tum præsertim S. Caroli Borromæi, ac S. Francisci Salesii, cujus lenitatis spiritum hauserat, ipsamque præseferebat effigiem, in omni pastoralis vitæ parte instituta, ac exempla ad imitandum sibi proposuit.

84 Animo itaque reputans populi reformationem plurimum e Clericorum vita, doctrinaque pendere, in id totis viribus incubuit, ut Ecclesiæ suæ optimos Clericos, Presbyterosque pararet. Jam vero initio ad Parochorum tentandam scientiam candidatos ad confessiones excipiendas per eosdem examinari volebat. Sed in eorum præcipue scientiam, moresque inquirebat, qui animarum curæ, ac regimini admovendi essent, nec in eo tantam abs se curam, diligentiamque adhiberi posse umquam putabat, quantam rei gravitas postularet. Id porro cavebat imprimis, ne quidquam alienis tribueret officiis, studiis, gratiæ, humanisque rationibus. Qui hac via, vel artibus animarum curam, seu quodpiam aliud munus extorquere tentaret, cum in gravem ipsius offensionem incurrebat, tum vero de spe excidebat omnis ejusmodi rei ab eo imposterum consequendæ. Commendationes quippe apud Sacrum Antistitem pro totidem ignorantiæ, ac demeriti testimoniis habebantur. Nullam omnino Parœciam nisi per indictum suetum examen unquam contulit. Neminem vero ad ipsam admisit trutinam, nisi de illius moribus certior effectus. Etsi autem candidatorum merita satis comperta apud se haberet et explorata, ut de singulis deliberare, ac statuere per se tutissime posset, coacto tamen examinatorum cœtu, horum magis, quam proprio, in optimorum delectu utebatur judicio, imo paribus duorum meritis, quem præferret haud ipse decernebat, sed gravissimorum virorum consilio utebatur.

85 Quam vero in Parœcis doctrinam cum vitæ probitate conjunctam requirebat, eamdem a cæteris omnibus pœnitentiæ Sacramenti administris exigebat. Quanta itaque maxime poterat diligentia de illorum doctrina, integritate, ac prudentia experimentum, ac periculum accuratissimum præmittebat. Semel autem ad id muneris adprobatos non uno satisfecisse sibi putabat examine. Metuebat enim, ne quam ad primum sui experimentum attulerant studii contentionem, eo defuncti periculo, sensim remitterent, et de lato doctrinæ, ac scientiæ suæ judicio quasi securi, otio indulgerent. Ergo ut eos sollicitos semper ac studiis exercitatos haberet, Cleri Aecademiam, Congregationem appellant, de morum quæstionibus instituit, quas coram se, sive bona, sive mala valetudine utente, solvi volebat. At quoniam uberem in agro sibi commisso animarum messem, Operarios vero ad eam colligendam paucos esse animadverteret, alterum Presbyterorum, et Clericorum cœtum instituit, qui per se, perque suæ Congregationis Patres sacris habendis Missionibus imbuerentur, quosque præterea per Diœcesim ad pauperes evangelizandos mittebat.

86 Quum item intelligeret idoneos Ecclesiæ Ministros nonnisi ex optime institutis Clericis fieri posse, in id operam contulit, ut Ecclesiæ addicti adolescentes pietate, ac literis, qua fieri posset maxima diligentia excolerentur. Sed quod erat pro illis excitatum jam in Urbe Sanctagathensi Seminarium ob ædium angustias paucos pro Diœcesis amplitudine ferebat Alumnos. De eo itaque amplificando, augendoque consilium cepit, ac brevi feliciterque absolvit.

87 Præter ædificii amplitudinem nihil magis ipsi cordi fuit, quam tenellas plantas velut navus Agricola in Ecclesiæ agro diligenter excolere. Adolescen-

scentes propterea non ante in Seminarium admittebat, quam eorum genus, indolem, mores, explorata diligenter haberet. Egregios doctosque Præceptores eorum institutioni præfecit. Ne autem secularium consortio Alumnorum indoles perverteretur, Seminarii Scholas exteris omnino prohibuit. Neque contentus aliena cura ipse quoque in Rectoris, et Magistrorum partes, ac onera descendebat. Nam bis per hebdomadam per sese literarum, morumque Accademiis intererat, et singulis sabathis ad eos sacros sermones habebat. Alteram item Accademiam de habendis concionibus invexit, qua per sese teneras Alumnorum mentes Missionum Institutis imbuebat. Persæpe etiam ex improviso aderat prælegentibus, disputantibus, colloquentibus. Ita præsentia sua opus urgebat, laudabat, ac munusculis donabat solertes, arguebat socordes, excitabat torpentes. Neminem ad altiora studia gressum facere patiebatur, nisi prius accurato examine doctrinam per sese discuteret. Quo vero omnes ad studia alliceret sæpe ad Seminarium obsonia mittebat.

87 At numquam major ejus animum cura pulsabat, quam cum autumnalibus feriis e Seminario fit Alumnis discedendi potestas. Timebat scilicet, ne sub liberiore cælo disciplinæ remissione, juvenili licentiæ laxarentur habenæ, ne studiis irreperet torpor, ac languor pietati. Quamobrem primis Episcopatus annis ab Alumnis autumnales ferias inter ipsas Seminarii ædes transigendas omnino voluit. Postea tamen cum ob auctum ædificium, ac censuum inopiam ad id imparem se videret, non potuit quin egrediendi facultatem ipsis impertiretur. Perbrevem nihilominus eis concedebat apud suos rusticationem. Eosdem vero rus concessuros Diœcesanis Pastoribus, veluti carissima Ecclesiæ suæ pignora, peramanter commendabat, ut eorum vitæ consuetudinem sedulo observarent, caverentque, ne a susceptis institutionibus vel minimum deflecterent, aut abherrarent. Ubi tandem ad Urbem ac Seminarii ædes revertendum erat literis Parochorum manu, ac sigillo obsignatis de singulorum autumnali vitæ genere certior fieri volebat.

88 His optimus Pastor paternæ sollicitudinis curis, ac studiis quum illud fuerit consecutus, ut suum Seminarium, cum bonarum artium ac scientiarum, tum christianæ religionis, modestiæ, ac pietatis Schola videretur, neminem ad ordines, nisi post probatam in Seminario vocationem evehebat. Quo vero sese Clericorum inopiæ accommodaret, qui in Seminario ali nequibant, quosque cæteroquin optimis moratos moribus, debitaque scientia pollentes adverteret, Congregationes instituit, quibus il omnino interessent, secus haud sacris initiabantur. Ne tandem ob inopiam a sanctuario digni arcerentur, sibi debita Curiæ jura donabat, imo ipsos suo ære substentandos ad sacras exercitationes mittebat.

89 Omnem vero curam operamque in id maxime contulit, ut forte invectas in Cleri mores, ac disciplinam corruptelas abususque convelleret. Ergo quæ de vita, et honestate Clericorum, sive ab Æcumenicis, aut Diœcesanis Synodis, sive a Prædecessoribus suis sancita fuerant urgere identidem cœpit, novasque leges, ubi opus erat, sapienter addidit. Liberiores cum Laicis, alterius præsertim sexus, consuetudines, et familiaritates vetuit, ac externum quoque habitum ad Tridentini leges omnino jussit. Id porro cum ferventi studio zelaret, maxima item prudentia, et cautione peregit. Inoleverat per id temporis in Urbe S. Agathæ inter Ecclesiasticos Viros textilium pinnatorum usus avulsu fere impossibilis. Tantum ipse in id elaboravit, tantaque dexteritate se gessit, ut præter

com-

comunem expectationem hujusmodi sustulerit abusum, quin ullæ, vel minimæ excitarentur turbæ. Secreta vero indagine in sontes inquirebat Clericos, in iisque puniendis ne quid de eorum crimine populo suboleret, medicinales dumtaxat sacri secessus pœnas adhibuit.

92 Virgines quoque sacras præclpuo, quo decet Episcopum, studio regendas sibi, perficiendasque proposuit. Viros propterea graves, probatæque virtutis, ac scientiæ iis dirigendis præfecit, qui non solum confitentes audirent, sed christiana cathechesi frequenter excolerent, et ad Dei amorem, ac cæterarum virtutum officia inflammarent. His vero haud contentus frequens Ascetería et Gynæcea petebat, ut Virgines per monita, perque spirituales exercitationes, quas ipsemet tradebat, perque graves concionès ad perfectionis apicem adduceret. Singulas vero humanissime, ac patienter audiens cujusvis explorare necessitates, erigere pusillanimes, omnes denique ad mutuæ charitatis, ac cælesti sponsi amoris incrementum ignitis verbis inflammare solebat.

93 Ne vero quid earum animi de contentione virtutis, deque rerum divinarum amore remitterent, mollem cantum velut perniciosam animabus pestem ab Asceteriis eorumque templis eliminavit, eique Gregorianum suffecit. Regulas Monasterii Reginæ Cæli Airolæ, quæ intra suæ Diœcesis fines Civitas est, reformavit, typisque impressit, quas Virgines illæ ultro libenterque amplexantes rigidæ executioni mandarunt,

94 In Sanctagathensi Urbe pervetustum erat gynæceum temporis injuria in vile vagorum, et militum tugurium immutatum. Ad scandalum itaque amovendum novum ibi Monialium Asceterium erigendi consilium cepit. Obtenta in id ab Optimo Pontifice Clemente XIII., et a Serenissimo Rege potestate, tum Urbis latgitione, tum pensionibus in singula sacerdotia indictis, templum, ædesque restauravit; Sacras inde Virgines Instituti SS. Redemptoris a Scalæ Monasterio III. Kal. Jullas anni 1766. in novum traduxit. Hæ comuni plausu a S. Agathæ Civibus fuerunt exceptæ, et solemni ritu, ductaque longo ordine pompa asceterium ingressæ sunt; ac post triduum apposita claustra. Quibus vero ad substentandam vitam Virgines habebant opus profusa Antistitis liberalitas easdem instruxit. Quantum profecto Civitas ex nova hac fundatione fructum sit assecuta ex eo vel maxime patet, quod statim plurimæ tum Cives, tum exteræ puellæ novarum Monialium clientelæ, et institutioni commissæ fuerint.

95 Verum non modo ad restituendam utriusque Cleri disciplinam, sed ad corrigendos etiam Gregis universi mores studia, operamque convertit. Quumque ingentem malorum partem ex divinarum rerum, quæ ad salutem necessariæ sunt, inscitia plerumque oriri intelligeret, in id mali genus a suis depellendum curam industriamque Alphonsus intendit. Nil ergo magis Animarum cutatoribus, cæterisque Presbyteris commendavit umquam, imo præcepit, quam ut pueros, rudemque plebem christiana rudimenta docerent. Hujusmodi sane institutionem a Parochis unis diebus Dominicis fieri solitam ad cæteros item festos protraxit. Quo autem adultos haud christianam puerorum scholam frequentantes Fidei mysteriis imbueret, Doctrinæ compendium singulis diebus festis in unaquaque Ecclesia a Sacerdote cum populo perlegi jussit. Miro vero spectaculo erat ipsum Antistitem videre in sua Cathedrali, vel per Diœcesim in Paræciis, pueros, puellasque prima sacrorum nostrorum notitia imbuere, munusculis allicere, ac factum cum Apostolo veluti parvulum in medio eorum, amantis nutricis instar, quasi modo genitos infantes Catholicæ doctrinæ lacte enutrire.

96 Tanto profecto zelo in id æstuavit, ut Parochis mandarit, neminem, nisi diligenter in Fidei Mysteriis instructum, ad Pœnitentiæ, et Eucharistiæ Sacramenta admitti. Imo Episcopatus initio lege sancivit, ut ante Paschale tempus singuli animarum moderatores subditos homines licet adultos de mysteriis examinarent, quosque ignaros invenissent eadem exacte docerent; quem porro morem singulis annis commendabat. Genitores vero christianam filiorum institutionem omittentes, vel negligentes a Pœnitentiæ Tribunali inabsolutos dimitti mandavit, donec tanto suo oneri satisfecissent.

97 Quum vero optimæ rusticorum institutioni illud impedimento foret, eosdem per novem pagos ac suburbia S. Agathæ longe inter sese dissita commorari, propterea que non bene singulos ab altero ex urbanis Parochis in fide posse edoceri, vel ab ipsis Episcopatus primordiis Paroeciarum augere numerum excogitavit. Ac re quidem vera tres item alias novas Paræcias, Curatas Vicarias vocant, Apostolica fortitudine Adversariorum superatis obstaculis ædificavit, erexitque. Eorum alteri rusticos, et Colonos attribuit, qui suburbia ad orientalem, et meridionalem plagam incolunt. Alteri Colonos subjecit Pagi de Lajano a ceteris longe dissiti. Alteri tandem in Templo S. Petri a Romagnano erectæ incolas destinavit Pagorum, et Casarum, quæ ad occidentalem partem vergunt. Ad Parochorum vero congruam substentationem simplicia quædam sacerdotia addixit.

98 In Pago S. Mariæ ad Vicum prope Argentium Parochiale Templum vetustate fatiscens adeo erat angustum, ut ad capiendam Populi multitudinem, quæ tria hominum millia excedebat, impar esset omnino. Sacra proinde catheclesis in eodem Templo antea fieri solita, jamdiu ob loci angustiam fuerat intermissa. Hanc animarum jacturam maxime dolens Alphonsus omnia sua studia contulit, ut amplum de novo Templum excitaretur. Parochis propterea, et Universitatis Gubernatoribus semel et iterum coram se congregatis, validis cohortationibus ferventique zelo id tandem obtinuit, ut ad novam ædificandam Ecclesiam Parochi decimas, Universitas CC. nummum argenteorum annuum censum per decennium assignarent.

99 Hujusmodi, licet exigua, ope instructus per accitos Architectos ædificio manum admovit. Primum sacræ ædis lapidem die decima nona Martii S. Josepho sacra anno 1763. solemni ritu, pompaque jecit. Ad perficiendum mirificæ molis opus, præter alimenta Architectis in suo Argentino Episcopio large præstita, ingentes item sumptus liberaliter contulit. Brevi itaque templum perfectum est, ac S. Nicolao Magno dicatum. Amplus propterea universo Populo, singulisque, ad christianam institutionem aditus patuit.

100 Nec minus ardens tuendæ servandæque fidei, quam inserendæ studium in eo fuit. In his, quæ ad illius integritatem pertinent delicati adeo erat judicii, ut nihil omnino dissimularet, ac ferret, quod ejus puritatem labefactare vel minimum posse videretur. Itaque illud in primis advertit, ut sui Seminarii Præceptores sanæ Theologiæ libris uterentur. Summo videbatur dolore affici cum scandalosos, ac temerarios libros aliquod Fidei Dogma insectantes vulgari rescibat. Perquam rigide cavebat, ne per suam Diœcesim, perque Congregationis Domos venenati hujusmodi libri circumferrentur, aut forte per cuniculos intrusi dicto citius eliminarentur. Nulla profecto hocce in eventu sibi quies, nisi postquam validis, solidisque argumentis eos confutasset. Miseratus præterea incautæ juventutis vices, quæ per libertatis larvam hujusmodi librorum venenum suis

la-

labiis propinat, nullum non movebat lapidem, qua auctoritate, qua gratia apud Regem, ejus adminstros, ac publicum operum Revisorem pollebat, ut eos vel edi, vel evulgari impediret, aut jam admissos e tota Neapolitana ditione procul arceret; quemadmodum pluries felici successu est consecutus. Summam vero cepit animo voluptatem cum Wolterium a cl. Viro Abbate Nonnot confutatum audivit, ejusque confutationis novam Neapoli editionem fieri sategit.

101 Quum olim forte resciisset quemadam Presbyterum scandalosas docere doctrinas, Deiparæ presertim dignitati injuriosas, zelo statim excanduit, temporisque momento tum ad loci Ordinarium, tum ad Cappellanum Majorem, tum ad Episcopum Melphitannm Neapoli degentem literas dedit, ut publica auctoritate facinus impedirent. Tanto vero dolore ob id est affectus, ut inter hasce scribendas epistolas a lacrymis temperare nequiverit, seque promptum ad fundendum sanguinem exhibuerit, si impediendo malo esset opus.

102 Vetitos autem libros absque venla legentes ptivatim voce, publice scriptis est insectatus. Apostolici hujusce zeli satis præclarum monumentum est opus quod de *Fidei veritate* inscripsit. In hoc profecto Ecclesiæ Pastores alloquens *pag.* 468. eos ad secum lugendam Catholicæ Religionis persecutionem invitat, ac nostri ævi Hæreticorum artes ad perdendos Adolescentium animos graphice, ac sapienter expressit. Religionis propterea Administrós hortatur, ut non modo lugeant, sed ad tollendam hæresis pestem totis viribus incumbant. Propitiandum, inquiebat ipse, per multas preces Numen, arguenda per increpationes vitia, ut ab inferni faucibus tot animæ eripiantur.

103 Ex tanto Fidei puritatis tuendæ studio amor ille, et observantia proficiscebatur, qua Romanum Pontificem impense coluit, ejusque jura defendit. In id enim maxime incubuit, ut illius Primatum, Infallibilitatem in Fidei rebus definiendis, antequam accedat Ecclesiæ consensus, nec non Auctoritatem supra œcumenicum Concilium ab iis commentis, ac sophismatibus, quibus nostra ætate hæ veritates oppugnantur, solidis argumentis vindicaret. Quamobrem ut primum *Justinus Febronius* Romani Pontificis Auctoritatem insectans exiit ex orcu, statim ipse omnem ingenii aciem natura sublimem, studiisque maxime excultam in eum confutandum intendit, reque vera mirabili doctrina refellit: Pontificis item potestatem impios vetandi libros contra Oppugnatores, plurimis ob id adversariorum injutiis patientissime latis, acerrime defendit. Verbo tandem, scriptoque sæpe professus est, pro hujusmodi veritatum defensione ad mortem ipsam subeundam esse omnino paratum.

104 Atquoniam, juxta Apostoli monitum, Fides sine operibus mortua est, haud satis Alphonso fuit ejus Dogmata in Ovium mentes inserere, ac pura, tectaque servare, sed plurimum laboris, ac vigilantiæ contulit, ut sui Gregis mores professæ Fidei responderent. Ad id profecto assequendum in divini verbi prædicatione maximum præsidium collocavit. Non modo enim singulis diebus Dominicis, sed in ceteris etiam quibuscumque festis suggestum conscendens ad confertam cum Laicorum, tum Ecclesiasticorum multitudinem tamquam pro Christo legatione fungens concionem habebat, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, et virtutis. Quo vero animas venaretur ea præsertim templa petebat, ad quæ, festi causa, major concursus erat, ut evangelicum panem per sacram cathechesim, ferventesque conciones suis ovibus frangeret. Et quamquam unius plebis institutionem ejus omnis spectare vide-

videretur oratio, apposite tamen ad omnium statum, et conditionem dicebat, et singulorum officia ita persequebatur, et explicabat, ut omni auditorum generi christianæ vitæ documenta suppeditaret. Sermo ejus vivus erat, et efficax, et ex imo pectore erumpere videbatur, ita ut ad Antistis vocem vel ipsa saxea corda commoverentur. Sat autem erat vulgare Antistitem verba facturum, ut Urbs tota e suis veluti avulsa sedibus, desertisque domibus ad templum, vel forum, quo concionem habebat, turmatim concurreret. Aliquando enim, publicæ præsertim calamitatis causa, in ipsis etiam plateis Evangelium prædicabat.

105 Jam vero cum a longe positis Ovibus Pastoris vocem excipi, audirique non posse animadverteret, Gregem universum per literas loquebatur, et scripto pascebat, quos voce, et ore non poterat. Pastorales itaque Epistolas, edicta, et monitiones pro rerum, ac temporum varietate ad Clerum, Populumque dabat, quo locorum quoque intervallo disjuncti filii Patris disciplinam audirent. Præter perenne hoc prædicationis, et cohortationis genus modo huc, modo illuc per Diœcesim Sacerdotes mittebat, qui sacræ eloquentiæ in erecta ab Ipso Missionum Schola operam dederant, quique in scribendis, recitandisque concionibus eo duce versati fuerant. Per hos igitur, perque suos Congregationis Sodales In sollicitudinis partes adscitos Identidem per annum diversis in locis Ovibus suis Spiritualis vitæ alimenta præstabat. Quo vero Populus facilius in proposito contineretur, legem indixit, ut quotannis ab Evangelicis Quadragesimæ Præconibus per Passionis Hebdomadam in singulis Diœcesis Oppidis Missiones haberentur. Hocce advenlente tempore solito majore oris hilaritate videbatur perfusus, propterea quod certo sciret per illos dies in universa Diœcesi haberi Missiones.

106 Haud tamen ita alieno ministerio absentes pascebat Oves, ut sua voce præsentiaque fraudaret. In lustranda enim sæpius universa Diœcesi, ac ruralium Ecclesiarum obeunda visitatione religiosissimus extitit. Nullis ad id vel locorum intervallis, vel itinerum asperitate, vel aeris Intemperie, vel denique valetudine plerumque infirma, deterreri aut retardari passus est. Singulas profecto rurales Ecclesias, sacrasque ædiculas, vel in saltibus, vel in prærupto montium loco sitas per se Invisere volebat. Ut ad statum locum ventum erat haud de materiali visitatione contentus, spiritualem præsertim instituebat. Per octo dies de B. V. laude disserebat, ac tam mane, quam vespere apostolicam concionem habebat ad Populum, quem ferventissimis verbis ad pœnitentiam adducebat. Pueros inde adultosque rusticos perhumillime christiana præcepta edocebat. In omni quemcumque viseret loco de Pauperibus, deque ægrotantibus studiose inquirebat, quibus et ipse opitulaturus largiter, et aliorum quoque opem exemplo, atque hortatu suo procurabat.

107 Octiduis expletis Missionibus illius loci Clero, quem visitabat, sacras exercitationes per se item tradebat. Tali modo Clero seorsum vocato, quæ necessaria ad ejus emendationem videbantur gravi, eaque amantissima oratione inculcabat. Illum præsertim ad exactam erga Antistitem ejusque jussa obedientiam, Ecclesiasticæ disciplinæ observantiam, ac bonorum operum exemplum totis viribus incitabat. Divinum præterea cultum, plorum Legatorum satisfactionem, ac cetera hujusmodi, quæ ad Religionem pertinent, sapientissimis Decretis vel restaurabat, vel perpetuo servanda curabat. Illud in primis satagebat, ut Adolescentuli Sacræ confirmationis sacramento contra christianorum hostis impetus roborarentur. Vigilabat vero quam maxime, ne idiotæ ad illud accederent.

Ne-

Neminem ergo admittebat, nisi de idoneitate per Parochi, vel confirmandi moderatoris testimonium sibi constaret. In ipso autem administrationis actu fervidum ad confirmandos sermonem habebat; Patrinosque de eorum onere commonebat, itaut Auditores ad lacrymas commoveret. Neminem tandem sacræ actionis loco discedere sinebat, nisi post acceptam ab ipso pastoralem benedictionem.

108 Ne vero locorum incolis in sacra visitatione esset incomodo, ære proprio tum se, tum Familiares alebat, suetamque Prædecessorum procurationem imminuit. A muneribus ut semper abhorruit, abhorruit præsertim in lustranda Diœcesi. Hinc ut cetera omittamus, quum quidam Airolæ Presbyter tenue quoddam fructuum donum ad Antistitem misisset, ipse statim ad donantem remisit. Ægre id ferens Presbyter cum eodem questus est, propterea quod tenue munus, amoris, et obsequii dumtaxat, non autem alicujus assequendæ rei causam spectarat. Cui ille respondit = Quum per sacros Canones Episcopis absolute vetitum sit in visitatione recipere munera, nullus superest interpretationi locus inter exiguum, et pretiosum, inter urbanum, et officiosum donum = Perfunctus unius Pagi vel loci visitatione vili jumento vectus in alium contendebat: discedentem vero pauperum, et omnium ætatis hominum turba contineri vix poterat, quin lacrymis prosequeretur. Quocumque tandem transibat ad eum miraculorum fama commendatissimum ægros, tum adultos, tum infantes certatim populi afferebant, super quos ipso manus imponente, ii bene habebant.

109 Præter pastoralem visitationem nihil excogitatum, vel intentatum reliquit quod ad christianam disciplinam in Populum inducendam, vel retinendam conferre posse putaret. Summa profecto vigilantia utebatur, ut omnino singuli paschali præcepto satisfacerent. Quo ad id fraudem omnem dolumque adimeret Parochis stricte præcepit, ut per quadragesimale tempus Animarum censum conficerent, utque Pareciæ domos lustrantes singulis hominibus schedulam distribuerent uniuscujusque nomen præseferentem, ipsiusque Parochi charactere conscriptam, quam singuli deberent in sacra synaxi eidem Parocho restituere. Ut denique omnes ad rite, sancteque satisfaciendum paschali præcepto disponeret, evangelicis præconibus in eorum patentibus literis præcipiebat, ut Populum per cathechesim de iis quæ ad Eucharistiæ, et Pœnitentiæ Sacramenta recte obeunda necessaria sunt, diligenter instruerent.

110 Quo autem adolescentulos nuptiarum speciem subdole simulantes a liberiore, ac diuturna cum puellis consuetudine arceret, Parochis vetuit, ne promissa de futuro Matrimonio sumerent, nisi ab iis, qui forent nuptias proxime contracturi. Parentibus vero anathemate præcepit, ut a suis laribus ante sacra nuptialia sponsos exularent. Quibus profecto legibus assequebatur, ut quisque ea, qua decet, mentis puritate ad Matrimonii Sacramentum accederet.

111 Quantum vero sibi cordi fuerit, ut pueri matura ætate sacro confirmationis oleo munirentur, superius innuimus. Illud ergo dumtaxat heic loci addendum ducimus, ipsum mala valetudine ad sacras actiones forte imparem, Amalphitanum Archiepiscopum *Puoti* rogare fuisse solitum, ut vel in Urbe S. Agathæ, vel in alia Airolæ, vel tandem Argentii in ministranda confirmatione suas gereret vices. Tanto denique studio in id vigilavit ut olim, ne adolescens in dissita quadam rustica domo pthysi correptus absque confirmatione decederet, eo statim sese contulerit.

112 Quoniam autem ad fovendam in Fidelium mentibus Religionem, ac picta-

tis

tis ignículos excitandos piæ exercitationes, ac instituta plurimum possunt; totus in eam curam incubuit, ut per Urbem, totamque Diœcesim hujusmodi devotos usus vel induceret, vel intermissos redintegraret. In Cathedrali Ecclesia morem invexit, ut Presbyter primam missam celebrans de divinis eum populo quotidie commentaretur. In templo B. V. Montis Carmeli Terræ Argentii dissociatum civilium hominum Sodalitium iterum congregari sategit, ac sæpius ipse ad Confratres publicos sermones habebat. Dum vero olim ad Deiparæ devotionem solito ferventius eosdem excitaret, sublta luce splendescere Templum, ejusque facies, solis instar, coruscare visa est. Legem item indixit, ut quotidie sub vesperum in singulis Diœcesis Paræciis salutaris Hostia in Pyxide publice exposita per editas, ac evulgatas preces a confluenti Populo coleretur. Sed nimis longum esset singulas pias exercitationes ab optimo Antistite institutas recensere.

113 Pari profecto studio, quo divinæ Legis observantiam zelavit, cujuscumque generis scandala Impedire sategit. Et quoniam inter cætera vitia ad illud præsertim libidinis corruptam hominis naturam proniorem intelligeret, hinc ardenti zelo publicas meritriculas ab amatoria vesania ad castum Christi amorem traducere conabatur. Ubi primum per Diœcesim prostitutam reseiebat fœminam illico accibat, ac paternis monitis certum salutis discrimen exponens eamdem ad rectam salutis semitam incitabat. Si vero in libidinis proposito obfirmato esset animo, is obtenta a Prætore auxiliari manu, eamdem carceribus trudi, vel, ne morbida pecus totum Ovile corrumperet, e Diœcesi exuiari curabat.

114 Quum forte recuperandæ valetudinis causa Nucerlam Paganorum per aliquot dies se contulisset, publica quædam Meritrix, quæ e sua Diœcesi fuerat expulsa, Antistitis absentiæ occasionem nacta, eo effrons ad sueta flagitia redivit. Ubi nunelum ad Alphonsum pervenit, suæ statim oblitus valetudinis, ægrotus ut erat, citus ad impediendum malum Diœcesim repetiit. Acciram illico fœminam gravi cohortatione est redargutus; deque divino amore, seculique vanitate tanto fervore dixit, ut illa ad Antistitis pedes pœnitentiæ lacrymis perfusa procubuerit. Suo itaque studio impensaque eam tuto domicilio locavit, in quodam scilicet Neapolitano gynæceo, in quo asperum vitæ genus Instituit. Plures fuere hujusmodi fœminæ, quas Alphonsus e peccatorum cœno traductas diu tuto loco retinuit, collataque inde e suo ære dote, nuptui tradidit. Uno verbo. Nulli pepercit incommodo, laboribus, pecuniæ, ut libidinis pestem a suis Ovibus eliminaret.

115 Argentii haud erant pro mulierlbus carceres, propterea que criminosæ inter ipsos satellitum lares detinebantur. Divinæ offensæ incitamentum dolens Alphonsus apud loci Ducem totis viribus egit, ut novæ extruerentur ædes criminosis fœminis assignandæ. Qua itaque sanctitatis celebritate præstabat facillime a Duce quod petebat obtinuit.

116 Nec minorem impendit operam in adolescentulis puellis a profanis amorlbus revocandis. Virgines, quæ inopia pressæ divitum paterent insidiis, de suo collata dote, in matrimonium conjungebat. Aliis egenis sua item pecunia vestes, lectuios, alimenta, et quidquid ab substentandam vitam haberent opus, abunde comparabat, ne inopia periclitarentur. Si hujusmodi inopes Puellæ ad expediendas Matrimoniales, ut ajunt, litteras ipsum adiissent, quo earumdem facilius conditioni prospiceret, non modo sibi debita jura donabat, sed eleemosynis earum occurrebat inopiæ; Imo vero sæpius ad locandas egenas Virgines matrimoniales dispensationes proprio ære solvebat.

At

117 At non modo in libidinis vitio e sua Diœcesi prorsus eliminando, sed in ceteris quibuscumque vigil, ac studiosissimus extitit. Criminosos, et facinorosos homines paternis primum monitis corrigebat; si vero ad flagitia redirent, debita eos pœna plectebat. Tanto id zelo exequebatur, ut ad nullam, vel personæ qualitatem, vel Magnatum studia respiceret. Nulli item parcebat labori, pecuniæ, ut lites componeret, odia inter familias extingueret, dissociatos tandem animos reconciliaret. Unum præceteris commemorabo, ex quo cætera percipi queant, ipsum, ut rusticam quamdam fœminam ad donandam filii occisori veniam incitaret, illius casam petere non dubitasse; Imo vero ad omnia amovenda effugiz menstruam eis stipem perpetuo assignasse.

118 Ob herolcum hunc zelum divinæ impediendæ offensæ miseram animarum vicem in perduellione decedentium intime miseratus, tum Ecclesiasticas, tum laicas leges id generis facinus omnino vetantes in unum collegit, evulgavitque, quo frequens ille abusus in Neapolitana Militia funditus tolleretur. Suas præterea preces Regi obtulit, ut Administris hujusmodi legum executionem pro imperio præciperet. Dum vero perduellionis impietatem scripto exponebat lamentabili voce, amarisque lacrymis animarum plorare jacturam auditus est.

119 Tantum animarum zelum, et pastoralem Gregis sollicitudinem mira cum charitate miscebat. Nam miseros omnes ita gerebat in oculis, ut se ipso chariores habere videretur. Quas profecto ad personam, ac dignitatem tuendam opes, et facultates acceperat, ad illorum magis subsidium, quam ad proprium usum, et commodum referre solebat. Ad satiandam egenorum famem iis Episcopales ædes quacumque diei hora patere volebat, quibus ipse vel pecuniam, vel alimentum, vel vestes elargiebatur. Qua de re vel necessarium cibum sibi subtrahebat, ut fieret refectio pauperum abstinentia jejunantis. Monitus propterea, nt magis suæ substentationi consuleret, respondere solebat, sibi esse in egenis immensos filiorum greges alendos. Præter autem frequentes hasce eleemosynas identidem per diem repetitas, domesticæ rei curatori edixerat, ut quoquo sabatho singulis mendicis ad Episcopales ædes confluentibus panem, stypemque tribueret. Per vias pauperum turmis obsidebatur, quibus modo sua, modo aliena manu pecuniam erogabat.

120 Quanta porro liberalitate inopibus Virginibus, ut conditionem reperirent, dotem ære suo elargiretur, paulo ante commemoravimus. Sed et egenas familias, quas pudor emendicare vetabat apud se descriptas babens certo censu in singulis mensibus per secretum eleemosynarium peramanter alebat. Quo vero singulis Diœcesis pauperibus profusa ejus charitas præsto foret Parochos monuit, ut cujuscumque Parœciæ egenorum censum ad sese afferrent, quorumipse inopiam larga manu levabat. Presbyteros quoque ad celebrandum impares, aliosque homines habituali morbo impeditos ære suo substentabat. Sæpius Administris, Colonis, et Episcopalis mensæ conductoribus ingentem pecuniæ vim sibi debitam relaxavit, ac non semel menstrua stype eorum levavit inopiam. Verum non modo pecuniam sibi debitam sæpe remisit, sed pluries item aliena debita de suo satisfecit, quo homines ad se confugientes a creditorum liberaret angustiis.

121 Ejus ad pedes se olim abjecit egenus quis, quem Antistes certa pecuniæ summa in singulos menses alebat, ac ingemebundus narravit sese alieno ære gravatum ad incitas fuisse redactum, proptereaque ab ipso suppetias opemque imploravit. Alphonsus miserum sueta charitate complexus,

cum

cum tanta haud sibi in præsentia pecunia foret, quanta solvendo debito oportebat, cum Creditore convenit, sese alieno ære per menstruas solutiones pro egeno satisfacturum. Mirabile hoc certe fuit, mirabilius vero illud, quod alienum æs creditori dissolvit, quin interea eleemosynam debitori assignatam vel hilum quidem imminueret. Sed commentarii brevitas profecto non sinit, ut singula hujusce viri charitatis monumenta recenseam. Mirabantur profecto omnes quomodo unius Episcopi proventus profusæ adeo largitati sufficerent. Nam recepti, datique summa ad calculum vocata, subductisque rationibus repertum est summam in egenos ab eo profusam aliam perquam longe per annum excedere, quam ad propriam substinendam vitam, ad tuendam dignitatem, ad alendos, solvendosque familiares omnes, et administros insumebat.

122 Sed splendidius Alphonsi charitas in egenos eluxit anno 1764. quo annonæ inopia tota premebatur Italia. Eo enim in eventu egenorum millibus, eoque amplius, stipatum se vidit, quin frumentum haberet. Quoniam vero futurorum præscius superiore anno præter morem legumina comparaverat, singulis famelicis alimoniam non modo, sed stypem distribuebat. Quum tandem nummi, ac alimenta sibi deessent, currum, mulas, pectoralem Crucem, pretiosum annulum, ac pretiosiorem alium a Litterarum Antistite dono acceptum, omnemque aedium supellectilem divendi jussit, totumque pretium dispersit, dedítque pauperibus. Toto autem caritatis tempore modico pane, tenuique jusculo vitam traxit, ac communem mensam solito frugaliorem familiaribus indixit.

123 Postquam vero facultates omnes in cœlestes thesauros manus pauperum deportaverant, Purpuratos Patres Episcoporum, et Regularium negociis præpositos supplex adiit, ut sibi ad opitulandos egenos mille argenteorum nummuum mutuo accipiendi facultatem impertirentur. Sacra eadem Congregatio die 20. Martii 1764. Antistitis precibus annuit, idemque Rescriptum Serenissimus Rex die undecima insequentis Aprilis exequendum indulsit. Argentea item Cathedralis Pontificalia, ni Canonici renuissent, in alendos famelicos erogasset. Quadam die quum innumerae, qua stipabatur, egenorum multitudini sese omnino inopem, propterea que ad eleemosynas prorsus imparem exponeret vel ipsos famelicos ad teneras lacrymas commovit; quod ut ipse vidit, sese item a fletu temperare nequivit.

124 Sed sibi molestus illud, quod nullibi datum erat frumentum reperire. Fervénti propterea studio apud amicos, apud Religiosos viros, apud ipsum germanum fratrem plurimum per epistolas egit, ut suis pauperibus praesto forent. Nec spes inanis, aut frustra suscepti labores. Nam ejus frater tantum frumenti ad se comportandum curavit, quantum acerbissima, eaque universalis sinebat inopia. Ubi itaque ad ipsum pervenit triticum, totum illico egenorum turmis prudenti ratione distribuit. Quotidie civiles, ac nummatos homines, nec non Ecclesiasticos coram se convocatos ad eleemosynas vehementi cohortatione incitabat. Religiosis quoque singulis Id ferventer commendans, cum eorum alterum huic rei minus studentem advertisset illius negligentiam severe increpavit. Tantam profecto molestiam ob pauperum inopiam præseferebat Alphonsus, ut per totum, qua late patet, utriusque Siciliæ Regnum crebris sermonibus celebraretur. Eam propterea Neapoli rosciens P. Paschalis de Matthæis Ex-Provincialis Societatis Jesu triginta argenteos nummos ad eum misit, quos ut ipse accepit, egenis distribuit.

125 Pressius vero per Urbem S. Agathæ frumenti caritate grassante haud veritus

tus est amantissimus Pastor suam vitam exponere, ut alienæ incolumitati consuleret. Nam publicum Annonæ Præfectum a tumultuante Populo ad necem conquisitum domi suæ abdidit, seque pro illo obsidem furenti multitudini obtulit. Suavi inde oratione singulorum animos sibi devinxit, totamque Episcopii, et Seminarii farinam famelicis distribuens tumultum extinxit.

126 Accidit interea, ut quadam nocte familiares cubitum ituri in altero ex Episcopii conclavi, cujus fores per diem cuicumque patebant, adolescentem fame pene extinctum invenerint. Ad Alphonsi aures ut triste nuncium pervenit, cucurrit illacrymans, ac veluti misericors Samaritanus semianimem amplexatus peramanter fovit, liquoribus ad sensus pedetentim revocavit, ingestoque per vim in ejus os cocholatæ frustulo animum ei addere sategit. Ubi ad vitam eumdem revocatum vidit, intime gavisus est, neque ipsum, nisi per triduum apud se bene pastum, dimisit.

127 Pari autem amore miseros homines in publica vincula conjectos prosequebatur. Bis enim per hebdomadam stypem ad careere trusos mittere solebat, ac quoties ante eorum crates transibat eleemosynam item elargiebatur. Si vero nummos eos ludo perdere resciret, ipsis panem distribui jubebat. Quibuscumque tandem eorum, qui eum per preces supplices adiissent, vel ad alendam familiam, vel ad solvenda debita pecuniam erogabat: Non minus vero de illorum spirituali, quam corporali vita sollicitus binos Sacerdotes præfecit, apud quos illi conscientiam frequenter expiarent. Diebus quibusque festis eos sacro interesse volebat; quumque Argentii nullum esset intra Carcerum septa Oratorium, illud de novo construi sategit. Bis tandem per annum Nola Canonicum accibat, qui eisdem Evangelica præcepta exponeret, perque conciones ad salutarem pœnitentiam adduceret; quo quidem in eventu Antistitis ære appositis in prandium epulis reficiebantur.

128 Quanta porro commiseratione in reos is ferreretur tunc maxime patuit cum anno 1772. tres Albanenses Milites e sua statione transfugæ ad ruralem quamdam Agathensis Diœcesis Cappellam confugerunt. Ut enim illi capitis pœna plectendi erant, in vincula conjecti sunt, confectisque de more actis illud miseris effugii supererat, quod sacra ædicula ecclesiastica immunitate gauderet. Acta propterea ad ferendam in id sententiam ad Alphonsum transmissa sunt. Satis vero notum erat rusticam illam ædiculam nulla gaudere immunitate. Idcirco non defuit, qui Episcopo justitiæ, et charitatis stimulis maximopere anxio consuleret, ut ad tuendam reorum vitam de immunitate constare decerneret. Ad mendacii consilium ejus exhorrult animus et consulentem vehementi reprehensione redarguit. In diem tamen differebat sententiam eorumdem intime miseratus. Angebatur interea, quod omnino nesciret quid consilii capiendum. Ad incitas tandem redactus oratum secessit, perque multas epistolas apud Regios Administros reorum vitam pro Christi ejusque Matris amore supplex expetiit, suique animi angustias exposuit. Cum itaque apud Regem, ac Magnates sanctitatis fama maxime floreret, paucis ab illiuc diebus responsum accepit, Regem ejus obtentu reis non modo vitam donasse, sed omne etiam pœnarum genus remisisse. Quamobrem eosdem reos gratias reddendi causa supremus Militiæ Præfectus ad Antistitem misit, quos ille ferventer de crimine arguit, et ad expiandam conscientiam per biduum hospitio recepit.

129 Quam vero ægrotorum curam gereret optimus Antistes, qua sollecitudi-

nc, et charitate eos prosequeretur paucis exequemur. Ad invisendos enim solandosque quoscumque Diœcesis Infirmos humiles pauperum casas, ac tuguria frequens adibat. Ægroti lectulo sistens propriismet manibus stypem, et corporalem opem præbebat. De æterna autem eorum salute solicitior per salutaria monita ad æternæ beatitudinis iter faciliorem aditum eisdem parare satagebat; quem profecto morem cum in Urbe, tum in quibuscumque Pagis Diœcesim lustrans perpetuo retinuit. Ne quis itaque hac Antistitis charitate orbaretur tam Cathedralis S. Agathæ, quam Collegiatæ Argentii ædituos monuit, ut quotidie sibi eorum censum afferrent, qui Viatico muniebantur, ut citus ipse ad eosdem opitulandos accurreret.

130 Singulos autem Proximos animi, corporisque angustia pressos peramanter complectebatur. Licet enim gravissimis Ecclesiæ curis detineretur, quacumque tamen adiissent hora mœrentes homines, sive divites, sive pauperes pari omnes charitate excipiebat, erigebat, ac solabatur. In id vero tanto ipse præstabat, ut nemo ab eo, nisi intime consolatus abirer. Ea porro comitate, et humanitate fuit, ut nihil justa petentibus denegarer, si quid vero negare cogebatur, sueta uteretur lenitate sermonis, ut eos quoque, quibus negabat, æquos a se pacatosque dimitteret. Camaldulenses Monachos olim gratis persecutos apud ipsum effugium opemque quærentes fraterno amore complexus est, eisque futuram prædixit tranquillitatem. Interea eosdem per octo, et amplius dies hospitalitate, ac contubernio comiter prosecutus ad eorum pacem a totius consolationis Patre obtinendam publicas preces indixit, donec illi, sedatis fluctibus, juxta Antistitis vaticinium, optatam obtinuere tranquillitatem.

131 At quoniam divina charitas non extinguit ergo affines, et sanguine junctos amorem, sed illum honestat potius, et ad perfectæ virtutis rationem perducit, sic Alphonsus recto charitatis ordine parentes, affinesque dilexit. Tanto itaque amore, quantum gratissimi filii in Patrem esse maximum potest, Genitorem ipse dilexit. Germanum fratrem ejusque filium carissimos habuit, ac singulari benevolentia prosequebatur. Neapolim cum adiret, adivit autem semel unius Ecclesiæ suæ causa per mensem, paternis in ædibus diversatus est. Quum olim ex Fratre Nepos cum lectissima sponsa eum invisendum adiissent, ad sui erga illos amoris argumentum, et xenii loco, blandiloqui mundi fugam, ac beatæ felicitatis desiderium in eorum corda ingerere studuit; Atque in hoc adeo hæsit, ut quemadmodum suo loco dicendum est, eidem Nepoti ejus morti adstanti unum æternæ salutis assequendæ monitum pro hæreditate reliquerit. Defuncto ejus fratre D. Hercule Deum fervide deprecatus est, ut tenellam ex eo Neptem sibi Christus in sponsam eligeret. Nec spe votisque frustratus est. Nam ad ejus preces hanc illi Deus mentem indidit, ut in sacro claustro virginitatem suam cœlesti sponso consecraret. Vocatione a summis Directoribus probata eam Patruus Nuceriam accivit, quo ipse Episcopatu abdicato se abdiderat, eique paternis monitis ad exequendam vocationem animum, et robur adjecit. Ipsam inde piæ nobilisque Matronæ clientelæ commissam jussit, ut comunem morem abhorrens a choreis theatrisque abstineret, ne ejusmodi illecebris a suscepto consilio animus defervesceret. Intime tandem gavisus est cum eam per claustralia vota Christo desponsatam audivit in nobili Neapolitano Asceterio ad S. Marcellinum, in quo modo Patrui sanctitatem imitata omnium virtutum laude commendatissima vivit.

132 Paterno quoque amore filios dilexit, quos ipse Christo genuerat. Pastorali

rali enim sollicitudine licet in singula momenta distentus, suæ tamen Congregationis gubernacula, ut alumnorum obsequeretur votis, retinere non detrectavit. Regularis porro observantia tantum cordi ipsi fuit, ut quamquam illam ejusdem Congregationis Vicario rigide demandasset, nihilo tamen secius a remotis Sodalibus ad se venientibus de ea sollicite sciscitaretur. Si quem vero defectum rescisset per epistolas illico corrigebat. Sui item Instituti incrementi post ipsum quoque nactum Episcopatum haud est oblitus. Domus enim Missionum tum Beneventana, tum Verulana ad Sciphellos, tum denique Phrusinonensis ipsi jam Antistiti referuntur acceptæ. Ita tamen in suos coercuit amorem, ut de Ecclesiæ redditibus eis tribueret omnino nihil. Languebat olim, et ad interitum properabat rei familiaris inopia Iliceti domus. Illius itaque Præses ad eum, veluti Patrem, ac supremum Moderatorem adiit, ut, qua egenos charitate prosequebatur, afflictis Sodalium rebus per stypem occurret. Tum ille Apostolico zelo accensus Præsidi respondit, Ecclesiæ bona in sublevandis, non Congregationis, sed Diœcesis egenis sibi esse impendenda, eumque graviter objurgatum monuit, ut ab hujusmodi petitionibus imposterum abstineret.

133 In regendis vero familiaribus, domesticisque suis mira charitate utebatur. Ne quid eis ad victum, ceterasque necessitates deesset diligenter curabat, iisque religiose stipendia solvebat. Peccantes paterna potius charitate, quam herili potestate, atque imperio corrigebat. Eorum autem mores adeo moderabatur, ut in universum gregem inde prodiret virtutum exemplum. Quotidie sub vesperum ad Fidei actus eliciendos, ad conscientiam excutiendam, ad sacra Mysteria per Rosarium recolenda eosdem secum congregabat. Frequentem tandem Sacramentorum usum a singulis omnino exigebat.

134 At in suorum dilectionis meta non hæsit Alphonsi charitas, sed in offensos quoque sibi homines se quam latissime effudit. Erat ipse natura ignea, et irritabili, subitisque concitationibus obnoxia, virtute tamen frigidus videbatur, atque phlegmaticus. Quot profecto illi in corrigendis Gregis moribus, in restauranda Cleri disciplina, in tollendis denique scandalis irascendi se obtulerint occasiones neminem fore arbitror, qui non intelligat. Ita vero male feriatorum hominum subibat injurias, ut ne subiraſci quidem aut verbo conqueri visus umquam sit. Illud præceteris commemorabo, vesanum virum ob germanum fratrem, publici scandali causa, a Diœcesi procul actum impudentissime quascumque voluit in Antistitem contumelias conjecisse, quin ille vel minimum exasperati animi indicium ediderit. Rei insolentia, atque indignatione commotus Presbyter forte præsens contumeliosum hominem non modo inultum, sed silentio ab Episcopo exceptum admiratus, eumdem postea severe redarguit.

135 Argentii quoque incola suaviter ab Alphonso correptus probris, indignisque nominibus eum est insectatus, quibus ille mira mansuetudine, et urbanitate respondit. Etsi enim ab inutilibus iis officiis, quibus per singula ædium conclavia abeuntes prosequi solemus, valde ipse abhorreret, ne momentum quidem temporis tereret, mordacem tamen hominem mira oris hilaritate ad Palatii usque fores comiter est prosecutus.

136 Omnes profecto occasiones nanciscebatur, ut injurias ampre compensaret. Quamobrem cum quidam Iliceti vir, cujus nomini parco, qui diu Alphonsi Institutum, sodalesque vexaverat, totisque viribus, uti dicebamus initio, apud Regios Consiliarios ejus abolitioni studuerat, obæratus decessisset, illico sacer Antistes alteri ex Sodalibus suis Antonio Mariæ Tannoja egregia pietate viro jussit defuncti filios, quatuor scilicet fœmi-

nas, duosque masculos omni beneficiorum genere prosequi. Ubi vero rescivit per illius studia, ac officia Magnates quosdam orphanorum inopiæ prospexisse, non modo ex animo gavisus est, sed iisdem, veluti suis benefactoribus, de beneficiis in eam familiam collatis plurimas gratias egit. Difficile tandem dictu est quantum gaudii, ac lætitiæ sibi nuncium attulerit, ejusdem sui Sodalis opera duas Adversarii filias sese Deo in Religione vovisse, aliasque Asceterium fuisse ingressas. Præsidi quoque Collegii Caputsyleris illatam suis Alumnis injuriam temporalibus, ac spiritualibus beneficiis, vindictæ nomine, compensari mandavit.

137 Attamen nullis umquam obtrectationibus, injuriisque ad corrigendos mores, ac tollenda scandala se retardari passus est, dicere solitus, se libenter pro Christo, proque suo munere, si Deo ita placitum, mortem subiturum. Injurias autem, quæ suæ personæ ab iis quæ dignitati, vel Ecclesiæ juribus inferuntur prudenti ratione discernens, ut illis silentio, ac mansuetudine, his ferventi zelo respondebat. Ad ejus forte aures pervenit satellites quemdam reum e templo per vim eduxisse. Familiari itaque mandat, ut suo nomine a seculari Judice Rei reductionem non impetraret modo, sed imo juberet, idque ni fecisset excommunicationem ei minaturum. Interea alteri comminandæ sententiæ formulam scribendam imperat, exclamare non cessans = *De immunitate agitur, de ea defendenda ad ipsius usque thiaræ venditionem certandum omnino est* = Nulla autem ipsi quies, nisi postquam Reum a vinculis eductum coram se liberum habuit.

138 Pari animi constantia, ac firmitate in iis ferebatur, quæ ad Justitiam pertinere intelligebat. Qua enim fide, ac integritate sacras Ecclesiæ leges custodiret ex ea præsertim severitate compertum est, qua non modo Paræclas, sed singula item sacerdotia, contemptis amicorum officiis, potentum gratia metuque, nonnisi dignioribus conferebat. Quamobrem quos ex suæ Diœcesis Presbyteris probitate, et doctrina cæteris dignlores reperiebat, ad Cathedralis Sacerdotia, Canonicatus vocant, posthabitis civibus, promovebat. Quum id ægre ferrent Sanctagathenses supplices eo nomine Regem adiere, ut ipsi uni civico jure non autem Diœcesis Presbyteri Cathedralis Sacerdotiis augerentur. Precibus a Rege ad Antistitem remissis, pro Justitia Ipse respondit, nulla fundationis lege fuisse cautum ne, præter cives, Diœcesani ea sacerdotia assequi valerent; propterea esse Episcopi juxta statuta Canonum, non Civitatis, sed meritorum qualitates attendere. Hocce responso, quod Rex commendavit quam maxime, probavitque, civium preces cesserunt in irritum; imo ex eo sanctitatis opinioni, qua jamdiu apud Regem is maxime florebat, cumulus accessit.

139 Eadem Apostolica fortitudine, ac heroico justitiæ zelo forenses causas definiebat. Nihil umquam in dicenda sententia aut metui, aut urbanitati dedit. Numquam ad cujusquam voluntatem, et votum orationem suam accommodabat. Itaque vulgo et id dicebant, nihil ab eo precibus peti oportere; Preces enim apud eum neque ad justa impetranda necessarias esse, neque ad injusta extorquenda efficaces. Nullas profecto lites a suo Vicario, se Inscio, terminari sinebat; sed ea, qua præstabat jurisprudentiæ peritia, tam rigide rationum momenta ad trutinam revocabat, ut ab ejus sententia numquam fuerit ad Metropolitanum, ut moris est, appellatum.

140 Pauperum causas ad se vel maxime pertinere ratus Cathedralis Canonicum non minus doctrinæ, quam probitatis laude commendatum elegit, qui nul-

nulla mercede egenorum, et pupillorum causas ageret, ne il debito fraudarentur patrocinio. In Curiæ Administros vigilabat quam maxime, ne justo majora pecuniæ jura reciperent. Ipse vero nullam sibi debitam procurationem accipiebat, sed collitigantibus ultro donabat. Quo factum, ut census ex Curiæ juribus obveniens vix menstruo Vicarii Generalis emolumento sufficeret. Constantem morem a se procul arcendi munera, in solvendis item quæstionibus perquam rigide retinuit. Sæpius namque post ipsam dictam sententiam, remque omnino finitam oblata sibi munera ad donantes remisit.

141 Sed justitiæ zelus, quo æstuabat Alphonsus non modo in jure unicuique hominum tribuendo, sed in eximio quoque, ac prorsus heroico erga Deum resque divinas cultu, ac veneratione maximopere eluxit. Tanta profecto religione versabatur in templis, ut exanime quoddam simulacrum videretur. Pontificales functiones adeo graviter, sancteque peragebat, ut cunctis ad veneranda sacrosancta Mysteria maximo foret incitamento. Laboribus licet, senioque fractus Rubricarum leges, ac ritus religiose executioni mandabat; monebatque itentidem omnes Ecclesiæ Ministros ne in id vel hilum quidem peccassent. Qua de re in visitanda Diœcesi cujuscumque loci Presbyteros convocabat, ut periculum facerent an in divina peragenda re Ecclesiasticos Ritus ac cœremonias exacte servarent. Ne vero illi coram Antistite erubescerent, ipse omnium primus sacram gerebat actionem.

142 Quamquam in quibuscumque externis actibus talem se præbuerit Alphonsus, qualem in Tito Animarum Pastorem Paulus informat, tamen interiores quoque adeo rigide moderabatur, ut vel ipsis censoribus sua gesta curiosius investigantibus eximiam ostenderet sanctitatem. Eamdem revera in victu, cultuque parcimoniam retinuit, qua a principio se cum adhuc in Cœnobio esset assuefecerat. Eadem jejunia erant, eædem preces, eadem corporis afflictatio, ac vestitus asperitas. Appositas in prandium epulas, quibus ipse, Vicarius, et Secretarius vescerentur, vel nihil, vel tantisper degustabat. Hæc autem ipsa communis mensa frugalis nimium erat. Præter enim jusculum, et aliud quid carnis, vel piscis obsonium fructusque, erat præterea nihil. Illud vero, quo reficiebatur jusculo, juxta morem absynthio ita depravabat, ut vel ipsa bruta, ipsique famelici respuerent. Amalphitanum olim Archiepiscopum hospitio excepturus solito plura obsonia in prandium indixit. At quoniam ea obsoleta, ac vulgaria coquo videbantur, exquisitiora ipse fercula, ac lautiorem mensam contra heri jussum instruxit. Id ut vidit Antistes post convivæ discessum cum rei familiari Præfecto serio conquestus est, illud graviter addens, Regum, non Antistitum esse delicatiores comparare dapes, splendideque epulari.

143 Somnum ultra quinquenas horas nunquam protrahebat, eumque super durum stramen injectis clam lapidibus refertum carpebat. Secreta cruentatione, ciliciis, catenis, aliisque id generis instrumentis in sua membra sæviebat, quemadmodum Familiares, ipso inscio, propriis met oculis vidisse testantur. His olim rogantibus synodalem Examinatorem P. Landi e Dominicana Familia, ut ob suetum examen solito serius absolutum noctu in Episcopio cubaret, respondit ille = *Etsi intempesta nox esset Cœnobium peterem, quod horret animus in tam dira audienda flagellatione, qua se noctu cruentat Antistes* = Ac re quidem vera, sive in Urbe, sive in Diœcesi is versaretur, cubiculi parietes cruoris guttis calce consulto, velatis undequaque conspersi reperiebantur.

Hæc

144 Hac porro vitæ asperitate, jugique subigendi corporis studio id est assecutus, ut Virginitatis florem integrum, ac illibatum ad mortem usque servarit. Hujus profecto rei gravissimum ab illius obitu testimonium publicis in tabulis reddidere *septem* spectatissimi viri, qui ipsius conscientiam dum viveret moderati, uno ore fatentur numquam ejus in confessionibus absolutionis materiam invenisse. Ad tuendam profecto corporis, mentisque integritatem fuit perpetuo vigil. Fœminarum aspectum, nedum colloquia, et consortia vitabat; quod si pro munere audire aliquam cogeretur, non sine testibus eam admissam, inversaque fronte, oculisve, quam paucissimis expediebat. Suis autem manibus mulieres oscula figere vetabat omnino. In Monialium item sacra professione excipienda Virginis manus in suas manus inserendas nolebat. Minus honesta verba odit semper, et arcuit. Luxuriæ tandem vitium voce scriptoque acerrime insectabatur.

145 De vestitus autem asperitate ut loquar, rudi Instituti tunica, præterquam sacris in functionibus, induebatur. In Episcopalibus vestibus nihil sericum, nihil pretiosum, nihil studiosius elaboratum. Violaceæ erant laneæ, similesque caligæ. Semper iisdem est usus calceamentis, quæ sibi Episcopatus initio comparaverat; Ea proinde vetustate attrita reconcinabat, ac ferreis æruginosis fibulis nectebat, quas olim intuens Cardinalis Sersale Neapolitanus Archiepiscopus heroicam viri paupertatem maximopere demiratus est. Crucem ex auricalco pectore gerebat, alia ex aureato argento ad alendos pauperes jamdiu divendita. In sacra quotidiana actione argillaceis urceo, ac malluvio, deinde vitreis urceolis, presbyterorum instar, utebatur. Ad Pontificalia autem peragenda argenteam supellectilem e Cathedrali sumebat.

146 Domus etiam universæ apparatus nimiam redolebat paupertatem. Ad Ecclesiam vix perventus angustiores Palatii cellulas sibi elegit, ampliores Vicario cedens. Nudi erant parietes paucisque ornati sanctorum imaginibus. Præter stramineas sedes, angustum, durumque cubile, molliore lectulo quem sibi Canonici initio paraverant recusato, brevem ad scribendum abacum, ac librorum pluteum, erat præterea nihil. Qua de re Cœnobitæ magis, quam Episcopi ædes videbatur. Tanta profecto supellectilis premebatur inopia, ut ad excipiendos hospites lectulum mutuo accipere opus haberet. Exiguus tandem erat suæ familiæ elenchus. Vicarius Generalis, presbyter, qui et Cappeliani, et Secretarii, et domesticæ rei præfecti munere fungebatur, Congregationis Laicus, alterque famulus tota erat familia Antistitis.

147 Ob heroicam ejus humilitatem, Paupertati cognatam, ab omni fasto ita aversabatur, ut ad templa privatæ religionis, non autem Pontificalium functionum causa pergens præeminentiam recusaret, sed in angulo humi genuflexus orationi vacaret. Ædificiis a se magnifice excitatis operibusve præclare institutis nullum addi monumentum patiebatur, quo beneficii, ac nominis ejus memoria ad posteros promanaret. Quare preciosis supellectilibus Cathedrali ab eo dono datis, Episcopii ædibus impensa sua amplificatis, Seminario novo ædificio aucto, ac Templo Pagi S. Matiæ ad vicum prope Argentium magnifico sumptu ejus ope, atque opera extructo, gentilitium suæ familiæ insigne apponi prohibuit.

148 Pastorale onus suis expendens momentis, licet heroicis omnino virtutibus non modo exemplo omnibus esset, sed etiam admirationi, sibi tamen uni, qua erat humilitate præditus, velut ineptus videbatur. Abdicandi ergo se Episcopatu non semel consilium cepit, quo vitæ suæ ratio-

nes

nes ab omni exteriore cura solutus ad sola sempiterna traduceret. Post trienninm ergo Summum Pontificem Clementem XIII. per epistolam supplex adivit, ut malæ valetudinis causa sese ab Episcopatus oncre levaret. Quum vero Pontifex renuisset, susceptum obedientia munus, gravis instar oneris, obediens retinuit.

149 Licet vero ob ingentes labores, jejunia, vigilias, cruentationes, mala fere semper valetudine uteretur, crebro tamen, ut erat in Urbe S. Agathæ insalubri cælo sita, febre corripiebatur, quin propterea ab Apostolicis curis animum vel hilum quidem remitteret. Jussus itaque a Medicis loco discedere, residentiæ præcepti custos rigidissimus noluit Urbis stationem, velut suæ sponsæ sinum relinquere. Sed post quintum Episcopatus annum, ingravescente morbo, omnino non potuit, quin Urbem desereret, attamen *Argentium* nobile Diœcesis Oppidum petens stabilem ibi sedem constituit. Nihilominus vero illic solito graviora valetudinis incommoda tulit. Dolorosissima enim, ac generali arthritide correptus ad plures menses intensos omnium artuum cruciatus patientissime toleravit. Morbo in deterius quotidie abeunte, et ad lethum cito cursu progrediente, ipse quotidie cælesti pane refectus extrema unctione munitus est.

150 Ad præsens vitæ discrimen adductus oppidanis contentus medicis celebriores peregrinos acciri nolebat. At jussu P. Andreæ Villanii alii Medicinæ Professores Neapoli ad eum invisendum adventi, occultum, fœtidum, ac profundum ulcus subtus ejus maxillam perreptans detexerunt, unaque vehementer cum adstantibus demirati sunt, nullam umquam Antistitem de eo querulam vocem emisisse. Eo tamen devenerat ulceris virus, ut jam contortis colli vertebris, patientissimus vir obstipo capite remanserit. Quamobrem eo inde momento in reliquam vitam mentum pectori admotum habuit. Novum hoc incommodi genus, invictæ patientiæ exemplo, pacato animo ferens, licet ad bibendum, nonnisi per fistulam, impar effectus, a faciendo sacro haud tamen abstinuit. Consultis enim doctorum virorum sententiis, ac tentamine facto, quum sacratissimum christi sanguinem sedens, opitulante Presbytero, absque ullo effusionis metu e calice sumere valeret, hujusce rei intime gravisus, quotidie sacrum peregit. Remissa tandem aliquantisper morbi vi statim Pastorales labores, cætus morales, ac pascendi gregis vigilantiam aggressus est.

151 Fractis igitur viribus, san. mem. Clementem XIV. per id temporis ad Petri Cathedram evectum, cui etiam Alphonsus ob sanctitatis opinionem carissimus erat, vehementer est obsecratus, ut sibi ægroto Episcopatus resignationem indulgeret. At ille recusans aperte respondit, plus unam ejus ægrotantis precem e lectulo, quam mille Diœcesis visitationes valere.

152 Pontificis placito propriam voluntatem sereno vultu conformans ad aliud quinquennium pastorale munus, ac sollecitudinem sueta religione protraxit. Quum autem sibi prægressa Arthritide ad incedendum impoti imperassent Medici, corpus motu aliquantisper excutere, ut curru eleemosynarum causa carebat, maluit se carruca vectum fune a famulo per domum trahi, quam novum sibi currum comparare. Licet vero membrorum lassitudine, ac inertia laboraret, eodem tamen fervore valens, alieno innixus fulcro suggestum ad conclonem de more habendam ascendebat. Quo quidem in eventu vel unus ægrotantis Episcopi aspectus populorum animos ad lacrymas excitabat. Illud item non levi miraculo fiebat, ut inter concionandum Apostolico accensus zelo non modo agilis videretur, sed polleret viribus benevalenti juveni simillimus. Sed

153 Sed jam maxima bonorum omnium gratulatione summus Ecclesiæ Pontifex inauguratus fuerat Sa. Me. Pius Sextus. Quamobrem Alphonsus ea, qua semper torquebatur cogitatione se omnium Episcoporum ineptissimum esse, a novo Ecclesiæ Pastore demisse efflagitavit, ut se a tanto onere subducere dignaretur. Ad illius Ecclesiæ bonum renuit primum Pontifex; postea vero certior effectus ad cætera ægroti senis incommoda visus, auditusque defectum accessisse, ut illius animi fluctus aliquando sedaret, ad eum scribendum jussit, sese pro summa in ipsum benevolentia Episcopatus resignationem, licet ægre, admisurum. Ad hæc respondit Alphonsus, si ægro animo suam abdicationem Pontifex esset excepturus, propriam ipse valetudinem illius voluntati in holocaustum devovisset. Attamen clementissimus Princeps resignationis causas justas intelligens amplam Alphonso abdicandi se Episcopatu potestatem reliquit. Hinc ipse oneri, atque honori cedens libere munus Pontifici resignavit; isque mense Julio anni 1775. abdicationem admisit. Hoc item in eventu christianæ demissionis exemplum præbuit Alphonsus, utpote qui haud alterius Ecclesiæ in Infidelium partibus, et potestate sitæ titulum, ut fit, expetiit, vel ullo modo quæsivit, neque pensionem ullam sibi reservavit.

154 Vix a pastoralis sollicitudinis vinculis solutus, instar ejus, qui sæva, ac diuturna tempestate jactatus e vado scopulisque emersit incolumis, gaudio exultans ajebat, Episcopalem Crucem eatenus sibi valde onerosam, tunc levissimam evasisse. Gratias, quas potuit maximas, Deo egit, quod ab immani mole subtractus sibi demum, suæque dilectæ cellulæ restitutum videret. Famulis inde jussit, quidquid sibi erat argenti Cathedrali donare. Inquisitione in id facta duo tantum ad edendum argentea instrumenta, necnon coelcatium in Episcopalibus ædibus inventa sunt. Totam quoque, licet pauperrimam supellectilem spolii, ut ajunt, deputatis tradidit, a quibus lectulum, uno stramine, ac lanea culcita, sibi infirmo a Medicis addita, dumtaxat instructum eleemosynæ nomine perhumillime petiit. Tanto humilitatis, ac paupertatis spectaculo qui aderant haud a lacrymis temperarunt. Non alia ergo fuit discedentis sarcina, quam sportula, in qua præter lycnum ex auricalco conflatum, ferreum clibanum, vasemque ad Indicam coquendam potionem, erat omnino nihil: Jumentum vero lectulo onustum currum comitabatur.

155 Fuit autem ea dies universo Gregi tristissima, quod Pastore vigilantissimo, sancto, Prophetiæ, scrutationis cordium, ac miraculorum dono clarissimo se orbatum ploraret. Itaque omnes in dolore, ac luctu esse, et veluti amisso Patre orbitatem suam deflere. Immensa propterea pauperum turma abeuntem Antistitem ad longum iter amaris lacrymis comitata est. Singuli tristi complorationè illius charitatem, beneficentiam, et amorem requirebant. Omnes denique ejus sanctimoniam concelebrabant.

156 Ad suos reversus in Nucerina Domo haud se desidiæ, vel quieti dedit, sed sueto zelo Proximorum saluti per ascecticas elucubrationes perque sacras conciones incubuit. Verum historiæ methodus nos heic loci adnectere jubet, quod cum Alphonsus in abdicando Episcopatu nullam sibi pensionem reservasset, Summus Pontifex tantæ ejus liberalitati maximam rependens, octingentos Neapolitanos argenteos nummos ei ad tuendam personam ex Ecclesiæ redditibus in singulos annos assignavit. De tanto beneficio plurimas ipse gratias Pontifici per epistolam egit, duosque libros, quorum alterum ejus nomini, majestatique dicatum, ad eumdem dono misit. Qua itaque Pontifex humanitate præstabat, XVI. Kal. Decemb.

cemb. 1776. litteras ad Alphonsum dedit gratitudinis amorisque plenas, ac quanti acceptos libros fecerit hisce verbis expressit = *Nihil nobis gratius, nihil acceptius fuit, & hac de causa majores tibi habemus gratias, quam, si quæ pretiosa, & amplissima vulgo existimantur munera nobis obtulisses. Non dubitamus quin in iis mirifice eluceat studium perpetuum, & ardentissimum pascendi, quoad potes, Christi Gregis, ita quidem, ut Episcopatu abdicato, numquam tamen Episcopalis animi vim, & munus abjecisse videaris.*

157 Ac re quidem vera, abdicato licet Episcopatu, animi vim, ac munus nunquam abjecit. Præter enim editos in Proximorum utilitatem quotidie libros, singulis Sabathis, singulisque festis in sui Collegii Templo suggestum ascensus de B. V. laudibus, deque divinis disserebat. Paschali tempore adveniente per fervidas conciones confluentes ad templum homines in sacris mysteriis rite obeundis ad extremos usque annos instruere consuevit. Crebro item in Nucerina Cathedrali, expetente Episcopo, verba faciebat ad Populum Apostolico sane spiritu, ac divino quodam ardore, quo audientium animos commovebat vehementer, eosque a vitiis abductos in salutis viam facile revocabat.

158 Sed mira præ ceteris extitit Nucerini Populi commotio cum Alphonsus anno 1779. ad illum siccitate pressum verba facere debuit. Licet enim ita senio, laboribusque foret attritus, ut ne incedere quidem per sese valeret, tamen aliena ope in suggestum elevatus, spinea corona nudo capite circumdato, fune ad collum ducta, vesteque cinere conspersa sese dedit intuendum. Initium concioni vix fecerat, et frequentem populum ad profusas contritionis lacrymas ita commovit, ut multum temporis a prædicatione cessare oportuerit, innumerique, ablutis animi sordibus, novum vitæ genus susceperint. Neque vero illud prætereundum, quod eadem calamitate urgente, quum Alphonsus curru vectus, medicorum jussu, via forte spatiaretur Templi Sanctæ Mariæ, quam ad *Majum* vulgo nuncupant, in eoque confertam vidisset Populi multitudinem, statim descensus omnes ad pœnitentiam excitavit, ac toto vultu improviso corruscans proximam pluviam spopondit, imo statam pluviæ diem clare prædixit. Hac adveniente dum aer sueta serenitate optatam jamdiu pluviam omnino remotam ostendebat, illico obductis cælo nubibus ingentes imbres effluxere.

159 Postremis vero hisce annis visu, audituque laborans, quo solutus curis uni Deo vacaret, arctiusque adhæreret, Congregationem Vicario Generali P. Andreæ Villani, ut antea, moderandam reliquit. Sodales tamen suos tum privatim singulos, tum publice omnes crebro accersitos ad Apostolicæ Regulæ observantiam fervida oratione excitabat, utque in id maxime vigilaret Vicario commendabat identidem.

180 Interea ipse quotidie per octo, ac decem horas ex odeo Altaris Sacramentum adorabat, ab eoque nisi per vim recedebat. Reliquum etiam a cœna tempus animis relaxandis concessum orationi tribuebat, perque diem Dominicæ Passionis stationes visitabat. Paupertatis rigidissimus custos meliorem domus partem sibi oblatam recusans, nudam cellulam incolendam elegit, prope quam privatum Oratorium erat. Nummos, ac facultates, quæ sibi ex Doctorum Collegio, suæ familiæ sedili, et abdicato Episcopatu obveniebant penes Vicarium religiose seponens in levanda egenorum Collegium quotidie petentium, civilium familiarum, ac Congregationis domorum inopia insumebat. Prodigus in alios in se de more erat avarus. Laneæ obsoletæ vestes sibi eædem quam antea, cibus voluntate rudis, et

calceamenta eadem, quibus utebatur Episcopus, vetustissima. Licet senex ægrotusque sueto stramine cubare volebat, cui tamen, jubente Medico, lanea culcita addita est.

161 Ab heroica quoque abstinentia nec ipsa infirma valetudo, nec inclinata ætas eum umquam retardarunt. Jusculo absynthium miscere non cessavit, ac a cæna prorsus abstinuit. Retinuisset profecto morem se humi vescendi, ni Medici pro imperio ei vetuissent. Delicatiores dapes sibi ægro paratas obedientiæ præcepto delibabat, industrie tamen ad sequentes dies servari jubebat. Qua de re acidos quotidie cibos in mensam sibi apponi satagebat, eisque ad arcendam famem sapide vescebatur.

162 Ad ultimam usque senectutem corpus flagris catenisque extenuare non destitit, donec a Moderatoribus vetitum ipsi fuerit. Eo autem in eventu fido socio suo Francisco Antonio Romito flagrorum capsulam secreto in sterquilinium projiciendam tradidit; altumque de ea re silentium imposuit.

163 Sed quum jam quinque, et octoginta complesset annos, ob labefactatas laboribus, ætateque vires, e cubiculo ipsoque lectulo egredi amplius non valuit. Ad sacrum propterea faciendum impar quotidie divinissimo Christi corpore reficiebatur. Quum vero Feria sexta majoris hebdomadæ id explere nequiret, præ doloris vehementia febri corripiebatur, itaut e secta vena sanguinem emittere oporteret; at a morbo miro sane prodigio insequenti die vix divina dape refectus levabatur. Olim in pervigilio Cænæ Domini crastinum memorans festum lætitiæ voces, et amantis actus ingeminare auditus est. Tanto profecto in Deum ferebatur amore, ut licet nonagenarius, jejunio, carnisque maceratione pene exanguis, naturaque debilis, adeo tamen, summa ipsa sæviente hyeme, calore æstuabat, ut leves vix pannos substinere posset. Hinc merito omnes id a naturæ legibus omnino absonum admirantes arbitrabantur, in ejus corde, instar S. Philippi Neril, divini ignis fornacem fuisse succensam. Ac re sane vera per mysticam unionem semper adhærere Deo videbatur. Tota enim die vocales preces fundebat, et ad mysteriorum commentationem devotum librum sibi perlegi volebat, cujus pios sensus intimo cordis affectu, suspiriis, verbisque prosequebatur. Quo tandem eximium in SS. Altaris Sacramentum satiaret amorem, accensis ad Oratorii Altare cereis facibus suetis ferventissimis precibus illud, ac si præsens haberet, quotidie sub vesperum adorabat.

164 Quoniam vero ingens ad eum consulendum quotidie fiebat omnium ordinum virorum concursus, prudens Alphonsus, ejusdem S. Philippi Nerii humilitatem imitatus, quo plausus detrectaret, imo irrisionibus, quoad poterat, occurreret, bardum sese, ac sensibus hebetem simulabat. Haud tamen ita natura, sed christiana prudentia esse ex eo præsertim compertum erat, quod tunc infantilem ostenderet imbecillitatem, et abs re loqui videretur cum de inutilibus interrogabatur, vel qui ad eum adventaverant, admirandæ potius sanctitatis curiositate, quam animæ bono ducebantur. Secus vero res erat, si Dei gloriæ, vel animarum salutis urgeret occasio. Tunc enim tam bene, dilucide, fervideque disserebat, quæsita solvebat, anxios recreabat, ut colloquentes, cum Angelo, non autem cum mortali homine versari, agereque putarent. Ad hæc illud item accessit, quod per postrema hæc tempora, ut antea, Prophetiæ dono illustris futura vaticinabat, remota ac si præsentia intuebatur, conscientiæ penetralia, occultasque hominum cogitationes introspiciebat, et in singulis eventibus vaticinii, ac cælestis charismatis veritatem successus comprobabat.

165 Placuit autem Deo ad Alphonsi augenda merita fidelem tunc Servum præ-

ter

ter morbi, ac senectutis molestias, visibilibus Caeodœmonis spectris, ac animi religione, scrupulisque per quinquennium ante obitum, tamquam aurum in fornace, probare. Quamobrem inter ariditatis tenebras suorum operum diffidens, in singula momenta a conscientiæ moderatoribus opem, a Deo lucem quærebat. Ut tentatio mentl obversabatur Christi illico merita sibi proponebat, eaque verba identidem usurpans = *In te Domine speravi non confundar in æternum* = hostem fugabat, animo serenitatem reddebat. Hinc omnes qui a Confessionibus per illud tempus sibi fuere, religiose testantur, ipsum de tentationibus semper gloriosam tulisse victoriam. Inter hujusmodi conscientiæ fluctus culpam metuens ubi nulla erat, sæpe per diem sacramentalem expetebat absolutionem. A Confessariis vero jussus ab animi anxietate cessare, cessabat illico; omnemque spem in Christi meritis reponens, ad ipsum aspirans ajebat = *Mille jam ego videor vixisse annos, qui horam suspiro qua Christo fruar* = Ac sæpe cum Apostolo repetebat = *Cupio dissolvi, & esse cum Christo* = Alias quoque ferventer protestabatur se millies emori malle, quam Deo offenso temporis momento vivere.

166 Quinquennio, uti dicebamus, inter angores patienter hilariterque transacto die 18. Julii 1787. acuta febri, gravi dissenteria, acerbissimis doloribus, et Ischuria, seu urinæ suppressione correptus lethalem in morbum incidit. Id eo collustratus lumine, quo futura alia multo ante prædixerat, ipse præsentiens aperte prænunciaverat. Nam P. Josepho Imparato e Carmelita Familia, qui ad eum invisendum quotannis adire solebar, mense Septembri proxime elapsi anni 1786. Alphonsus prædixit sese insequenti anno haud amplius visurum.

167 Licet triduo ante conscientiam expiasset, iterum tamen apud alterum Congregationis Alumnum P. Laurentium Negri ad pœnitentiæ Tribunal accessit. Etsi, quemadmodum diximus, scrupulis, ac conscientiæ religione, Deo sic permittente, nimis anxius etenus vixisset, ecce, compositis ex improviso sedatisque animi fluctibus, redditam Alphonso eum extremo morbo tranquillitatem. Exhilaratus propterea, et in Divinæ Misericordiæ, ac fidelitatis spem alta cogitatione defixus, veluti infusa sibi æternæ mercedis securitate, spei actus quasi exultans, ac tryumphans ingeminabat. Sciscitanti propterea P. Vincentio Magaldi, qui ad eum usque diem, qua lethaliter ægrotavit a Confessionibus ipsi fuerat, an amplius scrupulorum stimulis vexaretur, hilaris negavit.

168 Difficile dictu est qua patientia, fortitudine, animique hilaritate extremi morbi molestias, doloresque tulerit. Quo enim magis dolores urgebant, eo magis ipse in aspirationes ad Deum prorumpebat. Omnes propterea, qui ad eum invisendum adibant, adiere summi, doctique viri quamplurimi, tanta ægrotantis devotione, et patientia commoti tenerrimis lacrymis perfundebantur. Hi vero singuli vel precatorios globulos, vel lintea præ devotione lectulo admovere satagebant; id tamen clam exequebantur exquisitaque cautione, ne scilicet humilitatis heroi per extremos eos dies lethale vulnus infligerent.

169 Singulis morbi diebus sæpe sæpius ab assidentibus Presbyteris absolutionem petens sacra Synaxi ingenti animi fervore refici petiit, obtinuitque. In singula vero momenta Crucifixum manu gestans dilecto suo sibi magis uniri per suspiria, fervidasque preces satagebat; suosque Alumnos ut sibi divini amoris actus suggererent identidem deprecabatur. Hisce quomodo valeret interrogantibus, ac subsidia præbentibus jam consumatum esse respondebat.

170 Eum visitatum advenit Joseph Ligorius ipsi ex fratre Nepos. Illacrymans nobilissimus Adolescens ad patrui lectulum genuflexus ab eo amoris pignus in hæreditatem expetiit. Ad hæc Alphonsus divino spiritu fervens bene illi a Deo precatus est, ac multa pia consilia congerens ad extremum veluti legatum, æternæ operandæ salutis monitum dilecto suo Nepoti reliquit.

171 Septimo ægritudinis die, quæ erat 25. Julii, Viatici desiderio summopere flagrans eo muniri postulavit. Præ vehementia autem desiderii sese dilecto uniendi videbatur impatiens, ac illud pie admodum usurpabat = *Veni domine, noli tardare* = Inter fervidos itaque virtutum actus vir sanctus Christi Corpus ad æternitatem Viaticum religiosissime sumpsit. Per diuturnum inde tempus in perfectissima cum Deo unione tacitus permansit, externisque signis sese in agendis gratiis perquam religiose exercri ostendebat. Iisdem porro devotis animi sensibus sacro exeuntium Oleo inunctus est.

172 Rogatus præterea a Famulis eos benedicere, promptus annuit. Tunc a Sacerdote jussus, ut omnes singulorum Domorum suæ Congregationis, tum Neapolitani Regni, tum Pontificiæ Ditionis Sodales, necnon S. Agathæ Diœcesim tunc Pastore orbatam sua item benedictione donaret, paterno pariquc in omnes amore id statim exequitur. Mox Apostolico fervore indutus Serenissimo Regi, Administris, omnibusque Judicibus benedixit.

173 Per quatuor dies ante obitum, superveniente convulsione, linguæ usum amisit, sensibus tamen ad extremum usque anhelitum perfecte polluit, quemadmodum nutibus patefecit: propterea Alumnis sibi virtutum actus suggerentibus signa dabat perfectæ executionis. Bis B. V. Imagine ante ipsum posita oculos jam clausos dulci, ac tenerrimo subrisu statim, iterumque reclusit, eodemque momento tota facie coruscare, ac splendescere visus est. Superna eum luce radiantem adstantes demirati, cælestc illud charisma a Deipara in tenerrimum suum amantem velut proximi premii pignus fuisse collatum concordi voce sensere.

174 Cavæ Antistes pridie obitus ipsum visitans ejus manui devota oscula fixit, eamque suo capiti imposuit. Sæviente morbi vi agoni proximus videbatur. Attamen ad S. Michaelis, ac B. V. Imagines, nec non ad Crucifixi simulacrum ejus ori admotum reviviscebat, ac cælesti perfundebatur dulcedine. In agone tandem positus non homo, sed cælestis spiritus apparebat, ita ut adstantes ipsum jam extremum agentem spiritum ne adverterent quidem. Aderat jam illi suprema hora. Igitur Crucifixi, ac Deiparæ imaginibus peramanter complexis dum Alumni omnes exitum ei facilem deprecabantur hora diei XVI. et dimidia Kal. Augusti anno MDCCLXXXVII. sereno placidoque vultu expiravit. Decessit autem annos natus 90. menses 10. dies 5.

175 Ubi illius mortem fama vulgavit, Cives omnes ad ejus confestim, veluti ad Patris funus convolarunt. Quo vero magis pretiosi illius obitus fama finitimas peragrabat regiones, eo magis crescebat frequentia Populi. Ad coercendam ergo irruentis multitudinis vim militum cohorte posita, exanime Alphonsi corpus Pontificalibus vestibus indutum, Sodalibus non modo, sed zelantissimo item Nucerino Antistite Benedicto Maria Montio Sanfelicio, Cathedralis Canonicis, ac utroque Urbis Clero solemni pompa incedentibus, in Templum S. Michaelis translatum est; postridie vero Cal. Augusti solemni ritu parentalia celebrata eaque Nucerini Antistitis, utriusque Cleri et Urbis Magistratus præsentia, ac incredibili Populorum multitudine cohonestata. De sacri Antistitis vita functi laudibus docta ora-

tio-

tione copiose dixit Fortunatus Pinto tunc Salerni Metropolitanæ Canonicus, inde Episcopus Tricaricensis. Omnes profecto, sive homines, sive pueri *Sanctum* obiisse affirmabant; omnes precarios globulos, aç lintea Cadaveri admovere satagebant; omnes denique ejus Reliquias avebant, imo e liquatis cereis manantia frustula reliquiæ loco sibi quisque sumebat.

176 Nonnulla in ejus funere evenere prodigia, quæ brevitatis gratia prætermittimus. Præceteris illud commemoramus, quod puerulus Joseph Maria Fusco ardenti febre lethalique diarrhæa pene exanimis Alphonsi feretro admotus temporis momento convaluit. Domum inde reversus, etsi adhuc per ætatem verba promere non valeret, ejus imaginem intuens, in quedam improviso veluti mentis excessu raptus: *Alphonsus* inclamat, *Alphonsus in Cælo*. Dum spectatum admissi domestici demirantur: *Alphonsus*, repetit infans, *Alphonsus sanctus*; quod inde tertio cælum suspiciens affirmavit. Tentamine itaque facto, exhibitam puero simillimam alterius Dei Famuli imaginem respuit ingemiscens, ac iterum alia Alphonsi proposita, exultans eadem verba repetiit. Obstupuere universi infantulum tunc primum bene perfecteque loquentem, ac Alphonsum sibi prorsus ignotum proprio nomine sæpius appellantem; unaque intellexere ad sui Famuli sanctitatem ostendendam Deum pueruli linguam fecisse dissertam, et ex ore infantis perfecisse laudem.

DE HEROICA V. S. D. FIDE

177 Quum virtutes Theologicæ, quæ Deum immediate respiciunt excellentiores sint Cardinalibus, utpote quæ circa moralem hominum vitam, et appetitum versantur, ceu tradit S. Thomas 2. 2. *quæst.* 23. *art.* 6. *in corp.*, ideo de illis primo, de his inde sermonem instituemus.

178 Exordimur autem a Fide. Hæc enim est = *Prima ad salutem inclinatio*: ex S. Clemente Alexandrino *lib.* 7. *Stromatum* = *Janua, & via vitæ* = Ex S. Cyrillo Alexandrino *lib.* 4. *in Joan.* = *Principium, & origo fiduciæ, & accessus ad Deum* = ex S. Hieronymo *in cap.* 3. *Epist. ad Galat.*, et ex S. Augustino *lib. de dono persever. cap.* 2. = *Initium hominis Christiani* = Sic autem a Theologis definitur, quod scilicet sit *virtus a Deo infusa cujus lumine mens hominis illustrata, firmiter assentitur iis omnibus, quæ Deus revelavit, & nobis per Ecclesiam suam credenda proposuit*. Porro cum virtus, seu virtutis habitus, utpote in intellectu residens, non nisi ex actibus dignosci possit, non quidem internis, qui sub Ecclesiæ judicium minime cadunt, sed externis, et quibus tamquam sensibilibus signis interna virtus declaratur; Hinc ad ostendendum Fidei habitum, ejusque heroicitatem in Ven. Dei Famulo plura externa signa, seu actus, eosque heroicos in medium proferimus.

179 Et re sane vera Sacer Antistes Ligorius Apostolorum symbolum, non modo inter divinam psalmodiam, sacrumque faciendum, sed identidem per diem, ac præsertim in habendis Missionibus, tanto devotionis fervore recitabat, ut adstantibus heroica ejus Fides elucesceret. In sua autem Congregatione pro lege indixit christianos actus a suis Alumnis in comuni precum conventu perlegi. Hanc item praxim ad Episcopatum evectus obfirmato retinuit animo. Nam quotidie singulis secum familiaribus congregatis una cum ipsis fervide, devoteque Fidei actus recitabat, conscientiam excutiebat, sacraque Fidei mysteria per Rosarium recolebat; Imo vero

nil

nil enixius iisdem familiaribus commendabat, quam quod sæpe sæpius per diem Fidei actus ingeminarent; Quemadmodum uno ore deponunt = *Ex Proc. Ord. Nuc.* Testis V. de prop. exper. per postremos annos 25. *Sum. pag.* 171. §. 3. *pag.* 172. §. 17. *& seq.* Testis VI. de prop. exper. *Summ. pag.* 175. §. 34. Testis XI. V. S.D. CONFESS. *Sum. pag.* 177. §. 51. XXII. Test. de prop. scien. *Sum. pag.* 181. *ante* §. 80. XXV. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 184. §. 103. *&* 106. XXVIII. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 187. §. 128. XXXI. Testis de prop. scien. *Summ. pag.* 189. §. 148., *& seq.* XXXIV. Testis V. S. D. SOCIUS de visu *Sum. pag.* 192. §. 168., *& pag.* 193. §. 173. XXXV. Testis V. S. D. CONFES. de prop. scien. *Sum. pag.* 194. §. 181. XXXVII. Test. V. S. D. CONFES. de prop. exp. *Summ. pag.* 197. §. 200., *&* §. 208. XXXVIII. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 200. §. 220. *&* 228. XLIV. Test. V. S. D. SECRET., ET CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 202. §. 240., *&* 241. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de visu *Sum. pag.* 205. §. 263. *& seq.*, *& pag.* 206. §. 271. III. Testis de prop. exp. *Sum. p.* 208. §. 293. XXIV. Test. V. S. D. Famulus de prop. exp. *Sum. p.* 259. § 366. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis V. S. Socius, et Director de prop. exper. per annos 50. *Sum. pag.* 223. §. 390. *& seq.* = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* XXVII. Test. de prop. exp. *Sum. p.* 233. §. 460., *&* 461.

180 Hanc vero ferventem, quotidianam, et ad extremum usque exercitam professionem eorum, quæ fide creduntur; Hoc item fervens ingensque studium, ut ea universi Christifideles sæpius crebroque protestarentur, luculentissime docere in Alphonsi corde abundasse Fidem nemo est, qui non videat, planeque intelligat. Nam S. Leo *in serm. de Nativit. Apost. Appendic. tom.* 1. *pag.* 189. S. Petri Fidem extollit ob externam Fidei confessionem. Hinc Benedictus XIV. *lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 4. docet Fidei habitum primo dignosci *ab externa confessione eorum, quæ in corde per Fidem creduntur*, et num. 7. scribit = *En ergo quomodo externa Fidei Professio est actus Fidei, & ex ea habitus Fidei dignascitur*. Quamobrem Auditores Rotæ *in relat. Canonizationis S. Petri de Alcantara artic.* 4. ejus Fidem ex exteriori confessione comprobant, uti apud laudatum Pontificem *cap.* 23. *num.* 6. ibi = *Ad idem inducimur ex exteriori confessione Fidei sæpissime, & enixe ab isto Servo Dei in decursu vitæ suæ facta; quæ exterior confessio ordinatur ad significandum id, quod corde concipitur &c. Circa autem istam Professionem faciunt optime relata a Testibus &c. ubi quod Frater Petrus de Alcantara in Fide, tamquam in fundamento cæterarum virtutum, & principio nostræ justificationis habuit tantam firmitatem, quod si occasio sese obtulisset, non dubitasset pro unico puncto Fidei mori &c.*

181 Ex tam firma fide, qua ejus articulos utpote a Deo infallibili veritate revelatos credebat vehementi illo desiderio cor ejus ardebat effundendi sanguinem ad Fidei veritates defendendas, ac inter infideles propagandas. Hinc porro dilatandæ Fidei ardorem, vel ab ipsis Ecclesiasticæ militiæ primordiis ostendit. E Synensi Regno Neapolim appulerat anno 1724. Apostolicus vir Matthæus Ripa eo consilio ut adolescentium, quos illinc secum adduxerat, collegium fundaret, ac per eos inde ad Catholicam Fidem Synenses adduceret. Fundato revera Collegio anno 1729. in illo se Alphonsus ea mente abdidit, ut una cum Synensibus ad prædicandam gentibus Fidem contenderet, et sanguinem pro ea libentissime effunderet. Quod animo proposuerat executioni mandasset, ni P. Thomas Pagano ejus Conscientiæ Moderator id ei pro imperio vetasset. Quod vero præsentia explere nequivit convertendi Infideles votum, studio, et opera fovit. Tan-

to

to enim zelo, laboribusque eumdem P. Matthæum in nova instituenda Congregatione per plures annos adjuvit, ut suo potissimum zelo, studioque tam præclarum opus Fidei propagandæ accommodatissimum referendum sit *Sum. pag.* 77. §. 20. *pag.* 78. §. 35. *pag.* 81. §. 53. *pag.* 82. §. 58. *pag.* 85. §. 76., ac præsertim *pag.* 87. §. 91., *& per tot. Sum. num.* 8.

182 Et si vero ei effundendi sanguinis occasio defuit, votum tamen quamdiu vixit numquam defuit. Non modo enim de catholico ortu identidem Deo gratias agebat, sed alios item ad id hortabatur S. Ludovici pietatem summis efferens laudibus, quod ad Baptismatis fontem de Fidei dono Deo gratias reddebat. Tanto autem ipse Martyrii desiderio æstuabat, ut sæpe sæpius per diem tum privatim, tum publice de Fidei veritate sermonem instituens dicere soiitus esset = *nostra fides vera est: pro ea millies sanguinem funderem: Deo sint grates, quod in catholicæ Ecclesiæ gremio nos nasci dignatus est* = Tantoque ardore id repetebat, ut in exstasim rapi videretur. = *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis de prop. scien. per postremos annos 25. *Sum. pag.* 171. §. 2. XI. Testis V. S. D. CONFESS. *Sum. pag.* 177. §. 50. XXII. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 182. §. 86., et 87. XXV. Testis de prop. scien. *Summ. pag.* 184. §. 104. *& seq.* XXVIII. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 187. §. 126. XXXIII. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 191. §. 157., *& seq.* XXXIV. Testis V. S. D. Socius de visu *Summ. pag.* 193. §. 171. XXXVII. Testis V. S. D. CONFESS. de prop. scien. *Sum. pag.* 197. §; 204. XLIV. Testis V. S. D. SECRET., ET CONFESS. de prop. scien. *Sum. pag.* 202. §. 243. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 205. §. 267., *& seq. & pag.* 206. §. 270., *& pag.* 208. §. 292. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis *V. S. D. Socius, & Director* de prop. exp. *per annos* 50. *Sum. pag.* 226. §. 421.

183 Tanto Fidei ardore quo ipse fragrabat suos Item Alumnos non modo per preces ad convertendos Infideles, proque dilatanda Fide, sed etiam ad martyrium subeundum incensos, paratosque exoptabat; Nil magis, quam id cum ipsis crebris usurpabat colloquiis. Quamobrem incredibili quadam animi jucunditate perfundi visus est, quum a Congregatione de Propaganda Fide suæ Congregationis Presbyteros ad Infidelium missiones expetiri rescivit. Statim Encyclicam ad universas Domus misit qua amantissimos fratres ad dilatandam Fidem, ad fundendum pro ea sanguinem ignitis, fervidisque verbis incendit. Quum vero quamplurimos ex Alumnis suis ad prædicandam Gentibus Fidem paratos promptosque audivit summam cepit animo voluptatem.

184 Per Nuceriæ Urbem forte transierunt duo Franciscani viri, qui Romam versus iter facientes ad convertendos Infideles a Congregatione de Propaganda Fide mittebantur. Id Alphonsus adhuc Missionarius Nuceriæ commorans ut audivit, indicibili gaudio gestiens Apostolicos viros accivit, tenero affectu complexus est, per eam noctem Domi suæ excepit hospitio, et gravi, fervidaque oratione eos in suscepto proposito roboravit.

185 Sed Alphonsi zelo nimis exigui erant suæ Congregationis fines. Fidei namque jacturam in ipso Catholico Orbe amaris lacrymis secum crebro recogitans præclarissimum librum edidit cui tit: = *Vittorie de Martiri* = quo Christianorum Heroum palmis, et invictæ constantiæ exemplis in unum collectis, Fideles omnes ad imitationem accendit. = *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis de pr. exp. per postremos annos 25. *Sum. pag.* 173. §. 25. XXII. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 182. §. 91., *& pag.* 183. §. 92, *& 93.* XXV. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 185. §. 111. XXVIII. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 188. §. 135. XXXIII. Testis de prop. scien.

Sum.

Sum. pag. 191. §. 158., *&* §. 162. XXXIV. Testis V. S. D. Socius *Sum. pag.* 193. § 172. XXXV. Testis V. S. D. CONFESS. de prop. scien. *Sum. pag.* 194. §. 183., *&* 187. XXXVII. Testis de prop. scient *Sum. pag.* 198. §. 215. XXXVIII. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 200. §. 222.. *&* *pag.* 201. §. 235. = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* I. Testis de prop. exp. *Summ. pag.* 208. §. 292. XXVII. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 233. §. 463., *&* 464.

186 Præclarus est hic heroicæ Fidei actus, ut ad rem scribit Card. de Lauræa *in 3: senten. tom.* 2. *disp.* 32. *de Virtut. heroic. artic.* 9 *pag.* 745. *num.* 232. ibi = *Si autem non accideret casus expositionis vitæ, adhuc tamen firma animi præparatio, ac dispositio se exponendi, si occasio urgeret, sufficit ad arguendam heroicam Fidem.*

187 Ex intimo quo ipse æstuabat dilatandæ Fidei ardore illud eveniebat, ut nunquam lætior, jucundior, atque magis exultans videretur quam cum Fidei Catholicæ incrementum, vel Infidelium conversionem audiret: Nunquam vero afflictaretur magis, magisque ingemisceret, quam cum Infidelium, et Hæreticorum augumentum, vel Religionis jacturam audivisset. Huc profecto ferventes preces, suspiria, ac rigida pœnitentiæ opera dirigebat. Huc item suæ Congregationis Alumnos præsertim voluit intentos; imo pro regula statuit, ut preces, afflictationes, omniaque pia opera in universa sua Congregatione die dominico fieri solita ad Fidei exaltationem, Summique Pontificis, et Catholicorum Principum incolumitatem, ac bonum Deo debeant offerri; Quæ vero die lunæ exercentur ad convertendos Infideles, Hæreticos, et peccatores. Præter hæc sive Missionarius, sive Episcopus non modo per sese in id orare numquam destitit, sed verba faciens ad Populum omnes ad orandum pro Infidelium conversione hortari consuevit. *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis de prop. exp. per postremos annos 25. *Sum. pag.* 173. §. 22. *ad* 24. VI. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 175. §. 35. *&* 36. XI. Testis V. S. D. CONFESS. de prop. scien. *Sum. pag.* 177. §. 53., *&* *pag.* 178. §. 57. XXII. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 181. §. 82., *&* *pag.* 182. §. 90. XXV. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 185. §. 112. XXVII. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 187. §. 134. XXXIII. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 191. §. 163. XXXIV. Testis V. S. D. Socius de prop. exp. *Sum. pag.* 193. § 175. *&* *seq.* XXXV. Testis V. S. D. CONFESS. de prop. scien. *Sum. pag.* 194. §. 184. XXXVIII. Testis V. S. D. CONFES. de prop. scien. *Sum. pag.* 198. §. 214. XLIV. Testis V. S. D. SECRET., ET CONFESS. de prop. exp. *Sum. pag.* 203. §. 244. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de prop. exp. *Sum pag.* 206. §. 272. *&* 273., *&* *pag.* 208. §. 290., *&* 291. XIV. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 216. §. 342. XVI. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 218. §. 359. XXXIV. Testis ex Off. de prop. exp. *Sum. pag.* 221. §. 375. XXXVI. Testis ex Off. de prop. exp. *Sum. pag.* 221. §. 382. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis V. S. D. *Socius*, *&* *Director* de prop. exper. *per annos* 50. *Summ. pag.* 226. §. 421. II. Testis *V. S. D. Socius*, *Director*, *&* CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 228. §. 435.

188 Id vero heroicæ Fidei argumento est; teste Schacco *de not.*, *&* *sign. Sanct. Sect.* 3. *cap.* 1. *pag.* 179. ibi = *Ab habitu Fidei procedit in Dei famulis sollicitudo conversionis Infidelium ad Christianam fidem, hæreticorum ad Catholicam Religionem.* Idque docet Card. de Lauræa *pag.* 742. *num.* 208., et Rotæ Auditores in *Relat. caus.* S. Theresiæ *art.* 3. §. *Tertio idem.*

189 Eminebat profecto in eo præcipuus ardor omnium mentibus Fidei lucem, et disciplinam inserendi. Qua de re Ecclesiæ vix nomine dato licet adul-

tus

tus, ac doctrina, et clara stirpe notissimus per Neapolitanæ Urbis vicos pueros in Fide erudiendos quæritare haud erubescebat, eosque in sua Parœcia christiana rudimenta singulis festis edocebat. *Sum. pag.* 75. §. 8., *pag.* 78. §. 31., *pag.* 80. §. 49. *pag.* 82. §. 64. *pag.* 89. §. 104. *& seq.*

190 Sacris autem Initiatus quo facilius rusticorum mentes Christianis præceptionibus imbueret per Neapolitanam Urbem Oratoria quædam, Cappellas vocant, invexit, in quibus per suos morigeros Pœnitentes pueri ex infima plebe collecti Fidei rudimentis imbuerentur, quibus cœtibus ipse identidem intererat; ac gravi oratione, eximiaque prudentia easdem Christianas Scholas ita direxit, auxitque, ut usque in hodiernum diem nostra Religio maximum ex ils incrementum consequatur.

191 Ad erudiendos item in Fide ruriculas novam in Ecclesia Presbyterorum familiam invexit, qui per Oppida, per Pagos, per asperrimos montes, imperviosque saltus Evangelium prædicarent, ac Fidei veritates ignaris agrestibusque hominibus exponerent. His profecto Alumnis suis pro lege indixit, quod etiam si sacris expeditionibus haud actu vacassent, binos tamen Clericos ad rurales Ecclesias in singulis festis mitterent, qui pueros in Fide edocerent. Ipse vero licet omnium Præses tenellos pueros Sacrorum nostrorum notitia imbuere non erubescebat.

192 Episcopus inde factus nil magis ei cordi fuit, quam ut gregem suum sacra Fidei mysteria, et veritates edoceret. Miro spectaculo erat videre Episcopum vel in sua Sanctagathensi Cathedrali, vel in Argentina Collegiata, vel Diœcesim lustrans in singulis Parœcis factum cum Apostolo veluti parvulum in medio eorum, amantis nutricis instar, quasi modo genitos infantes catholicæ doctrinæ lacte enutrire, eosque instructos larga stype donare. Singulis autem Parochis, Presbyterisque huic, vel alteri Ecclesiæ addictis nil magis commendavit unquam imo præcepit, quam ut pueros, rudemque plebem christiana rudimenta docerent. Hujusmodi sane institutionem a Parochis unis diebus dominicis fieri solitam ad cæteros item festos protraxit. Quo autem adultos haud christianam puerorum scholam frequentantes Fidei misteriis imbueret, doctrinæ compendium singulis diebus festis in unaquaque Ecclesia a Sacerdote cum populo perlegi jussit. In Id vero eo usque incubuit, ut ad quasdam Diœcesis rurales Ecclesias a Parœciis dissitas impensa sua Presbyteros mitteret, qui in singulis festis rusticam plebem erudirent in Fide; Imo vero negligentiæ in filiis, vel famulis Fidei præceptis Imbuendis absolutionem sibi reservavit = *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 171. *a* §. 6. *ad* 9. XI. Testis V. S. D. CONFESS. *Sum. pag.* 178. §. 61., *pag.* 179. §. 62., *& seq.* XIV. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 180. *a* §. 70. *ad* 72. XXV. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 184. §. 108. XXVIII. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 187. §. 131. *& seqq.* XXXIV. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 193. §. 174. XXXV. Testis V.S.D. CONFESS. de prop. exp. *Sum. pag.* 194. §. 185. XXXVIII. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 201. §. 230. *ad* 232. XLIV. Testis V. S. D. SECRET. ET CONFESS. de prop. exp. *Sum. pag.* 203. §. 248. 249. 251. *&* 252. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de prop. exper. *Sum. pag.* 206. §. 276., *&* 277., *& pag.* 207. §. 278., *& seq.* III. Testis de visu *Sum. pag.* 295., *&* 296. IV. Testis de prop. exper. *Sum. pag.* 210. *a* §. 301. ad 308., *& pag.* 211. *a* §. 309. *ad* 313. VII. Testis de prop. exper. *Sum. pag.* 212. §. 319. *&* 320., *& pag.* 213. §. 326., *& seq.* IX. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 213. §. 328. *ad* 330. XIV. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 215. §. 339., *& seq.*, *& pag.* 216. §. 341. XVI. Testis de prop. exper. *Sum. pag.* 218. §. 355., *& seq. ad* 357. XXIV.

Testis V. S. D. Famulus *Sum. pag.* 219. §. 367. XXXIV. Testis ex off. de prop. exper. *Sum. pag.* 220. §. 374. XXXVI. Testis ex off. de prop. exp. *Sum. pag.* 221. §. 380., *&* 381. = *Ex Proc, Ord. Nuc.* II. Testis V.S.D. *Socius Director*, *&* CONFESS. de prop. exp. *Sum. pag.* 227. §§. 226. 227. 228. *&* 229. = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* II. Testis de prop. exp. *Summ. pag.* 230. §. 443. XV. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 231. §. 451.

193 Quum vero christianæ rusticorum institutioni illud impedimento esse animadverteret quod ii, qui per Pagos, ac suburbia a S. Agathæ Urbe dissita commorabantur, haud commode ab Urbanis Parochis poterant in Fide doceri, tres novas Paræcias, sive curatas Vicarias, Apostolica fortitudine Adversariorum superatis obstaculis, ac ad congruam Parochorum substentationem quibusdam addictis Beneficiis, ædificavit, erexit.

194 Parochiale item Templum S. Mariæ ad vicum prope Argentium vetustate fatiscens adeo erat angustum, ut Populi multitudinem, quæ quatuor hominum millia excedebat, omnino non caperet. Sacra proinde Cathechesis in eodem templo antea fieri solita jamdiu ob loci angustiam fuerat intermissa. Hanc animarum jacturam V. Episcopus maxime dolens, collatis in id studiis, ingentibusque sumptibus, novum Templum excitavit, ac universo Populo per reintegratam ibi Cathechesim ad Christianam institutionem aditum patefecit.

195 Parochiale quoque Templum S. Agnetis, quæ ad Argentinam Collegiatam pertinebat, summo zelo restaurari sategit, et in meliorem formam reduxit. Eodem Fidei zelo motus, quo rusticanos Incolas Feudi Ducis de Magdalone christianis præceptionibus commodius erudiret, ruralem Cappellam eo Loci sitam in Paræciam erigendam meditatur. Legitimis tamen rationibus ad id præpeditus mensuali pensione librisque Cappellanum provisit, qui ibi singulis festis Cathechesim, et Christianam Scholam haberet. In eodem tandem Argentino agro quum plurimi ruricolæ Casalis de Crisci ob difficilem accessum ad Argentii Terram spirituali ope destitutos agnosceret, probos Presbyteros ex eodem vico oriundos constituit, qui eum Populum divini verbi prædicatione, sacramentisque pascerent; iisdemque alium operarium singulis diebus dominicis in laboris, ac ministerii partem adjunxit = *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis de prop. scient. *Sum. pag.* 173. §. 26. *ad* 28., *& pag.* 174. §. 29. *&* 30. XIV. Testis de prop. scient. *Sum. pag.* 180. §. 75. XXVIII. Testis de prop. scient. *Summ. pag.* 188. §. 137. *& seq.* XLIV. Testis V. S. D. CONFESS. de prop. exp. *Sum. pag.* 204. §. 255. *&* 256. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* IV. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 212. §. 316. XII. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 215. §. 336., *& seq.* XIV. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 217. §. 350., *& seq.* XVI. Testis de prop, scient. *Sum. pag.* 219. §§. 362., *&* 363. XXXVI. Testis ex off. de prop. exp. *Sum. pag.* 222. §. 384. *& seq.* = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* II, Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 230. §. 444. XV. Testis de prop. scient. *Sum. pag.* 232. §. 455. *ad* 457.

196 Hoc autem opus jure meritoque inter Fidei actus recenset Rosignolius *de act. Virtut. lib.* 1. *cap.* 13. §. *Altera*, ibi = *Altera actio externa Fidei est tradere Fidem aliis* = idemque opus, cit. cap. 13. in fin. *actionem nobilissimam* vocat, et cap. 14 init. *opus sine dubio Dei*; ceterisque omissis S. Pius Pontifex hujus nominis Quintus *in Constit.* 137. quæ incipit: *Ex Debito* = *Opus sanctissimum*, *sanctissimum exercitium* appellat., et pro coronide Benedictus XIV. in Epist. Encyclica in suo *Bullar. num. XLII.*, *& Institut. Eccles. IX.* §. 11. *in fin. tom.* 1. curam hanc doctrinæ ceteris tradendæ plurimis, maximisque laudibus ornat. Idque e sacris literis luculentissime

pa-

patet *Ecclesiast.* 24. 31. = *Qui elucidant me vitam æternam habebunt*, et Daniel. 12. 3. = *Qui docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad justitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.*

197 Sed non minus in edocendis Fidei dogmatibus insudavit, quam in eis tectis, sartisque servandis. Incredibili quippe dolore, animique anxietate afflci videbatur cum scandalosos, ac temerarios libros hoc, vel illud Fidei dogma insectantes vulgari rescibat. Perquam rigide cavebat ne per suæ Congregationis domos, suamque Diœcesim venenati hujusmodi libri circumferentur; imo per Regnum intrusi quantocius eliminarentur. Hoc autem in eventu nulla sibi quies nisi postquam validis, solidisque argumentis eos confutasset, omnemque movisset lapidem apud ipsum Regem, Administros, publicosque ruvisores, ut eos vel edi, et evulgari impediret, vel admissos e tota Regia ditione procul arceret, quemadmodum pluries felicl successu est consecutus. Rescivit olim in quadam Apuliæ Civitate a publico Magistro erroneam doctrinam B. V. præsertim injuriosam edoceri, idque inaudiens præ dolore vehementer ingemuit. Ad scandalum impediendum tum ad Cappellanum majorem de Rosa, tum ad Melphitanum Antistitem forte Neapoli commorantem per epistolas adiit, illud addens se libenter proprium sanguinem profusurum si impediendo malo opus esset.

198 Vetitos autem libros absque venia legentes privatim voce, publice scriptis insectatus est. Inter hæc summam cepit animo voluptatem quum Wolterium a cll. viro Abbate Nonnot confutatum audivit, ejusque confutationis novam Neapoli editionem fieri sategit. Apostolici Alphonsi zeli præclarissima monumenta sunt dogmatica illius opera in lucem edita, præsertim ea quæ inscripsit = *Verità della Fede* = *Dommatica sul Concilio di Trento* = *Trionfo della Chiesa* = *Confutazione delle Eresie &c.* in quibus Atheos, Materialistas, falsos Politicos, omnesque Novatores confutavit. = *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis de prop. exp. *per postremos annos* 25. *Sum. pag.* 172. §. 19. VI. Test. de prop. exp. *Sum. pag.* 175. §. 37., & 38. XI. Testis V. S D. CONFESS. *Summ. pag.* 178. §. 55. & 56. XII. Testis de prop. scient. *Sum. pag.* 179. §. 67. & 68. XIV. Testis de prop. scient. *Sum. pag.* 180. §. 73. XXII. Testis de prop. scient. *Sum. pag.* 181. § 81., & *pag.* 182. §. 85. XXV. Testis de prop. scient. *Sum. pag.* 185. §. 109., & §. 113. XXXI. Testis de prop. scient. *Sum. pag.* 190. §. 150. XXXIV. Testis V. S. D. Socius de prop. exp. *Sum. pag.* 193. §. 170. XXXV. Testis V. S. D. CONFESS. de prop. scient. *Sum. pag.* 194. §. 179. XXXVII. Testis V. S. D. CONFESS. de prop. scient. *Sum. pag.* 197. §. 201., & *seqq.*, & 205. XXXVIII. Testis de prop. scient. *Sum. pag.* 200. §. 221., & 223. XLIV. Testis *V. S.D. Secret.*, & CONFESS. de prop. exp. *Sum. pag.* 203. §. 246. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 205. §. 269., & *pag.* 207. *a* §. 282. *ad* 284. XI. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 214. §. 334. XVI. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 218. §. 358. XXXVI. Testis ex off. de prop. exp. *Sum. pag.* 221. §. 376. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Test. *V. S. D. Socius*, & *Director* de prop. exp. *per annos* 50 *Sum. pag* 223. §. 395., & *pag.* 225. §. 413., & *pag.* 226. *a* §. 416, *ad* 419. II. Testis *V. S. D. Socius*, *Director*, ET CONFESS. de prop. exp. *Sum. pag.* 228. §. 433., & *seq.* XXI. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 229 §. 437. *ad* 439. = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* XV. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 231. §. 447. *ad* 449. XXVII. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 233. §. 462.

199 Quid profecto tam heroicus Fidei puritatis tuendæ zelus, quid tam ardens

in Hæreticorum confutandis erroribus studium; quid tam intensum in prava dogmata odium, et horror, nisi heroicam Alphonsi fidem patefaciunt? juxta Regium Psaltem *psalm.* 138. vers. 21. et 22. = *Nonne qui oderunt te Domine oderam, & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderum illos, & inimici facti sunt mihi* = Quamobrem Benedictus XIV. *lib.3. cap.* 23. *num.* 3. hujusmodi confutandi hæreses zelum inter heroicos Fidei actus recenset, præsertim ex S. Hieronymo, qui in *Epitaph. Paulæ viduæ Rom.* (*tom.* 1. *oper. col.* 709. *num.* 22.) *Fidem ejus demonstrat ex actu extrinseco quo se Hæreticis adversam ostendebat*; nec non ex S. Thoma de Villanova, qui *concion.* 1. *de S. Augustino pag.* 502. Ejusdem Sancti *Fidei argumenta desumit ab ejus doctrina, qua Hæreticos confutavit.*

200 Quid? quod adversus seipsum si aliqua forte in rebus Fidei dubitatione tentaretur, pari zelo, et ardore commovebatur? Si enim inimicus Sathan astute tentaret, resistebat ille fortis in Fide sollicitus repetens = *Credo Domine Credo* = tantaque vi vaferrimum hostem profligare satagebat; ut eos qui a Confessionibus ipsi erant, quos cœtus accibat, aliique adstantes, eum præ resistentiæ vi sæpe ejulantem audiisse, semperque victorem evasisse testentur. Ex quo evadebat, ut adstantes ipsi heroico illo spectaculo intime commoti ad resistendum Diabolo fortiter in Fide incitarentur. = *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis de prop. exp. *per postremos annos* 25. *Sum. pag.* 172. §. 16. XI. Testis V. S. D. CONFESS. de prop. exper. *Sum. pag.* 177. §. 54. XXII. Testis de prop. scient. *Sum pag.* 181. § 80. XXV. Testis de prop. scient. *Sum. pag.* 186. §. 124. XXXVIII. Testis de prop. scient. *Sum pag.* 201. §. 233., & 234. XLIV. Testis V. S. D. SECRET., ET CONFESS. de prop. exper. *Sum. pag.* 202. §. 242. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis *V. S. D. Socius*, & *Director* de prop. exp. *per annos* 50. *Summ. pag.* 225. §. 415. Quo quidem in eventu ejus Fides eluxit = 2. *Petri* 2.

201 Tanta profecto fortitudo in subitis coercendis vaferrimi hostis insultibus ex viva illa Fide manabat qua Deum semper ubique præsentem intra se, extra se, ac in singulis Creaturis præ oculis habebat, et intuebatur. Id et crebris usurpabat sermonibus, et aliis vehementissime commendabat. Quamobrem detecto, nudoque fere semper capite vel ipsa sæviente hyeme incedebat; perque jaculatorias preces cum Deo velut amicus cum amico, filius cum Patre colloqui consueverat. Hocce autem divinæ præsentiæ exercitium suæ Congregationis Tyronibus maxime commendabat, ceterisque omnibus pro regula indixit, ceu narrant. = *Ex Proc. Apost. Nuc.* XXII. Testis de visu, propriaque scientia *Sum pag.* 181. §. 79. XXVIII. Testis de prop. scient. *Sum. pag.* 187. §. 130. XXXVII. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 198. §. 209., & *pag.* 198. §. 212. & *seq.* XXXVIII. Testis de facto proprio *Sum. pag.* 200. §. 225. & *seq.* = Ex hujusmodi vero divinæ præsentiæ studio maximam, heroicamque Fidem argui docet S. Thomas 2. 2. *quæst.* 124. art. 5., et Bened. XIV. *lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 4.

202 Fidei lumine ductus in prosperis æque, et adversis rebus divinam agnoscebat voluntatem, eamque in omnibus semper sibi constans exequebatur. Hinc in Congregationis jactura ex Alumnorum morte suscepta sese Deo perfectissime conformabat. Pari tranquillitate amantissimi Genitoris mortem audivit. Ad hujusmodi namque nuncium sibi sacras Missiones Trojæ peragenti eo ipso momento delatum quo suggestum ad concionandum ascendebat, ne hilum quidem perturbatus, ascenso suggestu salutationem Angelicam ad Patris sui suffragandam animam a Populo poposcit, indeque concionem de more est aggressus. Majorem vero conformitatem di-

vinæ

vinæ voluntati in obitu suæ Genitricis ostendit. Beneventi dum sactis incumbebat expeditionibus ejus obitum Ipse tesclvit eo Item momento quo sub vesperas ad Populum concionari debebat. Tenero licet ipse in suam genitricem ferreretur amote, utpote qul ab ea præsertim christianæ pietatls lactem sugisse profitebatur, in ea christlanæ perfectionls exemplar quamdiu domi secum convixerat ante oculos positum secum habuerat, ac ejus tandem spiritum ad ultimam usque ætatem fuerat moderatus; tamen ad ejus mortis nuncium haud lacrymis indulsit, sed e suggestu suæ Matris anima populi precibus commendata, sueta animi tranquillitate Dei verbum exposuit.

203 Sed non unis tantum hisce eventibus suæ voluntatis dlvino placito conformatio, sed in toto, licet longævo, suæ vitæ stadio evidentissime patuit; ab ea enim nulla umquam persecutio, contradictlo, rerum penuria, spiritus ariditas, et corporalis Infirmitas Ipsum valuit separare; Quippe qui In duris quibuscumque eventibus dlvinam voluntatem perfectissime adorans repetere soleret *Gloria Patri*. Suæ patronæ S. Theresiæ exemplo identidem per diem sese Deo In holocaustum offerebat, divinamque voluntatem in singulis executurum protestabatur, nil aliud identidem tepetens, quam quod = *voglio quel, che vuole Dio*. Omnes item quibuscumque colloquebatur ad proptlam voluntatem Divinæ confurmandam hortabatur addens = *che i Santi per questo si son fatti Santi, perchè si sono uniti alla volontà di Dio* = Nec satis. Omnes enim singulosque fideles Deo conformatos exoptans tractatum edldit = *Della conformità al Divino volere* = ceterisque asceticis operlbus conformitatis in Deum sensus Inseruit.

204 Quo magis vero ad senium sua inclinabat ætas, eo magis Ipse in conformanda sua voluntate divlnæ dispositioni, placitoque Illustrior evadebat. Præter enim æffetæ suæ valetudinls habituales molestlas, tet in Epiſcopatu lethali morbo correptus est; S. Agathæ primum, inde Alrolæ, ac demum Argentii, ubi generali artitride aggressus in reliquos decem septem suæ vitæ annos obstipo collo, attractisque membrls Inter intensos cruciatus vivendum ipsi fuit. Quamobrem ut cæteræ virtutes in postremis suæ vitæ annis, sic divinæ voluntati conformatio, heroicltatis gradum ad ejus usque obltum obtinuit. Videres senem velut alterum Jobum a planta pedis usque ad verticem capitls sanitatem non habentem, collo supra pectus contorto, contractisque membrls ad ipsum motum imparem Medicorum jussu per Domus mesaulas carruca vectum, In sumendo cibo mortis tormenta patlentem, In deglutiendo potu ad fistulæ usum redactum, lectulo se stemere non valentem pulvinarl aut sedi assisum necessarlam quietem moleste carpentem, adeo surdum, ut vlx per buccinam secum colloquentes audiret, pene Cæcum, enormis hernlæ spasmoticis angoribus cruciatibusque afflictatum, vlrum denlque nonagenario majorem laboribus, carnis maceratlone, habitualibus morbis, ac senectute, quæ una ipsa morbus erat, pene confectum, penitusque attritum. Videres tamen vlrum tanta ærumnarum phalange ad decem, et septem annos protracta, et in postremo decennio magis maglsque aucta molestissime oppressum ne querilam quidem vocem promentem, sed id unum a Deo petentem, ut ejus voluntas fieret, cui se perfectlssime conformabat, et cum Christo in Cruce pati gaudebat. Inter tot ærumnas scisciltantibus quomodo se haberet respondebat = *Stò colla morte vicina, ma non voglio altro che solo Dio, solo Dio, solo Dio*. *Sum. pag.* 189. §. 146. = *Ex Proc. Apost. Nuc.* VI. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 175. §. 40. IX. Testis de prop. scient. *Sum. pag.* 176. *a* §. 41. *ad* 46. XIV. Testis de ptop. scient. *Sum. pag.* 180. §. 76.

O

& pag. 181. §. 77. XXII. Testis de prop. scient. *Sum. pag.* 183, *a* §. 96. 99., *& pag.* 184. §. 102. XXV. Testis de prop. scient. *Sum. pag.* 186. *a* §. 119. *ad* 122. XXVI. Testis de visu *Sum. pag.* 186. §. 125. XXVIII. Testis de prop. scient. *Summ. pag.* 188. *a* §. 139. *ad* 143., *& pag.* 189. *a* §. 144. *ad* 146. XXXI. Testis de prop. scient. *Summ. pag.* 190. §. 152. XXXII. Testis de prop. scient. *Sum. pag.* 190. *a* §. 153. *ad* 155., *& pag.* 191. §. 156. XXXIII. Testis de prop. scient. *Sum. pag.* 192. *a* §. 164. *ad* 167. XXXIV. Testis *V. S. D. Socius* de prop. exp. *Sum. pag.* 193. §. 177. *& seq.* XXXV. Testis V. S. D. CONFESS. de prop. scient. *Sum. pag.* 196. §. 195., *& seq.* XXXVII Testis V. S. D. CONFESS. de prop. scient. *Sum. pag.* 197. §. 207., *& pag.* 199. §§. 217., *& seq.* XXXVIII. Testis de prop. scient. *Sum. pag.* 202. §. 139 XLIV. Testis *V. S. D. Secret.*, *&* CONFESS. de prop. exper. *Sum. pag.* 204. *a* §. 257. *ad* 260. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* IV. Testis de prop. exper. *Summ. pag.* 212. §. 317. IX. Testis de prop. exper. *Sum pag.* 214. §. 333. XIV. Testis de visu *Summ. pag.* 217. §. 352. XVI. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 219. §. 362. *&* 363. XXIV. Testis V. S. D. Famulus de visu *Sum. pag.* 220. §. 337. XXXVI. Testis ex off. de prop. exp. *Sum.* 222. §. 386., *& seq.* = *Ex Proc. Ord. Nuc.* XXI. Testis de prop exp. *Summ. pag.* 229. §. 40. = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* XV. Testis de visu *Sum. pag.* 232. §. 458. L. Testis *V. S. D. Secret.*, *&* CONFESS. de prop. exper. *Sum. pag.* 235. §. 474.

205 Nonne tam heroicam patientiam ejus Fides operabatur? juxta Divini Redemptoris exemplum Matth. II. *Ita Pater quia sic fuit placitum ante Te*; ac docuit S. Jacobus in sua Epist. *Cap.* 1. *Probatio Fidei vestræ patientiam operatur*; et ad rem nostram docet Matthæucc. *tit.* 2. *cap.* 27., *&* 32. ibi = *Fides ad patientiam inclinat &c. inde constat, quod* QUO INTENSIOR EST FIDES . . . . . MAJOR EST PRÆSENTIUM CONTEMPTUS, MAJOR IN ADVERSIS PATIENTIA, ET MAJOR IN TRIBULATIONE LÆTITIA; Schacc. de not., et sign. Sanct. *sect.* 3. *cap.* 1. *vers. Hunc Fidei.* Mattha *de Canoniz. SS. part.* 4. *cap.* 5. *num.* 24. = Quamobrem quum V. Alphonsi patientia, orisque in angustiis hilaritas ad miraculum usque pervenerit, nemo est, qui non videat ejus Fidem altiorem perfectionis, et heroicitatis gradum attigisse.

205 Justus autem Alphonsus ex Fide vivens tanta conscientiæ puritate eminebat, ut non modo peccatum, sed Ipsam peccati umbram horresceret. Hinc non modo in singulis sabathis conscientiam sacra exhomologesi expiare consueverat, sed etiam sanctorum prudentia culpam timens ubi non erat, sæpius per hebdomadam pœnitentiæ Tribunal adibat, et a suo Confessario absolutionem postulabat. Imo potius cremari, quam culpa fœdari identidem repetebat. Hinc Confessarii omnes aperte deponunt nullam in ejus Confessionibus absolutionis materiam invenisse. Hanc vero peccati fugam tum Missionarius, tum Episcopus omnibus ignito zelo commendabat; Imo vero quo scandala per Diœcesim exularet nullis laboribus, impensisque pepercit, *Ex Proc. Apost. Nuc.* XIV. Testis de prop. scientia *Sum. pag.* 180. §. 74. XXII. Testis de prop. scient. *Sum. pag.* 183. §. 95. XXV. Testis de prop. scient. *Sum. pag.* 186. §. 120. XXVIII. Testis de prop. scient. *Sum. pag.* 188. §. 136. XXXIII. Testis de prop. scient. *Sum. pag.* 191. §. 161. XXXVIII. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 202. §. 237. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 205. §. 266. III. Testis de prop. scient. *Sum. pag.* 209. §. 297. IX. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 214. §. 332. XIV. Testis de prop. exper. *Sum. pag.* 217. §. 349. XXIV. Testis de visu *Sum. pag.* 220. §. 371., *& seq.* XXXVI. Testis ex

off.

off. de visu *Sum. pag.* 222. §. 388., *& seq.* = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis *V. S. D. Socius*, *& Directer.* de prop. exp. *per annos* 50. *Sum. pag.* 226. §. 422. = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* XXVII. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 234. §. 467. L. Testis V. S. D. SECRET. ET CONFESS. de prop. exper. *Sum. pag.* 235. §. 472.

207 Constat vero satis, quod sicuti = *Qui credit Deo, attendit mandatis* = *Eccles.* 32. 28. et ut legitur 7. Joann. 5. = *Hæc est victoria, quæ vincit mundum Fides nostra* = ita dilucide ostenditur ad hujusce virtutis apicem ascendisse Dei Famulum, quem sine noxa, sine macula, sine ruga sese perpetuo conservasse constat. Ut enim inquit S. Laurentius Justinianus *in Lign Vit. de Fide* cap. 1. = *Nisi homo carnalis illustretur lumine Fidei, non potest se continere a peccatis, nec justificari, quia justus ex Fide vivit*, Cardinalis Bona *de Discretione spirituum cap.* 13. = *justus ex Fide vivit, vivit nimirum vita spirituali, quæ ex principiis Fidei nata, iisdem regitur, & roboratur.*

208 Ex eo autem vividior Alphonsi Fides sese dat Intuenda, quod Sacrum quotidie facere non omitteret, quod per multam orationem, exquisitamque conscientiæ puritatem se ferventer præpararet, indeque per fere horæ spatium in gratiarum actione perseveraret immobilis, quod tandem eo devotionis æstu Missam celebraret, ut adstantes ad lacrymas commoveret, imo ipse velut ignitus carbo semper in sacrosanta actione vultu accendi, et aliquando etiam in exstasim rapi videretur. Qua de re vel inter sacras Missiones, vel in Episcopatu consulto Populi ipsi sacrificanti assistere avebant.

209 De sacro vero quotidie faciendo tam sollicitus erat, ut febri licet correptus illud non omitteret, nisi fractis omnino viribus, et ingravescente morbo lectulo se sternere cogeretur. Parem quoque animi fervorem, oris gravitatem, Corporisque compositionem in solemnibus Pontificalibus functionibus peragendis ostendebat, ut ejus unus intuitus Populum ad devotionem incitaret. Heroica Fide ductus nec ipsam dispensationem singulis Episcopis concedi solitam petere voluit cooperto capite celebrandi. Ab exequendis autem functionibus nulla umquam causa, occupatio, impedimentum, præter gravem morbum eum retardabat. Imo vero in ipsa ultima senectute dum inter suos versaretur quoad usque potuit solemnibus functionibus semper interfuit.

210 In rubricarum autem observantia tam religiosus semper fuit, ut in ultima ipsa senectute, licet obstipo collo, totisque artubus habituali morbo impeditis absque alieno fulcro foret ad gressum impar, in sacro tamen faciendo naturam ipsam fortiter vincens ad suppedanei usque crepitum genuflecteret, quod quidem vel maxime Fidei heroicitatem ostendit. Illud vero mirabilius, quod cum celebraret ante consecrationem non nisi alterius ope genuflectere non valens, post Consecrationem agilis evâdebat, et e solo elevatus videbatur.

211 Accidit item olim quod ipse Episcopus sacrum faciens in suo domestico Oratorio altera ex feriis sextis mensis Martii ante Hostiæ consecrationem fixis in Crucem oculis, elevatoque corpore in dulcem exstasim raptus sit. Miro eventu ejus Secretarius, qui Antistiti sacrificanti ministrabat alte obstupescens repetitis impulsibus eum ad sensus revocare conatur. Ad se tandem reversus post dulce suspirium perquam devote Missam prosequutus est, eaque peracta per duas solidas horas solus in gratiarum actione remansit, ceu *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis de prop. exp. *per postremos annos* 25. *Sum. pag.* 172. §. 10., *& seq.* XI. Testis V. S. D. CONFES.

prop. scien. *Sum. pag.* 179. §. 64. *& seq.* XXV. Testisde prop. scien. *Sum. pag.* 185. §. 114. *ad* 116. XXXIV. Testis V. S. D. *Socius* de visu *Sum. pag.* 192. §. 169. XXXV. Testis V. S. D. CONFESS. de prop. scien. *Summ. pag.* 194. §. 182., *& pag.* 195. *a* §. 189. *ad* 191. XXXVII. Testis V. S. D. CONFESS. de prop. scien. *Sum. pag.* 198. §§. 209., *& seq.* XXXVIII. Testis de visu *Sum. pag.* 201. §. 236. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* IV. Testis de visu *Sum. pag.* 211. §. 314. VII. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 212. §. 321, *& seq. & pag.* 213. §. 323. XIV. Testis de prop. exper. *Summ. pag.* 216. §. 343. *ad* 346. XVI. Testis de visu *Sum. pag.* 218. §. 360. XXIV. Testis V. S. D. *Famulus* de visu *Sum. pag.* 220. §. 368., *& seq.* XXXVI. Testis ex off. de prop. exp. *Sum. pag.* 221. §. 377. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* XXVI. Testisde visu *Sum. pag.* 230. §. 442. = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* XV. Testis de prop. exp. *Sum. p.* 231. §. 450. *ad* 452. XXVII. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 233. §. §. 465., *& pag.* 234. §. 466. L. Testis V. S. D. SECRET., ET CONFES. de visu *Sum. pag.* 234. §. 469. *ad* 471.

212 In hoc autem rerum themate Ven. Virum Fide prorsus heroica fuisse præditum intelligimus, ut bene advertit Matthæuccius *Tit.* 2. *cap.* 2. *num.* 16. *&* 17. *junctis num.* 29. *&* 30. ibi = *Qui itaque Sacramentis Pœnitentiæ, & Eucharistiæ utitur tempore non tam a lege præscripto, quam frequentissime, & maximo devotionis affectu ad illa accedit; Hic inquam, est plane FIDE HEROICA præditus. Quo enim ferventior, & ardentior est Fides eo præstantiora sunt opera, quæ ex ejus directione procedunt*, et Benedictus XIV. *lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 5. recte tradit, ex ferventi, quotidianaque Sacrificii celebratione in Dei Servis merito argui notam Sanctitatis, *& num.* 6. *in fin.* ita concludit. = *Ex quotidiana, aut fere quotidiana Sacrificii celebratione indicium, & nota Sanctitatis hauriri poterit.*

213 Quo vero ipse religionis, pietatisque sensu sacra obibat mysteria, eadem a ceteris Presbyteris peragi vehementer optabat. In id ergo opusculum edidit de Sacro rite fervideque celebrando, cui titulum indixit = *La Messa strapazzata* = Nihil impensius voce, scriptoque sacris ingerebat Ministris, quam interiorem cordis munditiem, et quantam assequi possent vitæ innocentiam, ac sanctitatem. Nihil item magis sibi cordi fuit, quam exactam in aliis rubricarum observantiam zelare. Suæ Congregationi Præses id rigide ab Alumnis exigebat, quos semel in hebdomada ad Missæ cœremonias peragendas simul convenire jussit; imo vero cum eorum alterum olim in celebrando celerem advertisset, intime dolens exactam sacri celebrationem ceteris convocatis gravi oratione commendavit.

214 Episcopus in eadem exigenda rubricarum observantia mirum in modum vigilabat. De illarum namque scientia non modo a novis Presbyteris, sed a ceteris omnibus periculum ipso præsente fieri exigebat. Quo vero in universa Diœcesi id facilius assequeretur, per probos Viros in quibuscumque locis constitutos de exacta Presbyterorum celebratione certior fieri volebat. Si quem forte minus versatum in rubricis vel oscitanter, dissoluteque rem sacram facientem resciret, a celebrando suspendebat donec necessaria scientia polleret, magisque exactus evaderet. Diœcesim visitans per sese Presbyteros de Rubricis examinabat, ignarosque docebat. Presbyteros tandem utriusque Cleri infra quadrantem celebrantes suspensionis pœna per edictum evulgata multavit. Ut autem erat earum rerum peritissimus, quo omnium Presbyterorum devotioni prospiceret libellum edidit inscriptum = *Breve trattato delle Rubriche della Messa* = Quemadmodum = *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 172.

§§. 11.

§§. 11., & 13. XXV. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 189. §. 17. *& seq.* XXXV. Testis V. S.D. CONFESS. de prop. scien. *Sum. pag.* 195. §. 192. *ad* 194. XLIV. Testis V. S. D. SECRET., ET CONFESS. de prop. exp. *Sum. pag.* 203. §. 253. = *Ex Apost. Proc. S. Agathæ* IV. Test. de visu *Sum. pag.* 211. §. 315. VII. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 213. §. 324., *& seq.* XIV. Test. de prop. exp. *Sum. pag.* 216. §. 347. *&* 348. XVI. Testis de prop. scien. *Summ. pag.* 218. §. 361. XXIV. Test. V.S.D. Famulus de visu *Sum. pag.* 220. §. 370, *& seq.*

215 Pietas item, devotio, atque cultus in Augustissimum Altaris Sacramentum, nec non incensus, ac fervens ardor, ut ab omnibus coleretur, herolcam certe V. Alphonsi Fidem patefaciunt. Hæc porro devotio tanta in Ligorio fuit, ut hanc, alteramque in B. V. ejus caractheristicas Virtutes fuisse dicendum sit. Tenerissimos enim in S. Eucharistiam affectus in eo cum ætate adolevit. Ab ipsis teneris unguiculis in more habuit quotidie Sacram Eucharistiam per quadraginta horas publice expositam fixis in eam oculis, menteque venerari. Ab hocce exercitio nec literarum studia, nec gravia Fori negotia, dum Advocati munere fungeretur, eum retardarunt, imo vero illius fervor ira in diem augebatur, ut ejus orantis diuturnitas, et immobilitas ipsis Presbyteris incitamento foret, et exemplo. Hinc ab hujusmodi quotidiana devotione mundi fugam, sive Ecclesiasticam vocationem referebat acceptam; Quemadmodum ipsemet aperte profitetur in Prœmio ad Sacramenti visitationes.

216 Ecclesiæ inde nomine dato, suaque Congregatione fundata, plures quotidie horas ad Altaris Sacramentum manebat immobilis, ac tempus a Sodalibus necessariæ quieti datum ipse ante Sacram Eucharistiam insumebat. In quibuscumque adversis, angustisque rebus ad Eam confugiebat. Quo vero Sodales suos, omnesque fideles pari in Sacramento fervore inflammaret pro regula statuit, ut quotidie singuli Sodales sui Sacramenti visitationem peragerent. Hæc profecto piissima consuetudo tum per totum utriusque Siciliæ Regnum, tum apud alias item nationes invaluit. Quum enim ipse ad quotidianam hanc Sacramenti adorationem peragendam precum formulas, fervidasque meditationes typis evulgasset per divinum illum librum, qui omnium manibus teritur, cui tit. = *La visita del Sagramento*, hic per totam non modo Italiam, sed Galliam, Hispaniam, Germaniam, aliasque Nationes in patrium idioma versus comuni plausu exceptus est, ac fere innumeris repetitisque editionibus ubique evulgatus. Quo fit, ut vespertinæ hujusce, et quotidianæ Sacramenti adorationis usus per Orbem tam mire receptus, atque diffusus ab Alphonso Ecclesia referre debet acceptum.

217 Episcopali inde onere ex Pontificis obedientia suscepto jugis hæc quotidie adorandi Sacramenti consuetudo inter ipsas pastorales curas ab eo remissa, vel intermissa numquam fuit. Quum enim jamdiu per totum Regnum, uti dicebam, saluberrima quotidianæ Sacramentalis adorationis consuetudo ab Alphonso inventa invaluisset, ut primum Agathensis Civitas eum sibi Pastorem a Cælo datum rescivisset, quo illi gratam rem faceret, quotidianum exercitium adorandi Sacramenti sub vesperas in Cathedrali Ecclesia ante ipsum Antistitis adventum Instituit. Eo Ligorius perventus quanta animi voluptate hanc Sacramenti adorationem in Cathedrali inductam intellexit, tanto egit studio, ut in quibuscumque universæ Diœcesis Parœciis, evulgatis in id sui libri exemplaribus, eadem quotidie peragere tur; quemadmodum ad hæc usque tempora constans perseverat. Quod vero ipse voce scriptisque gregi suo commendabat, proprio exemplo firma-

mabat. Quacumque enim poterat hora per privatum accessum Cathedralem ad adorandum Sacramentum petebat, itaut ædituus ad vesperas signum daturus solum Antistitem in Sacramenti adoratione immobilem inveniret. Quotidie item post solis occasum dato signo in Cathedralem suam, vel Argentii commorans in S. Andreæ Collegiatam descendebat, ut una cum populo publicam S. Hostiæ adorationem perageret; Imo vero gravi, fervidoque sermone populum ad divini Sacramenti cultum, et amorem inflammabat. Eo autem temporis intervallo, quo populus confluebat, dulces, devotasque cantiunculas ab ipso in Sacramenti honorem elucubratas cum adstantibus concinebat.

218 Sed jam gravis annis, morbisque attritus abdicato Episcopatu ad suos reversus totam fere diem ante salutarem Hostiam insumebat. Ab ea namque recessisset numquam in postremis duodecim vitæ annis, nisi famuli, sociique sui importunitas vel ad cibum, vel ad motum retraheret; Per octo nihilominus solidas horas ante Altaris Sacramentum quotidie persistebat immobilis, tantoque fervore orabat, ut, licet ad motum impar, insolitis motibus quateretur, eumque sodales pene exanimem, et in dulcem estasin raptum identidem invenirent. In ultimo autem senio Templum amplius petere non valens S. Hostiæ invisendæ desiderio languebat, donec a Famulo, socioque innixus ad odeum deferreretur, ubi alta suspiria ingeminans, et aliquando exclamans = *Ecco l' amor mio* = in lacrymas prorumpebat. E cubiculo tandem egredi amplius non valens, lectulo, sedique affixus, ut corpore non poterat, spiritu S. Hostiam adorabat. Per diem namque rescire satagebat quo nam in Templo per Neapolitanam Urbem eo die SS. Altaris Sacramentum per quadraginta horas foret expositum, in alta inde collectus contemplatione spiritu ferventer orabat. Sub vesperas quoque ad sui domestici Oratorii aram candelas accendi jubebat, et quotidianam ibi sacramenti adorationem cum sociis peragebat, quod quidem exercitium ab obitum usque servavit. Constant. hæc omnia a *Sum. pag.* 236. *ad* 260. *num.* 12. quod inscribitur = *De Fide ex SS. Sacramenti devotione*.

219 In hac vero eximia erga SS. Altaris Sacramentum devotione maxima Ven. Del Famuli Fides elucet. Nam ut scribit S. Thomas 3 *part. quæst.* 75. *art.* 1. *Verum Corpus Christi & sanguinem esse in hoc Sacramento, neque sensu, neque intellectu deprehendi potest; sed sola Fide, quæ auctoritate divina innititur . . . quod competit perfectioni Fidei quæ sicut est de Divinitate Christi, ita est de ejus humanitate secundum illud Joannis* 14. Creditis in Deum, et in me credite; *et quia Fides est invisibilium, sicuti divinitatem suam nobis exhibet Christus invisibiliter; ita et in hoc Sacramento carnem suam nobis exhibet invisibili modo, et ideo proprie loquendo*, verba sunt ejusdem S. Doctoris 3 *part. quæst* 76. art. 7. *Corpus Christi secundum modum essendi, quem habet in sacramento, neque sensu, neque imaginatione perceptibile est, sed solo intellectu, qui dicitur oculus spiritualis . . . ab intellectu autem hominis viatoris non potest compici, nisi per Fidem, sicut et cetera supernaturalia*.

220 Ex eodem heroicæ Fidei fonte fervidus ille devotionis sensus in Alphonso manabat, quo cetera Religionis Mysteria prosequebatur. Ac primo quidem, ut a *Jesu Christi Incarnatione* exordium nostra ducat oratio, quanto fervore illam recoleret tum vel maxime eminebat cum postremum S. Joannis Evangelium in Missa recitaret, vel angelica salutatione ter per diem Incarnationis mysterium commentaretur; his enim in eventibus coruscare vultu, et in ecstasim rapi videbatur. Eximio autem amore ferventi-

que

que cultu infantem Jesum prosequebatur. Quo enim ardentius sese ad Natalitia festa præpararet, a Dominica prima Adventus usque ad Epiphaniam suarum Meditationum objectum amor erat quo verbum caro factum est, idque item a suis quotidiana commentatione contemplari volebat. Ad excitandos quoque fideles omnes ad divini Infantis amorem, et cultum novendium composuit, cantiunculas, et meditationes per adventum usque ad Epiphaniam a quibuscumque legendas typis per orbem evulgavit. Sed non modo precibus ad Christi Natale rite recolendum, sed rigidiore etiam pœnitentiæ studio se præparabat. Suis etiam Alumnis indixit, ut Adventus tempore a carnium esu abstinerent, et jejunium servarent. Per novem autem dies Christi Nativitatem immediate precedentes fervidis concionibus ad illius solemnitatem peragendam populum præparabat, singulosque per annum ad se venientes distributis divini Infantis imaginibus ad ejus amorem incitabat. Quum tandem ad dominicæ Nativitatis festom pervenirer exposito super aram maximam Templi in nobili cuna speciosissimo sacri Infantis simulacro ante illud tenerrimi sui amoris triburum profusis lacrymis persolvebat. Sacratissimæ Item illius noctis Mysterium celebrans tum inter divinam psalmodiam, tum inter celebrandum sacrum modo ut ignitus carbo accendebatur, modo ut cera pallebat, modo a lacrymis temperare nequibat; quo spectaculo adstantes omnes ad pares amoris lacrymas commovebantur.

221 Heroicus quoque similis fervor ex ejus vultu prodibat in ceteris anni solemnitatibus Epiphaniæ, Corporis Christi, Annunciationis B. Virginis, Ascensionis, Pentecostes, ac SS. Redemptoris = *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Famulus de visu per postremos annos 25. *Sum. pag.* 260. §. 3. VI. Testis de visu *Summ. pag.* 262. §. 16. IX. Testis de prop. exp. *Summ. pag. cit.* §. 22., *&* 23., *& pag* 263. §. 24. XI. Testis de prop. scien. *Summ. pag.* 264. §. 36., *&* 37. XXII. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 265. *a* §. 43. *ad* 45. XXVIII. Testis de visu *per annos* 28. *Summ. pag.* 267. §. 66., *&* 67. XXXXII. Testis V. S. D. CONFESS. de visu *Sum. pag.* 272. §. 103. XLIII. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 262. §. 104., *& seq.* = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis V. S. D. *Director*, *&* CONFESS. de diuturna exp. *Summ. pag.* 277. §. 144. II. Testis V. S. D. CONFESS. de diuturna exp. *Sum. pag.* 279. §. 161., *& pag.* 280. §. 162., *& seq.*, *& per tot. Sum. num.* 13.

222 Pari item devotionis æstu in J. C. D. N. *Passionem* ferebatur. Crucifixum namque charius erat, et quotidianum suæ meditationis objectum. Ad Crucifixi intuitum se in Passionis contemplatione actuabat, perque ignitas aspirationes in ipsum ferebatur. In singulis Feriis sextis per flagella, carnisque afflictationes Christo compati consueverat. Ante Crucifixum semper orabat, quod cum frequentius ageret ante ejus Imaginem in Nucerino Choro positam ob orandi assiduitatem suæ frontis impressionem in ipsius Chori septo reliquit. In dubiis ad Jesum Cruci affixum consulendum confugiebat. In cubiculo, et in suo abaco Crucifixi Imaginem ante oculos positam habebat, nec umquam scriptioni, vel lectioni se dabat, quin prius amoris intuitus in ejus simulacrum vibrasset, ab eoque opem, lumenque Implorasset. Crucifixi item cruciatus semper alta mente revolvens S. Francisci exemplo, vel funes, vel spinas, vel clavos, vel agnos aspiceret innocentis agni Passionis recordabatur.

223 Calamus me potius deficeret, si ejus industriam, studiumque exponere contenderem, quo ad Passionis Dominicæ memoriam, devotionem, amorem, alios excitare, ac inflammare satagebat. Sodales namque suos

jugi hujus mysterii contemplationi quotidie addictos exoptabat. Episcopus cum familiaribus ad Christi commentanda tormenta conveniebat. Secum vero colloquentes, omnesque ad se venientes ad recolendam Christi passi historiam, cruciatusque incitabat. Hujusmodi recordatione quoseumque homines animi, corporisque angustia pressos mirifice solabatur. Ascetica ejus opera in vulgus edita totidem sunt heroicæ suæ devotionis erga Dominicam Passionem argumenta. Omnia enim, et singula pios affectus, et compassionem in Christum passum redolent, ac legentium corda, mentesque inflammant, præsertim piæ meditationes, quas de Christi Passione, ac viæ Crucis exercitio inscripsit,

224 Dum de Passione Christi dissereret ejus verba telorum instar intima cordis audientium penetrabant, populusque a lacrymis temperare nequibat. Sive Episcopus, sive Missionarius nulli concioni finem dabat, quin Christi cruciatus exponeret, dicere solitus nulla re magis, quam Christi passi recordatione, populos ad pœnitentiam commoveri. Hinc tum exemplo tum regula statuit, ut in Missionibus sodales per tres præsertim postremos dies de Christi Passione concionarentur. In quadam vero concione, in qua practicum vitæ devotæ exercitium exponebat, ad excitandos erga Christum passum auditores pictam Crucifixi imaginem plagis undequaque referti, brachioque subtus cubitum dilaniato, eo modo, quo S. Theresiæ apparuisse narrabat, in populi conspectum exponebat. Incredibile vero dictu est quam intime Populus eo spectaculo commoveretur ita ut ii qui adhuc impœnitentes supererant, eo uno intuitu ad Deum converterentur; quam item imaginem cudi sategit, evulgavitque; Imo quum Episcopus esset totidem ex ea pingi fecit quot erant Congregationis domus, ad quas misit, ut ea in Choro appensa, in Missionibus uterentur. Aliam item Crucifixi imaginem imprimi curavit, in qua cruoris guttas ex ipso manantes, ceu totidem acuta tela ad Fidelium corda penetranda expressit.

225 Agathensem Ecclesiam regens quum numquam a concionando destiterit, sic tum privatim, tum publice de Christi Passione disserens omnes ad eam recolendam incitabat. In singulis vero Feriis sextis Martias Christi Passionem e suggestu exponebat. Sic item in singulis Missionibus per Diœcesim institui solitis, et a singulis Evangelii præconibus de Christi Passione concionem haberi volebat.

226 Sed numquam clarius singularis ejus in Christum passum devotio elucebat, quam per majorem hebdomadam. Per eam namque in alta quadam, ac profundissima contemplatione absortus acerbissimæ Passionis a Christo pro humano genere obitæ gravi incessu, pallido vultu, madidisque oculis mœstitiam præferens alienatus videbatur a sensibus. Per illud triduum rigidissimum silentium servabat, ac omni pœnarum, et flagrorum genere corpus excrucians proprium sanguinem Christi sanguini sociatum Deo Patri offerebat. Quo factum, ut ipse sodales omnes unius sui corporis compositione ad parem in Christum compassionem pertraheret. Præter autem communem commentationem ipsam quoque mensam Christi Passi meditatione per idem triduum condiri volebat. Summo autem animi fervore sacras illius hebdomadæ functiones peragebat, et si forte Missionibus per Oppida vacaret, ad hæc celebranda Mysteria consulto Collegium repetebat. Episcopus factus in unaquaque illius tridui die tanta devotione pontificaliter celebrabat, ut Populum ad lacrymas commoveret, ac in Feria V. ante generalem comunionem fervidam concionem habebat.

227 Ad suos in ultima senectute reversus cum habitualibus morbis ad eas functio-

etiones celebrandas impar foret, iis perquam devote intererat, ac Feria V., et Sabatho sancto sacra se Synaxi reficiebat. Tanto item compassionis affectu Jesum in Sepulcro reconditum diu, noctuque adorabat, tum in sua Cathedrali, vel Argentina Collegiata dum erat Episcopus, tum in suo Nucerino Templo, ut eum intuentes a lacrymis temperare nequirent. Gravis licet annis, morbisque fractus ab exponenda tamen e suggestu infra majorem hebdomadam Christi Passione non destitit. Id quum olim de more faceret in suo Nucerino Templo vix ipse lugubri historiæ initium fecerat, ac universus Populus in pœnitentiæ clamores, lacrymas, et suspiria prorupit. Id item accidit cum publicam concionem habens ad eumdem Nuceriæ populum siccitate pressum anno 1779. vix cum Crucifixo colloqui incæperat.

228 Ad eosdem quoque Christi cruciatus recolendos Viæ Crucis exercitium Populis exponebat. In unaquaque Congregationis domo Passionis stationes erectas voluit. Eas vero ipse vel Episcopus cum suis familiaribus, vel in Congregatione cum ferventioribus sodalibus quotidie visitabat. Quotidianam hanc praxim tam obfirmato retinuit animo, ut nisi cum vita omiserit. Incredibile dictu est quanta corporis defaticatione, doloreque per postremos annos afficeretur cum ad motum impar sacras stationes perlustraret; ita ut eo peracto exercitio in agone positus videretur. Moderatoris ergo præcepto opus fuit, ut sacrum illud iter non nisi carucula vectus conficeret. E cubiculo tandem egredi amplius non valens ad Crucifixi simulacrum, obtento in id indulto, viæ Crucis exercitium peragens indulgentias lucrabatur.

229 Tanto in Christum passum quum ferreretur amore, ejus quoque Crucem, in qua salus Mundi pependit, fervide, et perquam devote venerabatur. Sodalibus propterea suis indixit, ut quisque Crucifixi imaginem ante oculos suspensam in cubiculo haberet. Eorum singulis maximopere commendabat, ut cubitum ituri in Crucis formam brachia ante pectus componerent, quo dormientes vigilarent cum Christo. In quocumque item sui Collegii vestibulo Crucem erexit, suisque Alumnis jussit, ut ubicumque Missiones instituissent in jugem Dominicæ Passionis memoriam Cruces erigerent. Nihil autem sibi charius privati, publicique sermonis objectum erat, quam cum de Christi Cruce disscreret, ejusque devotionem promulgaret. Episcopus solemne SS. Crucis festo instituto illud publicis triduanis precibus præveniebat. Ea recurrente solemnitate in frequentissimo Populi conventu de Christi Cruce, ejusque cultu disserebat. In Argentini Episcopii aditu, et aula binas Cruces erexit, quibus transiens tenerrima figebat oscula. Eas vero Episcopatum abdicans veluti pretiosissima pignora dono dedit, alteram scilicet suæ Argentinæ Collegiatæ Templo, alteram Sanctimonialibus SS. Redemptoris. Pretiosissimi hujusce ligni reliquiam deaurata theca occlusam secum jugiter deferebat, per quam ab ægris expetitam innumera prodigia patravit; ceu omnia patent *ex Sum num.13. de Fide, & devotione erga Passionem D. N. J. C. a pag.260. ad 284.*

230 Assidua porro hæc Dominicæ Passionis recogitatio, fervensque studium ad id alios excitandi pulcherrime declarant in vivido Alphonsi pectore Fidem inesse vividiorem, ut bene Rotæ Auditores in *Relat. Causæ S. Petri Regalati in Appendic. lib.2. apud Bened. XIV. de Fide §. Quantum attinet*, ibi = *Misteriorum omnium Fidei, præsertim vero SS. D. N. J. C. Passionis contemplatione devotissime vacabat, aliosque ad idem hortabatur &c. devotionis enim ardor in Fidei mysteria abunde testatur delitescentem in corde, animoque vividæ fornacem Fidei.*

Del

231 Delparæ Virgini addictissimus ferventem non modo cultum, sed amorem etiam impendit. Amore profecto in eam æstuabat adeo, ut tum jugi in ea devotione, tum in ejus exponendis laudibus suavitatis dulcedine *mellifluo Bernardo* suppar censeretur, et esset, In ejus quippe fidem, et clientelam cum a puero se contulisset nullum agebat diem quo non eam multiplici significatione honoris prosequeretur. Suavissimum Mariæ nomen semper habebat in ore, ac in eam identidem per ignitas aspirationes dulciaque cantica ferebatur. Sacra ejusdem scapularia, et Rosarium gestans statas quotidie preces recitabat. Suam corollam e latere pendentem sibi, suisque alumnis tamquam filialis amoris tesseram voluit; quam ipse, licet Episcopus una cum Congregationis veste nunquam dimisit. Hinc si tentatio urgeret fulgentissimam hanc stellam respiciens ejus corona, constrictis in pugnum digitis, ad eam fugandam utebatur. A primis unguiculis ad extremum usque spiritum psalmos Mariæ nominis initialibus litteris respondentes, necnon Rosarii decades vel inter graves occupationes, et curas, vel iter faciens, accurata meditatione quotidie recitavit. Nullum item prætermisit diem, quo ad Mariæ Imaginem sui amoris, lacrymarum, et precum tributum non persolveret. Si scriberet, si legeret, vel cogitaret nonnisi Mariam sapiebat. Nam *Boni Consilii* Matrem e conspectu positam semper habens in eam oculos, mentem, affectusque intendebat. In ejus icones per viam incidens venerabundus eam salutabat, eumdemque morem domo egrediens, vel rediens habebat. Singulas actiones Mariæ salutatione prævenire, eamque ad horologii signum repetere consueverat, quam morem apud suos Alumnos invexit. Modo ipsam amantissimam Matrem suam, modo dominam, modo suam spem appellabat; idque tanta dilectionis dulcedine, ut colloquentes ad pares amoris lacrymas commoveret. Singulis præterea Sabathis jejunium pane, et aqua definitum per viginti et amplius annos tolleravit. Gravis demum annis, morbisque fractus pani jusculum addere jussus, illud absynthio, aloe, aliisque herbis ita amarum reddebat, ut ejus reliquias vel ipsi famelici respuerent. Per eum quoque diem non modo ab indica potione sibi seni consulta, sed ab ipso aquæ potu quantavis urgeretur siti abstinebat; imo vero peculiari sese flagellatione cruentare, suamque conscientiam per sacram exhomologesim expiare solebat. Sacros, ac festos ejusdem Virginis dies pari rigido jejunio, et cruentatione præveniebat. Signo vix edito, quo Fideles Virginem cum Angelo salutare monentur, operto ille confestim capite vel in ipso publico foro, vel quocumque alio esset in loco positis genibus angelicam salutationem devotissime recitabat. Hunc profecto morem tanta semper religione servavit, ut annis morbisque ad motum impar meridianæ salutationis signo inter prandium audito buccceam ori admotam relinquens subito humi procumberet, ac cibi inde oblitus dulci langueret exstasi, donec ab adstantibus excussus ad sensus revocaretur. Mariæ dolores tenero compassionis sensu identidem commemorabat, eaque tristi recordatione in lacrymas prorumpebat. Ejus festum septenaria prece præventum publice Nuceriæ celebrabat, ejusque dolentis Virginis simulacrum in templo S. Matthæi erigi sategit. In dubiis præterea, angustisque rebus, velut Filius ad Matrem, ipse ad Mariæ præsidium confugiebat. Congregationi suæ ab ipsis incunabulis invidus Sathan funus paraverat cum Alphonsus eam Virginis clientelæ comiserat, ab eaque firmitatem, et incrementum sperabat. In schalensi namque specu abditus (qua in Civitate Congregationis fundamenta jecerat) de reparanda jactura Matrem suam consultum adibat. Apud eos revera Cives constans traditio te-

net

met eodem in specu Mariam fuisse Alphonsum allocutam. Hinc Joannes Baptista de Costanzo, quo is conscientiæ moderatore utebatur, ab eo in quadam exhomologesi sciscitatur, an unquam fuisset cum Virgine collocutus; cui Alphonsus sancto igne succensus candide, uti debebat, ingenueque respondit, sese ad regendam inter adversitates Congregationem a pia Matre consilia accepisse. *Quid*, repetit ille bis, *dixit tibi Virgo? Præclara tane multa* bis respondit Alphonsus, prætereaque tacuit; quemadmodum ipse met Confessarius in Apostolicis tabulis sancte deposuit. *Sum. pag.* 287. §. 27. *& pag.* 293. § 69.

232 Sed quoniam amanti solus amare non sufficit; hinc Alphonsus omne studium impendit, ut proximos item ad Mariæ amorem adduceret. Omni namque dicendi vi, rationum momentis, spiritusque ardore utebatur, ut privatim singulos, publice Populos ad dulcissimam hanc Matrem devoto amore prosequendam inflammaret. Ab alumnis suis veluti Congregationis Patronam veneratam eam voluit. Per singula ipse Sabatha de Mariæ laudibus sermonem habere consuevit; idque ut sui item in unoquoque templo exequerentur stricte mandavit. Quotidianam Rosarii recitationem, rigidam in Sabatho abstinentiam, eoque die peculiares quasdam decades in B. V. sine labe conceptæ honorem, novemdiales preces ad ejus prævenienda Festa, quotidianam Mariæ visitationem post Sacramenti adorationem exequendam, multiplicesque alias cultus species ejus in honorem a Congregationis Alumnis exegit. Nullum vero Missionem haberi voluit quin de Maria concio institueretur. Ubi fama Alphonsum de Virgine concionantem vulgabat turmatim Populus concurrebat. Tanto ipse zelo de Mariæ laudibus disserebat ut vel saxea corda ad ejus amorem alliceret. Innumeræ propterea peccatorum conversiones per Marianam concionem ab ipso patratæ narrantur. Inter has quidam adolescens ad peccandum pronus dum sese Virginis scapulario exuere tentat subita brachii attractione perterritus, immutata sententia, suam domum revertitur. Eadem ipsa nocte B. Virgo de scapularis contemptu, deque præmeditato facinore eumdem severe redargut, jussitque ut apud Alphonsum conscientiam expiet. Dum insequenti die cogitabundus adolescens in quadam versaretur officina Alphonsum in Nucerina S. Matthæi Parœcia Missionem habentem audit. Tunc is visionis memor ad virum sibi antea incognitum audiendum pergit suasque culpas, ac visionis seriem ad ejus pedes confessus est. Præteritas tunc animi sordes incredibili horrore pertæsus novam ab illinc vitæ rationem instituit. Alter item perditus homo a concionante Alphonso forte inaudivit, ut qui eatenus sese prædicatione commotum non senserat, in Virginis saltem vultum oculos injiceret. Tum ille dicto audiens Mariam respicit, ejusque intuitu in pœniteutiæ lacrymas improviso prorupit, Deique misericordiam alta voce imploravit. Hæc speciminis loco narravisse sufficiat. Innumeræ sunt enim conversiones, quas a Maria impetratas patravit Alphonsus.

233 Nec mirum. Nam misericordiæ Matrem suo famulo concionanti per potentem opem ad lucrandas animas præsto fuisse publicis prodigiis *in vitæ comentariolo* expositis pluries universo Populo patefecit. In Templo enim *Foggiæ* concionante Alphonso ipsa B. Virgo e sua velata Icone mirabiliter apparuit, ac lucis radio in Ven. Virum immisso, cum Populus duobus cubitis e suggestu in exstasim raptum vidit. Ab exstasi revocatus, velut alter Moyses e divino consortio redux = *Lætamini* inquit, *quod dulcissima Mater gratiam pro Vobis intercessit*. Quamobrem publicæ pœnitentiæ

sin-

singultibus, vocibusque reboante templo, vel ipsæ prostitutæ Feminæ ad castum Christi amorem conversæ sunt.

234 Pari quoque prodigio idem Alphonsus coram universo AmalphitanoPopulo de validóDeiparæ patrocinio disserens subito splendore e Virginis simulacro oborto coruscans e suggestu elevatur in aerem. Improviso spectaculo ad quinque minuta protracto decorus Mariæ vultus mira hilaritate scintillat, commotusque Populus pœnitentiæ clamores ingeminat.

235 Argentii quoque dum Alphonsus Episcopus confratres ad Mariæ devotionem excitat subita luce splendescere templum, ejusque faciem spirantem ignem adstantes demirantur; *En Virgo*, tunc inquit Alphonsus, *prona ad beneficia elargienda, eam enixe deprecamini*. Quibus sane verbis tantam illam lucem ex Deiparæ præsentia prodire qui aderant percepere.

236 Omnem autem impendit laborem, studiumque quo Agathensem regens Ecclesiam oves suas ad Mariæ amorem alliceret. De hujusce quippe Divinæ Matris laudibus cum publice, tum privatim incredibili pietatis sensu verba faciebat identidem, ut omnes ad eam colendam, ac diligendam accenderet. Singulis in Sabathis vel in Cathedrali, vel in quocumque foret Diœcesis loco, de Mariæ gloria, et patrocinio disserebat. Hanc item piissimam consuetudinem per Diœcesim propagavit. Seminariensibus suis publicis, privatisque sermonibus Mariæ devotionem ingerebat. Qui ipsum conveniebant ejus ignitis verbis amore in Mariam accensi, ejusque ab eo donati Imagine recedebant. Morem quoque quotidie sub vesperum publice salutandæ Virginis per preces ab ipso editas in singulis Diœcesis Parœciis instituit. Quo tandem universum mundum ad suæ Matris amorem adduceret aureum librum evulgavit, quem inscripsit = *Le glorie di Maria* = incredibili plausu per totum Orbem diffusum.

237 Constant hæc omnia ex Sum. num. 14. *de peculiari, feruenti, & heroico V.S.D. amore erga B. Dei Genitricem; a pag.* 285. *ad* 309.

238 Majus itaque argumentum ad adstruendam heroicam Alphonsi Fidem, nec afferri, nec exoptari unquam potest. Ex fide namque est, *si non in hac lacrymarum exulantes Valle* (ut verbis utamur S. Laurentii Justiniani *in Fest. Assumpt.*) *pia cum devotione clamemus ad Virginem, ipsam prosequamur votis, sociemus in canticis, laudibus efferamus, quatenus agnoscat Mater filios, libera captivos, delicils cælestibus impinguat famelicos*. Jure proinde meritoque Rotæ Auditores eximiam in Deiparam pietatem ad Fidem retulere *in Relat.* S. Andreæ Avellini *cap. 9. §. Nec vero*. Et in Relat. S. Aloysii Gonzagæ *tit. de Religion. §. 12.* ibi= *Deiparam Virginem omnium Advocatam mortalium maxima animi devotione colebat . . . & merito hoc obsequium devotionis Deiparæ impendebat: cum certum sit, Christum Dominum secundum Deum primam esse, ac supremam Divinæ gratiæ causam, itaut absque Fidei Catholicæ jactura in dubium nequeat revocari; proxime vero ad ejus gratiæ plenitudinem Beatissimam ejus Matrem Virginem accessisse. Nam ut omittamus Angelicam salutationem, quæ illam gratia plenam prædicat, innumerabilia sunt sanctorum Patrum testimonia, quæ Virginis gratiam, & Sanctitatem usque eo exagerant, atque amplificant, at quanto a Christo justitia distat, tanto ceteris omnibus præstet intervallo*, quæ etiam præclare firmat Cardinalis de Lauræa *in 3. sent. disp. 32. art. 9. §. 216.*

239 Præter Dei Genitricem alios item Cælites summo devotionis sensu venerabatur, presertim vero S. Josephum D. N. J. C. Patrem putativum, ac Theodidactam Virginem Theresiam a Jesu. Ad augendum namque eorum cultum novemdiales preces edidit, quas ipse cum suis ad extremum usque vi-

vitæ ferviđe, devoteque peregit. Utriusque item tutelæ suam Congregationem commendavit. Numquam vero scriptioni se dedit, nisi in paginæ fronte Jesus, Mariæ, Josephi, et Theresiæ nomina per initiales literas præmisisset. Erga cælestis militiæ Principem Michaelem Archangelum singulari obsequii, atque amoris sensu afficiebatur, illiusque titulo sui Nucerini Collegii Templum dicavit. Ejus Festum novemdialibus precibus, solemnique ritu celebrabat, ejus tandem devotionem, cultumque tum privatim tum publice impense promovit. Quo autem sese, suosque Alumnos ad Apostolorum, aliorumque Cœlitum venerationem excitaret pro regula statuit, ut in singulis annis cuicumque Alumno distribuerentur schedulæ referentes peculiarem quamdam virtutem ferventius per annum exercendam, necnon unius Apostoli, alteriusque Sancti nomen quos ipsi tamquam peculiares Patronos venerari debebant; in singulis vero mensibus peculiarem virtutem, ac unum Apostolum religiose colendum. Ipse vero ad Episcopatum licet evectus hanc a se institutam devotissimam praxim religiosæ executioni mandavit, et ad suos reversus ad obitum usque servavit. Sanctorum tandem Caroli Borromæi, ac Francisci Salesii spiritum, mores, ac virtutes in se transferre studebat. Quo factum, ut ipsos in eo redivivos populi celebrarent. = *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis de prop. exp. per postremos annos 25. *Sum. pag.* 172. §. 14., *& pag.* 174. §§. 32., *&* 33. VI. Testis de visu *Sum. pag.* 175. §. 39. IX. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 176. §. 47. *& pag.* 177. §. 48. *&* 49. XXVIII. Testis de prop. scien. *Summ. pag.* 189. §. 147. XXXIII. Testis de prop. scient. *Summ. pag.* 191. §. 160. XXXV. Testis V. S. D. CONFESS. de prop. scien. *Sum. pag.* 196. §. 197., *&* 198. XXXVII. Testis V. S. D. CONFESS. de prop. scien. *Sum. pag.* 199. §. 219. XLIV. Testis V. S. D. SECRET., ET CONFESS. de prop. exp. *Sum. pag.* 205. §. 262. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* III. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 209. §. 299. XVI. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 239. §. 365. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* II. Testis *V. S. D. Socius, Director*, ET CONFESS. de prop. exp. *Sum. p.* 228. *a* §. 430. *ad* 432.

240 Hæc porro devotio in Cœlites heroicam Alphonsi Fidem luculentissime docent. Sanctorum namque cultus non modo in Dei honorem refunditur, verum in tesseram heroicæ Fidei jure accipitur a S. Laurentio Justiniano *in lign. vitæ cap.* 4. *de Fide*, ibi = *Deo credit, qui Sanctis suis credit, in quibus loquitur Deus*, et S. Epiphanius *hæres.* 78. scribit = *Quicumque honorat Dominum, honorat & Sanctum*. Propterea hanc ipsam devotionem erga sanctos plurimi semper ad rem fecerunt Rotæ Auditores in *Relat. causæ* S. Aloysii Gonzagæ *tit. de Religion.* §. *Deiparam*, S. Ignatii Lojolæ *part.* 2. *tit. de Justit.* §. *Denique*, et S. Andreæ Avellini *cap.* 9. §. *Nec vero &c.*

241 Præsertim vero Ligorii Fides elucet ex ejus incenso zelo decoris Domus Dei, in qua ipse cum hominibus habitat. Hinc nil magis ipsi curæ quam ut suorum Collegiorum Templa, eorumque Aræ, necnon sacra supplex exquisita munditie, ornatuque niterent. Augustissimi Sacramenti tabernaculum floribus in proximo viridario per ipsos alumnos consitis ornari volebat.

242 Episcopus factus eamdem accuratissimam decoris Domus Dei sollicitudinem ostendit. Diœcesim namque perlustrans, Templorum decentiam, ornatumque, necnon sacrorum vasorum ac utensilium munditiem et splendorem non modo commendabat, sed indictis apposite decretis exigebat. Ad Cathedralem quotidie de mane descendens per sese ab aris excutere pulverem, easque ornare minime erubescebat. Eamdem quoque Cathedralem impensa sua per Amalphitanum Archiepiscopum *Puoti* con-

secrari sategit ; Ejusque fornices parietesque ter per annum mundari jubebat = *Ex Proc. Apost. Nuc.* XXXVII. Testis V.S. D. CONFES. de prop. scien. *Sum. pag.* 198. *& seq.* §. 216. XXXVIII. Testis de visu *Sum. pag.* 202. §. 238. XLIV. Testis V.S.D. SECRET. ET CONFESS. de prop. exp. *Sum. pag.* 204. §. 254. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* III. Testis de visu, et prop. exp. *Sum. pag.* 209. §. 248. XII. Testis de prop. exper. *Sum. pag.* 214. *in fin:* XXXVI. Testis ex Off. de prop. exp. *Sum. pag.* 221. §. 383. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis V. S. D. *Socius*, *& Directior* de prop. exp. *Sum. pag.* 227. §. 423. = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* XV. Testis de visu *Sum. pag.* 232. §. 454. XXVII. Testis de ptop. exp. *Sum. pag.* 234. §. 468. I. V. S. D. CONFES., *& Secret.* de visu *Sum. pag.* 235. §. 473.

243 Venerabili ergo Antistiti Ligorio aptari jure potest elogium quod de Nepotiano, sanguine, doctrina, et pietate ipsi pari scripsit Hieronymus *Epist.* 60. *alias* 3. *ad Heliodor. de laudibus Nepotiani* = *Erat ergo sollicitus si niteret altare, si parietes absque fuligine, si pavimenta terta . . . si sacrarium mundum, si vasa lucentia, & in omnes cæremonias pia sollicitudo dispolita, non minus, non majus negligebat officium, ubicumque eum in Ecclesia quæreres, invenires.* Quid autem id, nisi heroicam fidem portendit ? *Domine dilexi decorem Domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ* affirmate poterat Alphonsus cum Regio vate psalm. 25. 8. = et canit Ecclesia *in dedicat. Eccles.* = quod templum est *Domus Dei, in qua invocabitur nomen ejus, de quo scriptum est: & erit nomen meum ibi, dicit Dominus*; et legitur I. Paralipomen c. 16. 29. = *Date Domino gloriam nomini ejus adorate Dominum in decore sancto.*

244 Ex eodem Fidei habitu ferventissimum illud manabat obsequium quo Ven. Alphonsus sacras paginas tamquam a Deo ipso inspiratas, ac sancta Evangelia venerabatur. Hisce enim legendis sedulam per diem navabat operam, hisque firmiter adhærens quod verbo concionans prædicabat, quod in editis ab ipso libris exponebat, aptissimis, et SS. PP., et S. Bibliæ locis confirmabat. Suis item congregatis Alumnis assiduam S. Bibliæ lectionem, ex eaque conciones veluti e ditissimo penu promendas commendabat ; Tyronibus vero bis per hebdomadam novi Testamenti capitulum memoriæ mandatum coram Præceptore recitandum indixit. Illud autem heroicam præferebat fidem, quod de illius veritatibus loquens effervescebat adeo ut extra sensus rapi videretur. Episcopus cum esset Presbytetos suos sacras paginas apprime callentes volebat, earumque scientiam rigido examine pertentabat = *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis de prop. exp. per postremos annos 25. *Sum. pag.* 171. §. 4. XI. Testis V. S. D. CONFESS. de prop. scien. *Sum. pag.* 177. *ante* §. 52. XIV. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 180. §. 69. XXII. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 184. §. 107. XXXIII. Testis de prop. scien. *Summ. pag.* 191. §. 159. XXXVIII. Testis de facto prop. *Sum. pag.* 200. §. 229. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 206. §. 274.. *& seq.* XIV. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 215. §. 338. XVI. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 218. §. 354. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis *V.S.D. Socius*, *& Director* de prop. exp. *per annos* 50. *Sum. pag.* 223. §. 392., *& seq.*

245 Quanta item religione studioque in sacris paginis nocturna, diurnaque manu versandis, ilsque ad Patrum sensum explanandis usus ipse fuerit testis est doctissima *Psalmorum versio*, quæ ab eo in lucem edita Theologorum, ac piorum plausum promeruit. Hinc hujus operis Revisores in prima Neapolitana editione hanc versionem summis laudibus extulerunt : Eorum quippe alter, scilicet Rmus Canonicus Fabius Massa ita relationem

suam

suam Archiepiscopo Neapolitano concludit „ Sed quid in opere non „ probabo? Dum enim Auctor in vernaculum sermonem psalmos ver- „ tit obscuriores eorum sensus, et latebras ita aperit, et revelat, ut „ puritati Verbi Dei nihil detrahens, intellectum etiam legentibus præ- „ beat, et cor. Optatissimum opus quod in publicum proditum Aucto- „ ri doctissimo laudem, Ecclesiæ maximam utilitatem reddet „ Alter ve- ro scilicet Rmus Benedictus Cervone in sua item relatione tali modo se ha- bet „ Eorum (psalmorum) italam versionem ab religiosissimo Antistite „ concinnatam legi. Is est clarissimus Alphonsus Ligorius Episcopus „ Agathensis, *quem norunt omnes totis viribus, omnique contentione ad* „ *eas virtutes conniti, quibus veteres Episcopi beatissimis Ecclesiæ tempori-* „ *bus floruerunt* . . . Hos industria, et pietate quanta maxima explica- „ vit, ut nisi tam multa, tamque utilia pro Religione, et Ecclesiæ disci- „ plina tantus vir edidisset, HOC UNO TAMEN OPUSCULO IM- „ MORTALITATEM PROMERERI POSSET.

246 Heroica hæc Alphonsi Fides qua Deum colebat, in Christi item Vicarium Romanum Pontificem refundebatur. Episcopale onus suis momentis expendens primum a Pontifice Clemente XIII. sibi impositum humilis recusavit; At ubi ejus præceptum accepit, illico ejus vocem velut ipsam Dei vocem veneratus acquievit, et inclamavit = *Obmutui quoniam tu fecisti* = Pontificis item decreta, sanctionesque reverebatur non modo, sed accurato studio exequebatur. Vacaverat olim Sacerdotium in sua Cathedrali, cujus collationis jus ambiguum erat, an sibi, vel Pontifici pertineret, et is statim Romam scripsit, ut ab Apostolica Sede expedirentur Bullæ. Si quem forte coram se Pontificiam aliquam sanctionem minus probare, vel flocci facere subaudiret, heroico accensus zelo in hæc verba increpabat = *Cosi ha stimato il Papa, e quel che vuole il Papa vuole Iddio* = Pari quoque Fidei æstu fervescebat quum Pontificis auctoritatem, primatum, jurisdictionem in universam Ecclesiam per ævi nostri novatores impugnari resciret; nullaque sibi quies nisi doctis vindiciis eorum libellos confutasset. Exiit vix ab orcu Justinus Febronius Romani Pontificis auctoritatem insectans, statim ipse gravis licet annis in eum confutandum intendit, librumque edidit, cui titulus = *Vindiciæ pro suprema Romani Pontificis auctoritate*. Illius quoque *Primatum*, *infallibilitatem*, *auctoritatem supra æcumenicum Concilium*, nec non *potestatem impios*, *nocuosque libros vetandi*, plurimis ob id adversariorum injuriis patientissime latis, editis contra Novatores vindiciis docte, solideque defendit; ac ita defendit, ut sese identidem verbo, scriptoque profiteretur pro hujusmodi veritatum defensione ad mortem ipsam subeundam esse omnino paratum, ac dicere solitus foret = *Tolto che è questa potestà del Papa, la Fede è perduta*. Lethaliter olim ægrotans cum suos Alumnos Pontificis infallibilitatem, ac Primatum defendentes audiret, gaudio gestire, viresque sumere visus est. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* V. Testis de prop. scient. *per postremos annos* 25. *Summ. pag.* 172. §. 15., *&* 20. *pag.* 173. §. 21., *pag.* 174. §. 31. VI. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 175. §. 39. XI. Testis V. S. D. CONFES. *Sum. pag.* 177. *post* §. 53. XIV. Testis de prop. scient. *Sum. pag.* 181. §. 78. XXII. Testis de prop. scient. *Sum. pag.* 181. §. 83. *& pag.* 182. §. 84. XXV. Testis de prop. scient. *Sum. pag.* 185. §. 110., *& pag.* 186. §. 123. XXVIII. Testis de prop. scient. *Sum. pag.* 187. *post* §. 126., *&* 129., *&* §. 133. XXXI. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 190. §. 151, XXXV. Testis V. S. D. CONFESS. de prop. scient. *Sum. pag.* 194. §. 180. XXXVII. Testis V. S. D.

CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 197. §. 201. XXXVIII. Testis de prop. exp. *Sum. pag.*200.§.224. XLIV. Testis V.S.D. SECRET. ET CONFESS. de prop. exp. *Sum. pag.* 203. *post* §.246., *&* §. 250., *&* *pag.* 205.§.261.= *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 208. *a* §. 285. *ad* 289. IV. Testis de prop. exp.*Sum. pag.*212. §.318. XIV. Testis de prop. exp. *Sum. pag.*217. §.353. XXXVI. Testis ex off. de prop. scien. *Sum. pag.* 221. §. 378., *&* 379. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis *V. S. D. Socius*, *& Director.* de prop. exper. *per annos* 50. *Sum. pag.* 225. §. 412., *&* *pag.* 226. §. 420., *&* *pag.* 227. §, 424. II. Testis V. S. D. *Socius Director*, *&* CONFESS. de prop. exp. *Sum. pag.* 227. §. 425., *&* *pag.* 228. §. 434., *&* *pag.* 229. §. 436. XXI. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 230. §. 441. = *Ex Proc.Ord.S. Agathæ* XV. Testis de prop. scien. *Sum.pag.* 232. §. 459. L. Testis V.S.D, *Secret.*, *&* CONFESS. de prop.exp.*Sum. pag.*235.§.475. Tam mirum vero in Pontificem obsequium heroicam sapere fidem tradit Mattheuc. *in pract. Theol. Canon. tit.* 2. *cap.* 2. § 1. *num.* 18., et Benedict. XIV. *lib.*13. *cap.*23. *num.*4.

247 *Gratia sermonis* qua Dei Famulus a Deo ditabatur, quaque vel ipsos duriores impœnitentes flectebat, eum Fidei mysteriis ita penetratum arguunt, ut efficaciter loqueretur, quo ad se Auditorum corda trahebat. Missus enim a Christo evangelizare pauperibus, non in sublimitate sermonis, nec in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis sive Missionarius, sive Episcopus Evangelium prædicabat,sed conciones suas vel ipsius ignotæ plebeculæ captui accommodabat; Nihilo tamen minus nuda ejus verba Sancti Spiritus unctione condita tam alte Auditorum mentes, et corda penetrabant, ut ejus vocem, vocem inquam virtutis, universi populi pœnitentes lacrymæ, suspiria, et clamores comitarentur. Hinc docti indoctique ipsum non esse, qui loquebatur, sed spiritum cælestis Patris loquentem in ipso profitebantur, et ubique deprædicabant. Plenæ sunt hujusmodi mirabilis eventus actorum tabulæ, ac præsertim *Sum. pag.* 210. §. 305. *& seq.*, *&* *pag.* 223. §. 400. *pag.* 224. § 401., *&* *seq.* *&* *pag.* 225.§.409. *&* *seq.* *pag.* 227. §. 428., *ac per tot. num.*18. *de charit. in prox. quoad spiritualia.*

248 Jure ergo meritoque poterat Alphonsus dicere cum Apostolo *I. Cor.* 1. = *Misit me Christus . . . evangelizare non in sapientia verbi, ut non evacuetur Crux Christi &c. Græci sapientiam quærunt, nos autem prædicamus Christum Crucifixum*, et cit. 1. Chorinth. 2. 4. *Prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis, ut Fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei.* Cœleste autem donum *Gratiæ sermonis* juxta S. Thomam 2. 2. *quæst.* 177. *art.* 1. in eo consistit quod quis a spiritu sancto motus Fidei Mysteriis ita penetretur, ut efficaciter loquatur, *quod fit* (ait S. Doctor) *dum aliquis sic loquitur, ut auditorem flectat.* Hoc autem donum Apostolis suis Christus promiserat Matth. 10. 20. *Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis.* Atque ex hujusmodi zelo donoque heroicam Fidem arguunt Card. de Lauræa in 3. *sent. disp.* 32. *num.* 234. *Scacch. de not. & sign. sanct. sect.* 3. *cap.* 1. *& Rotæ AA. in Relat. Caus. S. Petri de Alcantera art.* 4.

249 Quod si huic dono cetera item addamus Prophetiæ, gratiæ sanitatum, ac Miraculorum, quæ Deus in suo Famulo Alphonso plena manu congessit, et quorum aliquot in nostro Sum. relata leguntur, ex iis item eximia ejus Sanctitas, Fideique heroicitas elucescit. Nam ut observat Lezana *in Sum. Theol. tom.*3. *tract* 4. *disput.* 4 *quæst.* 1. *vers. quo tamen* ibi = *Hujus-*

mo-

modi gratiæ gratis datæ etiam veluti secundario ordinantur nonnumquam ad eorum, quibus conceduntur sanctitatem demonstrandam, uti colligitur ex D. Gregorio *homil. 17. in Ezechiel.* et D. Thoma *3. part. quæst. 27. art. 7. ad 7.* Ex Miraculis vero optime Fidem argui docet idem S. Thomas *2. 2. quæst. 178. art. 2. ad §.* ibi = *Operatio Miraculorum attribuitur Fidei propter duo, primo quidem, quia ordinatur ad Fidei confirmationem, secundo, quia procedit ex Dei Omnipotentia, cui Fides innititur.* Et art. 1. *Sicut oportet* inquit, *quod notitiam quam quis divinitus accepit in notitiam aliorum deducatur per gratiam Sermonis, ita necesse est ut sermo prolatus confirmetur ad hoc, quod credibilis fiat; hoc autem fit per operationem Miraculorum juxta illud* Marci ult. *Sermonem confirmante sequentibus signis.*

DE HEROICA V. S. D. SPE

250 Quum hactenus plene concludenterque heroicam Alphonsi Fidem probaverimus; id unum satis esset ad illius heroicam Spem arguendam. *Quid enim sperari poterit, quod non creditur?* observat Augustinus *in Enchirid. cap. 4. in princip.* Germana itaque Fidei Spes est, ita ut *quod illa futurum credit, hæc sibi incipiat sperare futurum* inquit S. Bernardus *serm. 10. in princip. sup. psalm. Qui habitat.*

251 Spem vero Theologi uno ore definiunt Virtutem esse Theologicam, qua æternam Beatitudinem per divinum auxilium consequendam speramus. Unde Augustinus affirmat, *lib. 2. de Civit. Dei cap. ult.* = *Premium virtutis erit ipse, qui virtutem dedit, qui seipsum, quo nihil majus esse potest, promisit,* cui consonat Angelicus *2. 2. quæst. 17. art. 2. in corp.* ibi = *Spes attingit Deum, innitens ejus auxilio ad consequendum bonum speratum.*

252 Ac primo quidem præstat paulisper ante oculos ponere crebros illos, repetitosque actus per Ven. Alphonsum repetitos. Nam non suis, sed Christi meritis, ac Deiparæ patrocinio æternam sperare beatitudinem in singula fere momenta repetebat. Hinc in legendis Bibliæ locis de confidentia in Christi meritis ad salutem assequendam in ecstasim raptus vultu transformabatur. Ante Deiparæ imagines in vivam spem erga illam sese exercens in dulces lacrymas prorumpebat, dulcique cantico Mariam spem suam salutabat. Dum vero recordaretur ipsam amantissimam Matrem homines in filios adoptasse tenero hilaritatis sensu afficiebatur. Ipsi item ejus Libri nonnisi vivæ in divina Misericordia, et Christi meritis, ejusque Matre spei actibus undequaque scatent. Jugi autem orationis studio a Deo propriam justificationem, æternamque salutem petebat; et Confessario suo scripturæ loca ad spem excitandam accommodata sibi morienti suggerenda commendavit. = *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis *V. S. D. Socius* per postremos annos 25. *Sum. pag. 310. §. 1. pag. 111. §. 18., pag. 312. §. 19. & 20.* VI. Testis de visu *Sum. pag. 313. §. 32.* IX Testis de visu *Sum. pag. 314. § 38., & 39.* XI. Testis V. S. D. CONFESS. de prop. exp. *Sum. pag. 315. §. 50., & seq.* XXVIII. Testis V. S. D. Socius de prop. exp. *Sum. pag. 318. §. 71. ad 77.* XXXV. Testis V. S. D. CONFESS. de prop. exp. *Sum. pag. 320. §. 90., & §§. 94. & 95., & pag. 321. § 98.* XXXVII. Testis V. S. D. CONFESS. de prop. exper. *Sum. pag. 322. §. 107. & §. 113., & pag. 323. §. 114. ad 118.* XXXVIII. Testis de prop. scien. *Sum. pag. 324. §. 128., & seq.* XLIV. Testis *V. S. D. Secret.*, & CONFESS. de prop. exper. *Sum. pag. 326. §. 143. ad 149.* = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de prop. exp. *Sum pag. 327. §. 154., & 156.* IX. Testis

stis de prop. exp. *Sum. pag.* 331. §. 185. *ad* 190., *& pag.* 332. §. 91. *&* 92. *&* §. 196. *&* 197. XVI. Testis de visu *Sum. pag.* 333. §. 201. *&* §. 203. XIX. Testis de visu *Sum. pag.* 333. §. 208. *&* 209. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis V. S. D. *Director*, *&* CONFESS. de prop. exp. *Sum. pag.* 334. §. 213. *& seq.* II. Testis V. S. D. *Director*, *&* CONFESS. de prop. exper. *Sum. pag.* 336. §. 230., *& seq.* V. Testis de visu *Sum. pag.* 336. §. 233. *& seq.* XXII. Testis de visu *Sum. pag.* 337. §. 239., *& seq.* = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* XXIII. Testis de visu *Summ. pag.* 337. §. 243., *& pag.* 338. §. 244. XXXVII. Testis de visu *Sum. pag.* 339. §. 253. = Ex hisce autem actibus heroicam argui spem loculenter edocet, vel Bened. XIV. *lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 13. ibi = *Exterius actus spei elicitur cum verbis se explicat aliquis, ac dicit se sperare vitam æternam.*

253 Una futurorum spe fretus licet nobili genere natus, doctrinaque celebratissimus avitas divitias, et commoda, aulæ honores, arridens sibi forum, Familiæ primogenita, nobilissimasque nuptias sibi a Patre propositas lubens pro Christo renunciavit. Sæpe enim ajebat ea Evangelii verba = *Quid prodest homini si mundum universum lucretur*, Sibi sæculi fugam suasisse. Expectans quippe beatam spem, et adventum gloriæ magni Dei hunc unum hæreditatis suæ partem elegit, cætera vero detrimentum fecit, ut vanitates habuit, et insanias falsas. Elegit propterea per Ecclesiasticam vocationem abjectum esse in Domo Dei, ac arctissima evangelicæ perfectionis semita suscepta, se totum animabus Christo lucrifaciendis mancipavit. Imo vero egressus e Patria, et cognatione sua ivit in terram, quam monstraverat illi Deus. Humili scilicet amictus veste Schalam perrexit, ibique, una tantum in Deum spe dives, ad Rusticorum salutem Congregationem instituit = *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Socius de visu *per annos* 25. *Summ. pag.* 310. §. 56. IX. Testis de visu *Sum. pag.* 314. §. 36. XI. Testis V. S. D. CONFESS. de prop. scient. *Sum. pag.* 316. §. 59. *&* 60. XXXI. Testis de prop. scient. *Sum. pag.* 319. §. 87., *& pag.* 320. §. 89. XXXVII. Testis V. S. D. CONFESS. de prop. scient. *Sum. pag.* 322. §. 110., *& seq.* XXXVIII. Testis de prop. scient. *Sum. pag.* 325. §. 135. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* XVI. Testis de visu *Sum. pag.* 333. §. 206. XIX. Testis de visu *Sum. pag.* 334. §. 211. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis V. S. D. *Director*, *&* CONFESS. de prop. exp. *Summ. pag.* 334. §. 215. *ad* 217. II. Testis V. S. D. *Director*, *&* CONFESS. de prop. exper. *Summ. pag.* 336. §. 232. = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* XXIII. Testis de prop. scient. *Summ. pag.* 338. §. 249. = Ex quo [quidem *S. Franciici Xaverii* Spem recte arguunt Rotæ Auditores tit. de Spe apud Bened. XIV. *cit. lib.* 3. *cap.* 23. *n.* 18. nec non Cardinalis de Lauræa *disput.* 32. *art.* 10. *n.* 77. *& seq.*, iidemque Rotæ AA. *in relat. caus.* S. Petri de Alcantara *part.* 2. *art.* 5. *de firmissima spe* §. *tertio spei*, S. Philippi Benitii *eodem tit.* §. *Ex Religione*, S. Paschalis Baylonii *tit. de Spe* §. *Nec vero*, et S. Catharinæ de Riccis *eod. tit.* §. *Quæ quidem virtus.*

254 Quæ cum ita sint exclamare poterat Ligorius cum Bernardo *serm.* 9. *super Psalm. Qui habitat* = *Tu es Domine spes mea. Quidquid agendum, quidquid declinandum, quidquid tollerandum, quidquid operandum, tu es, Domine, spes mea: hæc una mihi omnium promissionum causa, hæc totæ ratio meæ expectationis: prætendat alter meritum, sustinere se jactet pondus diei, & æstus, jejunare bis in sabatho se dicat, postremo non esse sicut cæteros hominum glorietur. Mihi autem adhærere Deo bonum est, & ponere in Domino Deo spem meam.*

255 Præ cælestibus æternisque rebus fluxa omnia, ac æterna nihili pendens,

Mun-

Mundi aurum, honores, et dignitates procul odit, et arcuit. Hinc Ecclesiæ vix dato nomine se voto obstrinxit dignitates detrectandi. Divitiarum sensu ne afficiebatur quidem, sed heroicam paupertatem amplexus attrita veste, humilique amictu indutus Mundum ita eludebat, ut summis viris exemplo esset, et admiratione. Episcopalem dignitatem gravis instar oneris timendique periculi, quoties oblatam toties recusavit. Hinc ad eam acceptandam a Pontifice jussus inter Humilitatis, et obedientiæ conflictum lethalem in morbum incidit. Episcopus Pontificis præcepto creatus non dignitatis honorem, sed grave onus suis humeris impositum præ oculis habens susceptam vitæ paupertatem obfirmato retinuit animo. Imo vero vitæ commoditates procul arcens temporales census, ac quæcumque sibi vel e Doctorum Neapolitano Collegio, vel Domo affluerent, omnia in juvandos pauperes insumebat. Vili ipse suppellectile contentus, et obsoleta semper Congregationis veste indutus vel ipsis se necessariis orbabat, pecuniæque valorem ignorabat = *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. *Socius* de visu *per postremos annos* 25. *Sum. pag.* 310. §. 7. XI. Testis V. S. D. CONFESS. de prop. scien. *Sum. pag.* 316. §. 59. *&* 60. XXVIII. Testis V. S. D. Socius de prop. exp. *Sum. pag.* 319. §. 83. *ad* 85. XXXI. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 320. §. 88. XXXV. Testis V. S. D. CONFESS. de prop. exper. *Sum. pag.* 322. §. 115. XXXVII. Testis V. S. D. CONFESS. de prop. exper. *Summ. pag.* 324. §. 125. ad 127. XXXVIII. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 325. §. 134., *&* 136. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de prop. exper. *Sum. pag.* 329. §. 175., *&* *seq.*, *&* *pag.* 330. *per tot.*, *&* *pag.* 332. §. 195. XVI. Testis de visu *Sum. pag.* 333. §. 207. XIX. Testis de visu *Sum. pag.* 334. §. 212. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis V. S. D. *Director*, *&* CONFESS. de prop. scien. *Sum pag.* 334. §. 215. *ad* 217. II. Testis V. S. D. *Director*, *&* CONFESS. de prop. exp. *Sum. pag.* 336. §. 232. = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* XXIII. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 338. §. 250., *&* *seq.* XXXVII. Testis de visu *Sum. pag.* 339. §. 254. *ad* 256.

256 Generosus hic honorum, et divitiarum contemptus heroicam probare spem tradit Card. de Lauræa *disput.* 32. *art.* 10. *pag.* 751. *num.* 277. Quo enim ardentiori spiritus impetu per oculos spei quis fertur in contemplationem æternorum bonorum, quæ in cœlis sunt, eo magis corporis oculis vilescunt ea omnia, quæ sunt super terram, unde de se dicebat Alphonsus, quod Paulus *ad Philipp.* 3. 8. *Existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror, ut stercora, ut Christum lucrifaciam*, et S. Petrus Damianus *Serm.* 5. Fideles hortatur = *Contemnenda vobis sunt cuncta, quæ cernitis, si ad ea vultis pertingere, quæ speratis*. S. Bernardus *in parab. de Fide, Spe, Charitate tom.* 2. asserit = *SPES PERFECTA facit nos concupiscere non terrena, quæ videmus, sed cælestia quæ speramus* = Istumque generosum Mundi contemptum ad roseram heroicæ Spei referunt Auditores Rotæ in Relationibus Canonizationum S. Petri de Alcantara *art.* 5. §. *Tertio Spei virtus*. S. Ludovici Bertrandi *tit. de Spe* §. *Hanc.*, et passim in allis.

257 Divinæ Spei firmatus anchora, et quasi scuto protectus nullis angustiis, periculis, adversitatibus, ab incæpto Fundationis opere se retardari passus est. Quot bone Deus obstacula a Mundo, a Parentibus sibi opposita fuere! Omnia tamen adversa, hominumque irrisiones, et contumelias sui victor superavit. Parta enim de Genitore deque Mundo victoria in abdicandis sæculi pompis, divitiis, et commodis novum ei omnibusque Fundato-

datoribus comune prælium Infernus christianorum hostis indixit. Vix enim natam Congregationem suam tum Sociorum deficentia, tum rerum omnium inopia, tum denique male feriatorum hominum cavillis, litibus, calumniis, ab ipsis incunabulis pene extinctam ingemiscere debuit. Non ingemuit tamen, nec animo fractus est; Imo vero quo magis vexabatur adversis, eo magis hilaris apparebat. Omnia enim potens in eo qui se confortabat inter adversa per suas, et aliorum preces, per jejunia, corporisque flagellationes sibi Deum propitiare satagebat, ac si diceret cum Regio Vate *psalm. 26. 3. = Si consistant adversus me castra non timebit cor meum, si exurgat adversum me prælium in hoc ego sperabo.* Vix inde fundata Congregatione a Sociis Institutum immutare tentantibus derelictus messis Dominum jugi deprecatione adibat, ut novos operarios in messem suam mitteret. In hoc enim opere unam Dei gloriam respiciens ab uno ipso securus opem expectabat, neque spe frustratas est. Tantos enim novos operarios est nactus, ut alias fundare domus oportuerit.

258 In summa licet egestate plurimas tum in Regno Neapolitano, tum in ditione Pontificia domus fundavit. Incredibile vero est, quot modis Cacodæmon novam Congregationem destruere tentaverit. Numquam vero id assequi potuit, ut V. Fundatorem a firma in Deum Spe vel hilum quidem retardaret. Per multas enim preces a se, suisque institutas propitiato Numine, omnibusque Domibus per quatuor menses indicta quotidiana recitatione illius versiculi *quid mihi est in Cœlo, & a Te quid volui super terram &c.* tantam a Deo opem obtinuit, ut quin a persecutionibus Congregationis interitum, incrementum reportarit. Brevi enim Congregationem suam per totum Regnum late diffusam vidit; quin imo a Benedicto XIV. adprobatam, maximisque privilegiis auctam, nec non a gl. me. Carolo III. et Serñio Ferdinando IV. utriusque Siciliæ Regibus peramanter complexam, paternoque amore defensam.

259 *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis *V. S. D. Socius* de visu *per postremos annos* 25. *Sum. pag.* 310. §. 4. IX. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 314. §. 43., & 45. XI. Testis V. S. D. CONFESS. de prop. exp. *Sum. pag.* 316. § 54. & 55., & *a* §. 61. *ad* 63., & *pag.* 317. §. 64. XXVIII. Testis V. S. D. Socius de prop. exper. *Sum. pag.* 317. §. 68., & 69., & *pag.* 318. § 70. XXXV. Testis V. S. D. CONFESS. de prop. exp. *Sum. pag.* 320. §. 93. & *pag* 321. §. 99. & *seq.* XXXVII. Testis V. S. D. CONFESS. de prop. scien. *Sum. pag.* 322. §. 108., & *seq.*, & *pag.* 323. §. 120., & 123., & *pag.* 324 §. 124. XXXVIII. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 325. §. 132., & *seq.* = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis V. S. D. *Director*, & CONFESS. de prop. exp. *Sum. pag.* 335. §. 221. V. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 337. §. 237. XXII. Testis de prop. exper. *Sum. pag.* 337 §. 241. & *seq.* = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* XXIII. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 338. § 247.

260 Quamobrem Alphonsi spes prorsus dici debet heroica; nam ut observat Card. de Lauræa *in 3. sent. tom. 2. disput. 32. de virtut. heroic. art.* 10. *pag.* 750. *num.* 264. = *Heroica Spes facit, ut eam habeat in quavis etiam extrema, & durissima necessitate speret a Deo auxilium opportunum, & non tolum animo despondeat; sed neque despondere cogitet, immo stabilis, firmus, & immobilis speret auxilium, quod Deo videtur expediens* = Quin immo *DEUS OMNIPOTENTES FACIT, QUI IN SE SPERANT*, ait S. Bernardus *serm.* 85. *in cant.*

261 In gerendis rebus nihil sibi tribuens, nihilque perfugii reponens in homine auxilium ab eo uno præstolabatur, qui non deserit, neque confundit; spe-

sperantes in se. In adversis enim ad Deum, et Mariam confugiebat, quam unicam post Deum Spem appellare solebat. Imo quodcumque negocium aggrederetur a Maria felicem sibi exitum ominabatur.

262 Fundata Congregatione præter alia sui, sodaliumque incommoda extremæ paupertatis premebatur angustiis. Inter has heroica spe fretus suos ipse erigebat dictitans: = Recte coram Deo ambulate, et hæc omnia adjicientur vobis. = Satagebat autem ne in voluptuosis impensis pecunia insumeretur, propterea quod diceret in unis necessariis Divinæ promissionis adimplementum esse sperandum; idque ad obitum usque a suis exequi mandavit, ac revera nunquam necessaria defuere. Quo vero magis desperata res videbatur, eo magis auxilium a Deo securum sperabat. Hinc in novo ædificando Collegio cum fabricæ Præfecto necessaria pecunia deesset, is divinæ providentiæ thesauro nixus ædificio dare operam jussit, nec providentissimus Deus sui famuli fiduciæ defuit. Nam illico tantam per Benefactores pecuniæ vim immisit, quanta ædificio erat opus. Sic item Episcopus quidquid ad Dei gloriam, et Gregis salutem moliretur, nullis fractus obstaculis, Deoque fidens ad complementum adducere conabatur. *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis *V. S. D. Socius per postremos annos* 25. *Sum. pag.* 310. §. 2. *pag.* 312. §. 23., *&* 24. IX. Testis de prop. scient. *Sum. pag.* 314. §. 44. X. Testis de prop. scient. *Sum. pag.* 315. §. 47. XI. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 316. § 63. XXVIII. Testis V. S. D. Socius de prop. exp. *Sum. pag.* 319. §. 79. *&* 80. XXXV. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 321. §. 100. *ad* 102. XXXVII. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 323. §. 121., *& seq.* XXXVIII. Testis de prop. scient. *Sum. pag.* 325. §§. 131. 133. *ad* 140. XLIV. Testis V. S. D. SECRET., ET CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 327. §. 150., *& seq.* = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 328. §. 64. *& seqq.*, *& pag.* 329. §. 169., *& seq.* = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Test. *V. S. D. Director*, *&* CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 335. §. 220. 222., *& seq.* V. Testis de prop. scient. *Sum. pag.* 337. § 236., *&* 238. = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* XXIII. Testis de prop. scient. *Sum. pag.* 338. §. 248.

263 Ad Evangelicæ ergo perfectionis normam in Divina Providentia spem ipse posuit, a suisque poni sategit; juxta Apost. II. ad Corinth. 9. 10 = *Qui administrat semen seminanti & panem ad manducandum præstabit, & multiplicabit semen vestrum, & augebit incrementa frugum justitiæ vestræ*,

264 Hac ipsa in Deum animi fiducia eos erigebat, quos vel rebus adversis pressos, vel futurorum cogitatione, metuque sollicitos, anxiosque videret. Omnes enim afflictos tum privatim, tum publice ad ponendam in Deum, et misericordiæ Matrem spem erigebat. Docebat siquidem vivam in eo spem esse ponendam, qui dixit, *petite & accipietis*. Id vero quo facilius ab aliis assequeretur aureum librum edidit *de orationis efficacia*, sive = *il gran mezzo della preghiera* = quo libro ab insigne Operario P. Fatigati perfecto, is nonnisi orandum identidem repetebat. In Missionibus vero numquam concioni finem dabat, ni prius peccatores ad ponendam in Christi meritis, ac Deiparæ intercessionem veniæ fiduciam erigeret; jussitque Sodalibus ut nec in ipsis terroris concionibus talem hortationem omitterent, et orationis efficaciam ad assequenda Divina beneficia Populis exponerent. Quotquot ad se afflicti veniebant spe in Deum recreati contenti abibant. Hac porro ratione ipse totus animarum saluti

mancipatus ingentes a Deo conversiones promeruit. Ad hanc quoque spem ipse Episcopus tum privatim, tum publice gregem suum erigebat, ac juge orationis studium, teneramque in Dei Genitricem devotionem veluti certa assequendæ salutis media proponebat.

265 *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Socius de visu *per postremos annos* 25. *Sum. pag.* 310. §. 3.. *& pag.* 311. §. 17., *pag.* 312. §. 21. VI. Testis de visu *Sum. pag.* 313. §. 35. IX. Testis de visu *Sum. pag.* 314. §. 40. *ad* 42. X. Testis de visu *Sum. pag.* 315. §. 46. XI. Testis V.S.D. CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 316. §. 55. *ad* 57. XXVIII. Testis V. S. D. Socius de prop. exp. *Sum. pag.* 317. §. 67., *& pag.* 318. §. 73., *& pag.* 319. §. 78., *&* 86. XXXV. Testis V.S.D. CONFES. de prop. scient. *Sum. pag.* 320. §. 91. *& seq.*, *& pag.* 321. §. 96. *&* 97. XXXVII. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 322. §. 106., *pag.* 323. §. 116. XXXVIII. Testis de prop. scient. *Sum. pag.* 324. §. 130. XLIV. Testis V. S. D. SECRET., ET CONFESS. de prop. exper. *Sum. pag.* 326. §. 145. *& seq.* = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de prop. exper. *Sum. pag.* 327. §. 154. *& seqq.*, *& pag.* 328. §. 166. *& seqq.* IX. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 331. §. 185., *& seqq.*, *& pag.* 332. §. 93., *& seq.*, *&* §. 198. *& seqq.* XVI. Testis de visu *Sum. pag.* 333. §. 202., *&* 204. XIX. Testis de visu *Sum. pag.* 334. §. 210. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis *V. S. D. Director*, *&* CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 335. §. 224., *& seqq.* V. Testis de visu *Sum. pag.* 336. § 235. XXII. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 337. §. 241., *& seq.* = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* XXIII. Testis de prop. scient. *Sum. pag.* 338. §. 245.

266 Ex studiosa profecto sollicitudine alios ad spem erigendi heroicam spei virtutem probant Rotæ Auditores *in Relat.* S. Thomæ *a Villanova penes Conteior. de Canoniz. Sanct. pag.* 495. *& seq.* B. Gregorii X. *tit. de spe* §. *laborum*, B. Petri Regalati *cod. tit. de spe & sub* §. *Quia est*, *vers. Nec solum*, B. Nicolai Factoris *tit. de spe* §. *Hac igitur*, ita etiam ajebat Regius Vates psalm. 4. 6. *sacrificate sacrificium justitiæ*, *& sperate in Domino*, et psalm. 36. 3. *Spera in Domino*, *et fac Bonitatem*, *& pasceris in deliciis ejus*.

267 Miracula item a V. Alphonso patrata cum Proximum angustia pressum erigeret, ægrotosque homines solaretur totidem sunt illius heroicæ spei illustria monumenta. Scribit enim Angelicus 2. 2 *quæst.* 178. *art.* 2. *ad* 3. quod = *Miracula semper sunt vera testimonia rei*, *ad quam inducuntur*. Et ad rem observat Matthæuccius *tit. de signis spei heroicæ* num. 19. ibi *Hac firmissima spe sancti Viri miraculis claruerunt &c. ad quæ plane numquam ipsi se accinxissent*, *NISI HEROICA SPE ROBORATI*, *& lumine edocti de certo illorum eventu a Deo præstando*, *alias Deum tentassent*, *temere ad opus Miraculorum procedentes*, *et exponentes se periculo*, *ne a circumstantibus irriderentur*. *Quod quam sit absurdum asserere obvium est*.

268 Constans illa animi tranquillitas, orisque serenitas quam V. Vir in prosperis æque ac afflictis eventibus præseferebat, illa vultus hilaritas, ac perfecta in Divina voluntate conformatio in diuturnis, acerbissimis, et ad obitum usque heroice tolleratis morbis, nonnisi heroicam in Deum spem apertissime ostendunt. Nulla porro in his sibi requies, nullumque levamen. Per postremos *decem & septem* vitæ annos dolorosæ sciaticæ et artritidis dolores, perpetuam colli curvationem instar ingentis molis capiti super impositæ tormentum, surditatem, intestinalem herniam, visus gradiendique impossibilitatem, ipsam decrepitam senectutem usque ad obitum tam patienter tulit, ut querimoniæ loco nonnisi spei, et Divinæ con-

conformitatis actus ingeminaret. Tanto vero in id sollicitus erat, ut Moderatores interrogaret, an in hac patientiæ, et conformitatis exercitio in se culpam agnoscerent. Inter hujusmodi cruciatus cum Jesu in Cruce permanens quovis momento ad subeundam mortem, si Deo placitam, paratum sese offerebat repetens „ Domine, si tibi placitum, ad subeun-„ dam nunc mortem paratus sum „ *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis *V.S. D. Socius* de visu *per postremos annos* 25. *Sum. pag.* 310. §. 8. *ad* 10. *pag.* 311. *a* §. 11. *ad* 15. XXXV. Testis V.S.D. CONFES. de prop. scient. *Sum. pag.* 321. §. 103., et tit. de Fortitud. per tot.

269 Hæc porro patientia alterum heroicæ spei validissimum argumentum præstat, ut docet Apostolus *ad Rom.* 5. = *Scientes quod tribulatio patientiam operatur, Patientia vero probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit.*; et Augustinus exclamat in serm. 15. ad Frat. in Erem = *oh spes! Tu omnia portare facis dulciter, ac suaviter*; Idque ad heroicam comprobandam spem afferunt *Scacch. de not. & sign. sanctit. sect.* 3. *cap.* 3. *pag.* 121. *sub* §. *Ex his*; Card. de Laur. *cit. disput.* 32. *art.* 10. *num.* 265. Et Auditores Rotæ *in Relatione Canonizationis* S. Thomæ *a Villanova penes Contelor. de Canoniz. Sanct. pag.* 498. B. Gregorii Papæ X. *rubrica de firmissima spe* §. *Laborum, & passim in aliis*.

270 Eadem quoque Patientia, eademque propterea spes in causa fuere cur Alphonsus ærumnosum Apostolicum munus, carnis afflictationes, cæterasque virtutes omnes quas ab infantia excoiere cæpit ab obitum usque obfirmato retinuerit animo. Perseveravit enim, viriliter egit, patienter substinuit, cursum consumavit, donec repositam coronam justitiæ sibi redderet justus Judex; ceu uno ore deponunt Testes *in Sum. num.* 27. *de Fortit. ex Perseverantia*.

271 Hæc porro perseverantia magnam, vivam, heroicamque spem præseferre nemo est, qui non videat, planeque intelligat, dicente Apostolo 1. ad Cor. 9. 10. = *Debet in spe qui arat arare, & qui triturat, in spe fructus percipendi*. Ex quibus verbis S. Petrus Chrysologus *serm.* 72. diserte inquit = *Agricola nunquam sereret anhelans, si fructum laboris sui de tempore non speraret. Viator laborem prolixi itineris non subiret, nisi se ad destinata crederet pervenire. Nauta mari non crederet incertus, si se lucris sequentibus compensaturum viarum discrimina non speraret. Filius paternæ dominationis tempora non duraret, si substantiæ paternæ non speraret hæreditatem, & tu si te jam filium Dei credis, expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & expecta, ut hæreditatem Dei de expectationis fide, & de virtute patientiæ consequaris*.

272 Spe in Deum firmissima nihil ardentius optabat, quam Corporis vinculis dissolvi, et esse cum Christo. Quamobrem sibi mille vixisse annos videbatur, quo Christo frueretur, ac dulcissimæ Matris Mariæ pedibus oscula figeret. Omnium precibus ad bene moriendum se commendabat. Æternæ vero felicitatis recordatione se ipsum, aliosque erigebat, ac jucundissima immortalis præmii expectatione ad breves hujus vitæ calamitates æquo animo perferendas excitabat. De perenni Beatorum felicitate libentissime loquebatur, ac pretiosae Sodalium morti invidebat; Cœlum interdum suspiciens æternam gloriam suspirabat. Quo vero magis ingravescebat ætate, eo magis cæ lestem patriam anhelans mortem læta fronte aspiciebat. Ad hujusce autem æternitatis iter omnibus facilius parandum salutaria monita, ac meditationes ab bene moriendum typis evulgavit.

273 *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Socius de visu per postremos annos 25. *Summ. pag.* 313. §. 28. *ad* 31. X. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 315. §. 48., *&* 49. XI. Testis V. S. D. CONFESS. de prop. exp. *Sum. pag.* 317. §. 66. XXXV. Testis V. S. D. CONFESS. de prop. exp. *Summ. pag.* 321. §. 104. XXXVII. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 322. §. 112. XXXVIII. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 326. §. 131., *& seq.* XLIV. Testis V. S. D. *Secret.*, *&* CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 327. §. 152., *& seq.* = *Ex Apost. Proc. S. Agathæ* I. Test. de prop. exp. *Sum. pag.* 329. §. 172., *& seq.* XVI. Testis de visu *Sum. pag.* 333. §. 205. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis V. S. D. *Director*, *&* CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 335. §. 218., *& pag.* 336. §. 229. = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* XXV. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 338. §. 252. Oh heroica spes, oh felix anima! Et sane quis *mortem temporalem cui æterna vita promittitur, quis labores carnis metuet cum se in perpetua requie noverit collocandum?* scribit S. Gregorius *hamil.* 3.

274 Ab hacce heroica in Deum spe nec ullus, et si validissimus, tentationum incursus, nullaque spiritus ariditas eum retardavit. Quinquennio enim antequam ad superos evolaret Deo placuit fidelem Servum, præter morbi, ac senectutis molestias per tentationes tamquam aurum in fornace probare. At inter ariditatis tenebras Christi merita sibi proponens ea verba ingeminans = *In te Domine speravi non confundar in æternum* = hostem fugabat, animo serenitatem reddebat. Quamobrem Moderatores omnes jurisjurandi religione testantur ipsum de hujusmodi tentationibus gloriosam semper tulisse victoriam.

275 *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Famulus per postremos annos 25. *Sum. pag.* 310. §. 5. *pag.* 312. §. 25. *pag.* 313. §. 26., *&* 27. VI. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 313. §. 33. IX. Testis de visu *Sum. pag.* 314. §. 37. XI Testis V. S. D. CONFESS. de prop. exp. *Sum. pag.* 315. §. 52., *& pag.* 317. §. 69. XXVIII. Testis V. S. D. Socius de prop. exp. *Sum. pag.* 319. §. 81., *&* 82. XXXV. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exper. *Sum. pag.* 321. §. 103. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de prop. exper. *Sum. pag.* 328. §. 160. 162., *& seq. Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis V. S. D. *Director*, *&* CONFES. de prop. exp. *Summ. pag.* 335. §. 226., *& pag.* 336. §. 227., *& seq.*

276 Nec tantæ spei fructu fraudatus est. Per extremos enim vitæ dies anxietates omnes prorsus evanuere, iisque tranquilla conscientiæ pax perfectaque quies successit; ceu P. Laurentius Negri postremus illius Confessarius ab ejus ore acceptum retulit (tit. de *Obitu*). Omnes propterea pretiosæ illius morti adstantes sancte deponunt ipsum per extremos eos dies lætanter suspirasse mortem eumque ad B. Virginis intuitum, speique actus sibi jam elingui suggestos cælesti, dulcique subrisu affici, vel tota coruscare facie vidisse, ut *in cit. tit. de Obitu*.

277 Hæc certe conscientiæ tranquillitas, animique pax, qua lætus Alphonsus decessit, heroicæ spei certissima sunt argumenta, qua post viriliter fugatum hostem promissum tranquillitatis præmium obtinuit, juxta illud Proverb. 23. 18. = *In timore Domini esto tota die, quia habetis spem in novissimo. & præstolatio tua non auferetur.* Unde S. Gregorius *hom.* 13. scribit = *Qui autem de sua spe, & operatione securus est pulsanti confestim aperit, quia lætus Judicem substinet, ET CUM TEMPUS PROPINQUÆ MORTIS ADVENERIT DE GLORIA RETRIBUTIONIS HILARESCIT.*

Ha-

278 Habitum denique spei in Ven. Alphonso dilucide ostendunt tum vitæ innocentia, moresque angelici, ut bene S. Bernardus ait *in sermon. parv. sermon:* 1. et S. Augustinus *in lib. de diligendo Deo c.* 14. *tom.* 9., tum egregia omnia facta, actusque pietatis ab ipso exerciti, qui ad alias quascumque virtutes pertinent, quibus certe totum, qua patet, Summarium abundat. Quamobrem sicuti nimis longum esset omnia hic numerando percensere, sic animadvertere erit satis, ex præstantissimis aliarum omnium virtutum actibus hujusce virtutis augeri splendorem, ut recte tradit Benedictus XIV. *lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 16. *in fin.* ibi = *Omnia opera bona spem arguunt, et omnia opera bona eximia, & sublimia spem demonstrant eximiam, sublimem, & heroicam* . Et egregie quidem; quum enim ex fine, et objecto actus, ut loquuntur Theologi, specificentur, *ejusdemque virtutis sit tendere in finem, ac tendere in media ad finem necessaria* S. Thom. 2. 2. *quæst.* 17. *art.* 2., sequitur, omnes virtutum actus, utpote ex fine veræ Beatitudinis assequendæ elicitos, spei actus dici jure posse juxta ea, quæ canit Regius Vates Psalm. 36. 3. = *Spera in Domino, & fac bonitatem*, et Joan. 1. 2. = *Scimus, quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, & omnis, qui habet hanc spem, se sanctificat.*

DE HEROICA V. S. D. CHARITATE IN DEUM

279 Quamquam postremo Charitas, quoad ordinem, Theologicas inter virtutes locum obtineat, eis tamen ceterisque, tum dignitate tum præstantia antecellit, ajente Apostolo *Epist.* 1. *ad Corinth. cap.* 31. *vers.* 13. *Nunc autem manent Fides, Spes, Charitas tria hæc; major autem horum est Charitas* = Et jure quidem, ac merito; Nihil enim ea vel majus, vel excellentius, quæ a Deo est, ut a principio: Nihil ea potentius, nihil amabilius, quæ et filios nos facit Dei adoptivos, et veram, salutaremque Dei nobis ingerit notitiam. Quoniam vero duplici modo diligendus est Deus, (ut recte tradit Matthæucc. *in Pract. Theol. Canon. tit.* 2. *cap.* 2. §. 3.) *affectu* videlicet, atque *effectu*, juxta illud Joan. *Epist.* 1. *cap.* 2. = *Filioli mei non diligamus verbo, neque lingua, sed opere, & veritate*, sic utroque modo fuisse Deum a Ven. Alphonso dilectum ostendemus, ut cumulate, perfecteque amandi Dei præcepto satisfecisse constet.

280 Præclarissimæ vereque heroicæ Charitatis in Deum argumentum ostendit Alphonsus cum domum, Patriam, Genitorem reliquit, et ad lucrandas Christo animas Schalam profectus est; Cum scilicet amantissimus Pater abeuntis filii humeris inhærens per lacrymas ne se afflictum relinqueret obsecratus est. Inter Dei quippe, et naturæ voces tam durum conflictum ipse substinuit, ut præ resistentiæ vi totis contremuisse artubus suo inde familiari retulerit. Sed Dei amor ejus in Parentem amorem vicit; quemadmodum in vitæ commentariolo, et *Sum. num.* 9. *per tot.* satis aperteque constat. Nobile est hoc Dei dilectionis argumentum, uti observat Bened. XIV. *lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 24. ibi = *S. Hieronymus in Epitaph. Paulæ ad Eustoeh.* (*col.* 688. *oper. tom.* 1.) *describens ejus discessum ab Urbe, ut ad visitanda loca sacra Bethlemitica accederet, DILECTIONIS DEI SUPER OMNIA NOBILE suppeditat EXEMPLUM* = *Descendit ad portum, fratre, cognatis, affinibus, & quod his majus est, liberis prosequentibus, & clementissimam Matrem pietate vincere*

eu-

cupientibus &c. Et tamen illa fixos tendebat ad Cœlum oculos, pietatem in filios pietate in Deum superans; Nesciebat se Matrem, ut Christi probaret Ancillam &c. Inter hostium manus, & captivitatis duram necessitatem, nihil erudelius est, quam parentes a liberis separari. Hoc contra jura naturæ plena Fides patiebatur, imo gaudens animus apetebat, & amorem filiorum majore in Deum amore contemnens, in sola Eustochio, quæ et propositi, & navigationis ejus comes erat, acquiesebat.

281 Sed modo præstat per reliquam illius vitæ seriem excurrere. Hæc enim crebros, continuosque Ven. Alphonsi in Deum amoris actus luculentissime præbet. Si porro animum parumper advertamus ad exactam illam Dei, Ecclesiæque mandatorum observantiam, qua jure meritoque cum Regio Vate dicere poterat (*psalm.* 118.) *Viam mandatorum tuorum cucurri cum dilatasti cor meum*, illius certe heroicæ Charitatis ardorem admiremur oportet. Ipsum enim non modo Dei mandatorum, sed et Evangelii Consiliorum, suique Instituti religiosum, severum, imo rigidissimum executorem Testes omnino omnes concordi voce deprædicant; *ut in Summ. num.* 22.

282 Ex heroica hujusmodi Dei mandatorum, et consiliorum observantia eximius ille manavit Alphonsi candor, puritasque vitæ, et dilecti sui vel in minimis offendendi metus, quo culpam timebat ubi etiam nulla erat, ut supra de *Fide* probavimus. Inde profecto eveniebat, ut præter exhomologesim in singulis sabathis ab eo fieri suetam, quotidie item per postremos præsertim annos conscientiæ expiationem reiteraret, et sacramentalem absolutionem exposceret.

283 Neque vero de angelica ejus puritate, vltæque innocentia a suæ vitæ ortu usque ad occasum integre, casteque servata ullus remanet dubitandi locus. SEPTEMquippeCONFESSARII formiter in causæ tabulis examinati sancte deponunt ex Ven. Viri confessionibus didicisse illum baptismalem stolam candidam Creatori suo reddidisse, in eoque apud sese confitente absolutionis materiam nunquam invenisse. Ita porro de facto proprio deponunt.

284 *Ex Proc. Apost. Nue.* XI. Testis V. S. D. Confessarius *Sum. num.* 17. *pag.* 388. §. 1. & 2. „ In tutte le sue Confessioni, che a me si fece *NEGLI* „ *ULTIMI ANNI* di sua vita, non si accusò mai *NE DI PECCATO* „ *VENIALE VOLONTARIO*, *NE DI DIFETTI*, ma tutte le sue „ Confessioni erano di meri scrupoli.

XXXV. Testis V. S. D. Confessarius *Sum. pag. cit.* §. 3. „ Si nella puerizia, „ nell' adolescenza, e nello stato Ecclesiastico, di Missionario, e di Ve„ scovo menò sempre la sua vita morigeratissima *CONSERVANDO* „ *SEMPRE LA BATTESIMALE INNOCENZA* & §. 4. „ Aven„ dosi *MANTENUTA NELL' ANIMA QUELLA GRAZIA*, „ *CHE RICEVE' NEL S. BATTESIMO*, e questo lo sò di certa „ scienza, *AVENDOLI FATTA LA CONFESSIONE GENE„ RALE*, ed avere trovato che il V. Servo di Dio *NON AVEVA* „ *MAI COMMESSO PECCATI MORTALI* „.

XXXVII. Testis V. S. D. Confessarius Ordinarius *Sum. cit. pag.* 388. §. 5. „ Sò „ per causa di scienza per le confessioni sue da me per tanti anni udite, „ *DI NON AVER MAI IL SERVO DI DIO MACCHIATA* „ *LA SUA STOLA BATTESIMALE*, non solo con peccato grave, „ ma ancora con qualche peccato veniale deliberato, e volontario = & „ *pag.* 389. §. 7. = Depongo per causa scientiæ che dalle sue *CONFES-*

SIO-

„ *SIONI TANTO PARTICOLARI, QUANTO GENERALI* a me
„ fatte *DI NON AVERE MAI OFFESO DIO GRAVEMENTE,*
„ *NE VENIALMENTE VOLONTARIO IN TUTTO IL TEM-*
„ *PO DELLA SUA VITA SINO ALLA SUA PREZIOSA MOR-*
„ *TE* „.

XLIV. Testis V. S. D, Secretarius, et Confessarius *Sum. cit. pag.* 389. §. 8. „ Hò ascoltato le Confessioni del Ven. Servo di Dio per tutto quello spa-
„ zio, che lo servii da Segretario ogni Sabato etc. *&* §. 9. = Per lo spazio
„ di anni undici, che ho inteso le Confessioni del V. Servo di Dio nel
„ tempo del suo Vescovado *MAI IN ESSE HO TROVATO UNA*
„ *MATERIA GRAVE NELLA SUA COSCIENZA PER L'AS-*
„ *SOLUZIONE* „.

Ex Proc. *Ord. Nue.* II. Testis V. S. D. Director, et Confessarius *Sum. pag.* 390. §. 11. „ Mi ricordo d' essersi a me tavolta confessato, giacchè at-
„ tesa la sua *INNOCENTISSIMA VITA* poteva dirsi, che quasi tut-
„ ti l' Individui della Congregazione erano suoi Confessori etc. ed esegul
„ i loro ordini etc. colla solita *SUA COLOMBINA INNOCENZA*.

VII. Testis postremus V. S. D. Confessarius *Sum. cit. pag.* 390. *ante* §. 12. „ Questo stesso divino suo amore fece conoscerlo nell' *INNOCENZA*
„ *BATTESIMALE*. Io ho confessato alle volte il Servo di Dio, e l'ul-
„ tima volta fu *TRE GIORNI PRIMA DELLA SUA ULTIMA*
„ *INFERMITA'; NE IN TUTTE LE VOLTE, CHE INTESI*
„ *LE SUE CONFESSIONI TROVAI MATERIA DI ASSOLU-*
„ *ZIONE* „.

Ex Proc. *Ord. S. Agathæ* L. Testis V.S.D. Confessarius, et Secretarius *Sum. cit. pag.* 390. §. 14. „ Per averlo io più volte confessato mi costa di certa
„ scienza avere il Servo di Dio *CONSERVATA SEMPRE PURA,*
„ *ED ILLIBATA LA STOLA DELL' INNOCENZA . . . IO*
„ *NON TROVAVA MAI IN ESSO MATERIA NEPPURE SUF-*
„ *FICIENTE DI ASSOLUZIONE*, eppure voleva egli confessando-
si secondo il suo solito ogni otto giorni l' assoluzione „.

Id item deponunt alii Testes de auditu immediato ab ipsismet Confessariis *in cit. Sum. num.* 17. *per tot.*

285 Loculentissimæ Confessariorum attestationes V. Alphonsi innocentiam tam apprime comprobant, ut nil supra possit; juxta Bened. XIV. *lib.* 3. *cap.* 39. *num.* 11. cum eoque Card. Gottum *Theolog. Tom.* 3. *in primam secundæ partis dub.* 10. *quæst.* 1. §. 2. *num.* 17., *& seq.* Et Rotæ AA. in Relat. causæ S. Aloysii Gonzagæ citarunt, imo maxime commendarunt Cardinalis Bellarmini elogium hisce conceptum verbis = *Beatus Aloysius mandatis Dei, & Ecclesiæ toto vitæ tempore ita exacte paruit, ut judicio Confessariorum, qui ejus generales Confessiones audiverunt, quorum unus ego cum, nullum lethale crimen admiserit, atque per hoc nullum præceptum violaverit*.

286 Jam vero si juxta Apostoli sententiam: *Finis præcepti est Charitas de corde puro, & conscientia bona* 1. *ad Timoth.* c 1. v. 5., quis Ven. Alphonsum Christianæ perfectionis omnem implevisse legem ibit inficias? Imo vero hoc ipsum tantum, tamque magnum eximiæ sanctimoniæ decus ferventissimam plane, et heroicam in Deum Charitatem ostendit, uti tradit Card. de Lauræa *disput.* 42. *art.* 11. *num.* 310. verbis hisce: = *Qui neque in minimo vult Deo displicere, & omni conatu curat conscientiæ puritatem etiam in levibus servare, hic* HEROICA CHARITATE PRÆDITUS *certissime existimatur*, et Matthæuccius in sua *praet.*

tit.

tit. 2. *cap.* 2. §. 3. *num.* 11. *&* 13. ibi = *Vitia omnia Charitas heroica fugit etiam in minimo, ac peccata quoque ex perfecta deliberatione venialia, Deo adjuvante vitat &c. certissime proinde evincitur HEROICA CHARITATE PRÆDITUS, qui neque in minimo vult deliberate Deo displicere, ac ita est de morum integritate, ac conscientiæ puritate sollicitus, ut ea quantum puro homini ex viribus gratiæ liceat, servare studeat, Idque confirmat num.* 33.

287 Divino fervens amore ad altissimum illum mistiæ unionis gradum pervenit ut Deum mente ubique præsentem haberet, intime semper oraret, toto denique corde, totaque anima diligeret. Quamobrem Apostolico munere fungens, licet per vias, per compita, perque oppida inter sæculi strepitum incederet, numquam tamen a divina præsentia, divinaque unione sese avelli patiebatur. Deum quippe in creatis omnibus rebus præsentem intuebatur, ac nihil tam leve, et exiguum illius se aspectui obiiciebat, quin continuo in eo ipso Dei majestatem, sapientiam, bonitatem, aut aliud divinitatis attributum contemplaretur, unde amoris in Deum argumenta depromeret. Aperto proinde capite, vel ipsa rigente hyeme, oculisque humo fixis semper incedebat, ita ut intuentes eum altissima mentis cogitatione cum Deo intime unitum facile agnoscerent. = *Ex Proc. Apost. Nuc.* VI. Testis de visu *per postremos annos* 12. *Sum. pag.* 343. §. 36. IX. Testis de prop. scient. *Sum. pag.* 346. §. 54. XI. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exper. *Sum. pag.* 346. §. 56. 57. XII. Testis V.S. D. CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 346. §. 60. XXVIII. Testis *V. S. D. Socius* de prop. exp. *Sum. pag.* 348. §. 71., *& seq.* XXXV. Testis V.S.D. CONFES. de fact prop. *Sum pag.* 355. §. 134. *&* 135. XXXVII. Testis V.S. D CONFES. ORDINARIUS de prop. exp. *Sum. pag.* 358. §. 160. *ad* 162. *&* §. 166. *&* 167. XXXVIII. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 362. §. 204., *& pag.* 363. §. 205. XLIV. Testis V.S.D. SECRET. ET CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 366. §. 232. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 368 §. 248. IV. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 374 § 298. *ad* 300., *& pag.* 375. §. 303. *& seq.* XIII. Testis de visu *Sum. pag.* 376. §. 316., *& seq.* XIV. Testis de visu *Sum. pag.* 377. §. 324. XVI. Testis de visu *Sum. pag.* 378. §. 328. XXI. V.S D. CONFES. de visu *Sum. pag* 378. § 333. XXV. Testis V. S. D. Famulus de visu *Sum. pag* 379. § 341. XXXVI. Testis de visu *Summ. pag.* 380 §. 353. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis V. S. D. *Director* de visu *Summ. pag.* 380. §. 354., *& pag.* 381. § 362. *& seq. ad* 365. XI. Testis de visu *Summ. pag.* 384. § 392. = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* XV. Testis de visu *Sum. pag.* 385. §. 398 *&* 400. XXIII. Testis de visu *Sum. pag.* 386. §. 405. *ad* 407. L. Testis V. S. D. SECRET., ET CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 387. § 405. *ad* 407.

288 Hæc autem continua, et numquam interrupta Dei præsentia, sicut perfectissimam unionem, ita et exeellentissimam charitatem aperte luculenterque demonstrant. Quamobrem Rotæ Auditores in Relat. causæ S. Petri de Aleantara *tit. de Charit.* hæc habent, „ *Idem desumitur ex mente intenta, quam perseveranter in Deum habuit, ut fere numquam ab illius præsentia, & Divina consideratione, & oratione recesserit ad instar ardenter amantium, qui die noctuque de persona dilecta fideliter intenteque cogitant; quod in isto Servo Dei evenisse probant Testes &c. quod inter alia signa bene demonstravit, quando per tres annos continuos semper incessit oculis clausis, ne videret occasionem offendendi Deum, & distrahendi se ab illius præsentia* „. Quæ quidem continua cum Deo unio Beatorum unioni quodamodo similis est, ac dile-

cti

eti anticipata fruitio ; uti docet S. Bonaventura Proc. 17. Relig. ibi = *Hæc est hominis in hac vita sublimior perfectio, ita uniri Deo, ut tota Anima cum omnibus potentiis suis, et viribus in Deum collecta, unus spiritus fiat cum Deo, ut nihil meminerit nisi Deum, & omnes affectus in amoris gaudio uniti in sola Conditoris fruitione suaviter quiescant* =. atque idem S. Bonaventura scribit de S. Francisco in ejus vita cap. 10. *Ne foret absque consolatione dilecti, sine intermissione orani spiritum Deo contendebat exhibere præsentem.*

289 Si dilecto suo tam firmiter adhærebat Alphonsus ut numquam mente ab illius præsentia recederet, nil mirum si cuncta ejus verba nonnisi Deum redolebant, nonnisi Deum sapiebant. Omnia enim ejus verba hunc spirabant amorem, quo ad divinam bonitatem cognoscendam, diligendamque inflammare omnes voluisset. Si item in pomeridiano temporis spatio ad recreandum animum dato eum suis versaretur, tam industrie divinos sermones inserebat, ut sodales se magis Dei amoris igne ferventes ab ea recreatione, quam a profunda cælesti commentatione discedere fuisse solitos jurisjurandi religione deponant. Aliquando etiam ad recreandum suorum animum cymbalum tinniens sacras modulabatur cantiunculas amantis animæ æternam dilecti sui fruitionem suspirantis, quibus adstantes cælesti dulcedine demulcebat. Divinos autem sermones instituens præ amoris ardore rubicundum colorem induebat, sæpiusque præ dilectionis dulcedine a lacrymis temperare nequibat. Si ab aliis divinos sermones audiret subitis motibus quatiebatur, oreque pallescens extra sensus rapi videbatur. Hinc otii quietisque impatiens aliquid semper ad divinæ gloriæ incrementum, vel agebat, vel moliebatur, omnesque omnino actiones ad Deum dirigebat, ita ut V. Alphonsum nonnisi Dei gloriam semper mente revolvere in adagium abiret. Divini autem amoris igne, quo ipse intus ardebat foris aliis communicabat, ut = *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis de visu per postremos annos 25. *pag.* 340. §. 5., & *pag.* 341. §. 17. VI. Testis de prop. exp. per postremos annos 12. *Sum. pag.* 343. §. 37., & *pag.* 344. §. 38. & 39., & 43. IX. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 346 §. 52. & *seq.* XI. Testis V. S.D. CONFES. et prop. exp. *Sum. pag.* 347. §. 61., & 66. XXVIII. Testis V. S.D. Socius de prop. exper. *Sum. pag.* 348. §. 73. *ad* 76., & *pag.* 350. § 88. XXXIII. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 354. §. 128 XXXV. Testis V.S.D. CONFES. de fact. prop. *Sum. pag.* 355. §. 136. & *seq.* XXXVII. Testis V.S.D. CONFES. *Ord.* de prop. exp. *Summ. pag.* 359. §. 154., & *seq.*, & *pag.* 361. §. 193. XLIV. Testis V.S.D. SECRET. ET CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 366. §. 231. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de prop. exp *Sum. pag.* 368. §. 249. & *seq.* III. Testis de prop. exper. *Sum. pag.* 372. §. 287., & *seq.* XIII. Testis de visu *Summ. pag* 376. §. 315. XVI. Testis de visu *Sum. pag.* 378. §. 329. & *seq.* XXXIV. Testis de prop. exp. *Summ. pag.* 379. §. 343. *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis V. S. D. *Director* de prop. exper. *Summ. pag.* 381. §. 366., & *pag.* 382. §. 367. XI. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 384. §. 390., & *seq.* = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* XV. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 385. §. 399. L. Test. V. S. D. CONFES., & *Secret.* de visu *Sum. pag.* 387. §. 408., & *seq.*

290 Hæc autem omnia perfectam, heroicamque monstrant Charitatem, uti præclare S. Laurentius Justinianus in ligno vitæ de charitate cap. 11. pag. 50 litt. B. = *Est & aliud signum, quo Dei Amator dignoscitur, sicut cum de Deo libenter loquitur; nam hic Amantium mos est, ut amorem suum silentio tegere nequeant, sed necessariis, & caris suis afferunt, & produnt,*

& flammas suas intra pectus cohibere non possunt; et loc. cit. = *Enarrant frequentius, ut ipsa assiduitate narrandi solatium amoris sui capiant, & refrigeria immensi ardoris assumant*, Cardinalis Bona *in princip. Vitæ Christianæ part. 2. cap. 46. in fin.*, *& in via compendii ad Deum cap. 7. §. 1. in fin.* ibi = *De illo, quem amat, semper cogitat homo, semper loquitur, semper ad ipsum adspirat*. Et Rotæ Auditores in Relat. Causæ S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis *tit. de Charit. in Deum* ibi = *Quidquid loquebatur, seu meditabatur dirigebat ad Deum* = tandem Bened. XIV. *lib. 3. cap. 23. n. 27. in fin.* testatur, quod in *Relatione S. Ignatii eximia Charitas erga Deum comprobata fuit primo &c. demum ex directione omnium cogitationum, et verborum, et operum in Deum tamquam ultimum finem*.

291 Quamquam divinus hic homo mentem suam in Dei, ac divinarum rerum cognitione defixam perpetuo haberet, statum tamen ac certum quotidie tempus seponebat, quod ereptum Apostolicis negociis meditationi, vocalique orationi tribueret, quod neque externa ulla occupatio, neque ulla curarum moles interciperet. Congregationi Præpositus vivendi hanc normam tenebat. Ut primum mane evigilasset flagris se flagellabat; dimidiam inde horam cum suis Alumnis cælestium contemplationi dabat. Horas item canonicas cum lisdem Sodalibus perquam devote persolvebat. His absolutis reliquum tempus asceticis, moralibus, et dogmaticis elucubrationibus ita dabat, ut per ignitas aspirationes in Christi, ejusque Matris Imagines ante se positas non tam literarum, quam orationis studio incumbere videretur. Ex abaco proinde surgens tanto Dei amore fervebat, ac si a Dei consortio discessisset. Per multam postmodum precem se sacro faciendo præparabat; eoque absoluto dimidiam horam, et ultra in agendis gratiis insumebat. A Sacro triclinium petebat, quo tenui cibo corpus, sacra lectione spiritum recrearet. A prandio post gratiarum actionem, remissionis gratia, vel divinos sermones cum Sodalibus instituebat, vel a tyronibus auditæ lectionis sensus expetebat. Post horæ quadrantem peracta ex odeo Sacramenti adoratione cubiculum secedebat, ibique integram horam partim in pio libro legendo, partim in cælestia meditando transigebat. Vesperarum inde, et Completorii pensu soluto studium postea tepetens illud ad dubiam usque lucem protrahebat. Sub vesperum se conferebat ad Sacramenti adorationem, communique meditationi in choro cum suis incumbebat. Matutino, et laudibus insequentis diei rite, devoteque recitatis ad studium se iterum colligebat. A cæna redditis Deo gratiis in templo cum suis tantisper conversatus postea cum iisdem diurnas actiones attento conscientiæ examine discutiebat, vocalesque statutas preces recitabat. Ceteris e choro discedentibus remanebat ipse, suoque exemplo item alii, quibuscum Rosarii decades, stationum Christi passi visitationem, aliasque peculiares preces ingeminabat. Ne dormientibus ceteris gressu aliquantisper obstreperet, nonnisi detractis crepidis suspensoque pede cubiculum repetebat. In placido noctis silentio, rimantibus ex industria sociis, se cruenta flagellatione cedere fuisse solitum compertum est, donec urgente somno, quinquenas quietis horas super durum stramen fesso corpori daret.

292 Præter juge hoc, et quotidianum hujusmodi precandi studium in externum quoque secessum, sacramque solitudinem per diem unum in singulo mense, per decem in anno, necnon in Christi Passionis triduo se recipiebat. Per id tempus curis depositis omnibus, ac rigidiore instituto silentio se totum æternorum commentationi, suique flagellationibus dabat.

Pa-

293 Pastorali autem onere sibi imposito intet ipsas pastorales curas, Ecclesiæque sollicitudinem a sueta orandi consuetudine ne hilum quidem discessit. Nam summo mane e strato surgens semet ipsum divinæ Justitiæ holocaustum pro Populi peccatis offerens erudeli flagellatione eruentabat. Inde cum suo socio Antonio Romito cælestia commentabatur. Persolutis canonicis horis tum scribens, tum audiens Dei gloriæ, Gregisque saluti incumbebat. Nemo fere ad eum accedebat, quin ille non aliquo charitatis stimulo percitum, atque commotum ab se dimitteret. Verba enim ejus divinum spirabant amorem, ac telorum instar cordium intima penetrabant. Quotidie summo fervore sacrum faciebat, multusque erat in gratiis agendis. Mensam sacra lectione condiebat; ac nonnisi ad devoti libri lectionem tantisper quieti indulgebat. Post dimidiam horam sacram lectionem reiterabat, iterumque mentaliter orabat. Pomeridianis horis Cathedralem per secretum aditum solus petebat. Reliquo tempore studio dato, inclinata jam die ad Augustissimum Sacramentum publice adorandum templum cum Populo conveniebat. Si vero spatiaretur curru, vel sacram lectionem audiebat, vel Rosarium recitabat. Quoquo vespere ad commentandum, Rosarii decades recitandas, excutiendamque conscientiam familiares suos, hospitesque si aderant, secum congregabat, Ad cænam, a qua fere semper abstinuit, cænantibus aliis ipse legebat. Cubatum iturus se dire in cubiculo plectebat, ac noonisi in devotum librum deflexo capite, perbrevem somnum carpebat.

294 Eamdem quoque vitæ rationem devexa jam ætate ad suos reversus constantissime retinuit. Licet enim sibi ad communes actus convenire moderator pro imperio vetasset, eos tamen religiose privatim ad obitum usque servavit. Ut primum mane vigilabat divina meditabatur. Ferventi inde, diuturnaque prece ad sacrum se præparabat, remque divinam fervido animi sensu operabatur. Ad celebrandum morbo impar quotidie infra Missam in suo Oratorio celebratam sacra sinaxi reficiebatur. Alteri postea Missæ devotus intererat, in qua dilecto suo gratias agebat. In persolvendis canonicis horis defixa in Deum mente, oculisque psalmorum sensus contemplabatur. A medicis spatiari jussus dum curru veheretur vocalibus precibus cum socio vacabat. Domum reversus ad Altaris Sacramentum diu manebat immobilis, ac orans fervescebat adeo, ut ignito vultu extra sensus raperetur. Licet autem valitudine, ac viribus fractus, modum tamen laboribus nullum indulgens ad Dei gloriam, et animarum salutem promovendam ab assuetis elucubrationibus in ipsa inclioata ætate nunqnam cessavit. Pomeridianis horis sacræ lectioni, ac meditationi de more operam dabat. Templum inde repetens adeo dilecto suo adhærebat, ut non nisi præcepto ab eo divelleretur. Domo ex obedientia tantisper egressus, sub vesperum ad templum iterum revertebatur quo Sacramentum adoraret. Adveniente nocte in cubiculo seeedens in alta æternorum meditatione diu cum socio persistebat, cum eoque vocales preces ex Instituto recitabat.

295 Extremis vitæ annis ferme quatuor ob decrepitam ætatem fractas morbo vires, diuturnosque labores ad templum petendum impar tota die orationi vacabat, Per octo enim, ac decem horas ex odeo Altaris Sacramentum adorabat, ab eoque, nisi per vim recedebat. Lectulo tandem, vel sedi defixus voçales preces continenter ingeminabat, vel devoti alicujus libri, quem sibi alta voce perlegi volebat, pios sensus prosequens totam diem in cælesti contemplatione, ignitisque jaculatoriis transigebat. Inter alias vero ea magis precatiuncula utebatur, qua Deo pro amoris mercede

amorem postulabat, uti deponunt in *Proc. Apost. Nuc.* V. Testis de visu *per annos* 25. *Sum. pag.* 340. §. 3. & 4., & §. 6., & *pag.* 341. §. 8. *ad* 20., & *pag.* 342. §. 21. *ad* 29. VI. Testis de visu *Sum. pag.* 343. §. 36., & *pag.* 344. §. 40. & *pag.* 344. §. 44. & 45., *pag.* 345. §. 46., & 47. XXVIII. V. S. D. *Socius* de prop. exper. *Sum. pag.* 348. §. 78., & *pag.* 349. §. 79. *ad* 87., & *pag.* 350. §. 90. *ad* 98., & *pag.* 351. *per tot.*, & *pag.* 352. *per tot.*, & *pag.* 353. §. 118., & *seq.* XXX. Testis de visu *Sum. pag.* 353. §. 125., & *pag.* 354. §. 126. XXXIII. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 354. §. 130. XXXV. Testis V. S. D. CONFESS. de prop. exp. *Sum. pag.* 356. §. 137.; & 141., & *pag.* 356. §. 142. *ad* 150., & *pag.* 357. §. 152., & *seq.* XXXVII. Testis V. S. D. CONFES. *Ord.* de prop. scien. *Sum. pag.* 358. §. 163., & *pag.* 359. §. 178., & *seq.*, & *pag.* 360. §. 181. *ad* 186., *pag.* 361. §. 187. *ad* 192., & 194. *ad* 196., & *pag.* 362. §. 197. *ad* 200. XXXVIII. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 363. §. 206. *ad* 210., & 212., *pag.* 364. *per tot.*, & *pag.* 365. *per tot.*, & *pag.* 366. §. 228., & *seqq.* XLIV. Testis V. S. D. *Secret.*, & CONFES. de prop. exper. *Sum. pag.* 366. §. 233., & *pag.* 367. §. 236., & *seq.*, & *pag.* 368. §. 245. & *seq.* *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de prop. exper. *Sum. pag.* 368. §. 256. & *pag.* 359. §. 257., *et seq.*, *et pag.* 370. §. 267. *ad* 271. III. Testis de visu *Sum. pag.* 372. § 282., & *seq.*, & *pag.* 373. §. 289. *ad* 296., & *pag.* 374. §. 297. IV. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 375. §. 305. *ad* 308. XIII. Testis de visu *Sum. pag.* 376. §. 318. *ad* 323. XIV. Testis de visu *Sum. pag.* 377. §. 327. XXI. Testis V. S. D. CONFES. de visu *Sum. pag.* 378. §. 235. & *seq.* XXV. Testis V. S. D. Famulus de visu *Summ. pag.* 379. §. 342, & §. 345., & *seq.*, & *pag.* 380. §. 347. *ad* 349. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis V. S. D. *Director* de visu *Sum. pag.* 382. §. 373. *ad* 377. II. Testis V. S. D. *Director*, & CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 383. §. 382. *ad plur.* XI. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 384. §. 395. = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* XV. Testis de visu *Sum. pag.* 386. §. 404. XXIII. Testis de visu *Sum. pag.* 386. §. 407. L. Testis *V. S. D. Secret.*, & CONFES. de prop. exp. *Summ. pag.* 378. §. 404.

296 Quid porro istud est, nisi *magni amoris magnum indicium*, ut præclare inquit S. Chrysostomus *cap.* 11. *homil.* 26. *in act. Apost.* S. Thomas 2. 2. *quæst.* 83. *art.* 15. *in corp.* ibi = *Procedit Oratio a Charitate* = et Card. Bona *in via compend. ad Deum cap.* 7. §. 8. = *Omnis fructus, & finis orationis ex sententia Bonaventuræ, est Deo adhærere, & unum cum eo spiritum fieri per liquefactionem purissimi amoris* = Disertissime vero ad demonstrandam *heroicam erga Deum Charitatem* Matthæuce. *in sua sæpe cit. pract. tit.* 2. *cap.* 2. §. 3. *de SIGNIS HEROICÆ CHARITATIS IN DEUM num.* 22. ibi = *Septimum signum ex assiduo, & feruenti orationis tum vocalis tum mentalis studio inducitur. Etenim oratio ex Damasceno, est ascensus mentis in Deum, quatenus orans in Deum tendit per cognitionem, & amorem &c. QUI DEUM HEROICE DILIGIT, de eo, ejusque perfectionibus continuo loqui delectatur; quia juxta vulgatam regulam = Anima magis est, ubi amat, quam ubi animat*; Card. de Lauræa *in* 3. *sent. disput.* 32. *de virtut. heroic. art.* 11. *num.* 295. = *HEROICUM ESSE AMOREM, quando fervida Charitas incessanter quærit Deum in omni tempore de nocte, de die, in omni loco*, et Rotæ AA. in Causa S. Catharinæ de Riccis *de charit.* §. *Porro assidua* ibi = *Assiduæ fere cum Deo conversatio IN ORATIONE, ac precibus, quod NON POTUIT ESSE ABSQUE INGENTI CHARITATE IN IPSUM DEUM, secundum D. Thomam &c. quem assidue meditabatur*; iidem-

que

que docent præclarissimi viri in aliis plurimis, magnique momenti Relationibus, quas meminit, ac memorat Bened XIV. *lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 27.

297 Magis autem, magisque illius orationis heroicitas ex raptibus, et extasibus apparet, quibus inter orandum ditabatur. Non hic publicas eas repeto extases, quibus Foggiæ, Amalphi, et Argentii Mariæ laudes exponens universo Populo, vel subita oborta luce splendescere, vel ad plures cubitos in aerem ferri visus est: Ad quotidianam ejus vitæ rationem contracta historia illud a testibus acceptum refero, quod is cum oraret, hærebat immobilis statuæ simillimus, ac nonnisi vehementer excussus ad sensus revocabatur. Divinos sermones inaudiens, vel ad sacramentum orans, vel sacrum faciens in ultima etiam senectute angelico raptus affectu insolitis quatiebatur motibus, vel igniti carbonis instar vultu, manibusque coruscabat, vel solum se sine arbitris ratus ex imo corde suaves gemitus, ac veluti amantis suspiria trahebat, dulcesque voces emittebat. Per postremos vitæ annos Confessarium suum P. Petrum Volpicelli sæpius in die rogare solebat ut sese ad eliciendum divini amoris actum opitularetur. Mos ei gerens vix formulæ is dabat initium, ac Alphonsus eam repetens subitis tantisque motibus corpore quatiebatur, ut ille ne offenderetur loco se movere cogeretur. Pluries eum ad sacram Eucharistiam orantem, aut Crucifixum contemplantem, aut Deiparam intuentem, divini amoris impetu ejus corporis sarcina elevante, in aerem sublatum, pluribusque cubitis e solo sublimem demiratos fuisse oculati Testes publicis in tabulis retulere. Accidit etiam olim per Quintilem mensem Neapoli in Cœnobio Ordinis Prædicatorum, ut Alphonsum cælesti contemplationi defixum, ac in Deum immobiliter raptum, nec urentis solis radii, nec molestum muscarum examen excitare, et ad sensus revocare potuissent = *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis de visu perpostremos annos 25., et de auditu a viden. *Sum. pag.* 343 § 30. ad 35. VIII. Testis de visu *Sum. pag.* 345. §. 48. *& seq.*, et de auditu a viden. *cit. pag.* 345. §. 51. IX. Testis de visu *Sum. pag.* 346. §. 55. XXVIII. Testis V. S. D. *Socius* de visu *Sum. pag.* 349. §. 82., *& pag.* 353. §. 120. XXXV. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exp. per postremos vitæ annos *Sum. pag.* 355. §. 133., et de visu *Sum. pag.* 357. §. 158., *& seq.* = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de visu, et audit. a viden. *Sum. pag.* 370. §. 272. ad 274., *& pag.* 371 § 275. ad 280. *& pag.* 372. §. 281. XXI. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exp. *Summ. pag.* 378. §. 336. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis V.S.D. *Director* de prop. scien. *Sum. pag.* 383. §. 380.

298 Quemadmodum vero materialis ignis sursum naturaliter tendens terræ inhærere non potest, ita in Deum charitas, quæ ignis exurens est amantem animam retrahens a terra attrahit ad Cœlum. Unde perbelle scribit S. Dionysius de *Divin. nomin. cap.* 4. = *Extasim facit amor.* Raptus autem, et extases Divinæ esse Charitatis Indicium docet *Corncl. a Lapid. Epist. ad Galat. num.* 20. *pag.* 428. *col.* 2. *pag.* 429. *col.* 2. *per tot.* Scacc. de not., et sign. sanct. *Sect.* 8. *cap.* 3. *pag.* 609. Card. de Lauræa *in* 3. *Sent. tom.* 2. *disput.* 32. *art.* 11. et probant Auditores Rotæ in Relat. S. Catharinæ Ricciæ *tit. de Charit. in Deum sub init.* S. Petri Regalati eod. *tit. sub* §. *ejusdem* S. Petri de Alcantara *part.* 2. *art.* 6. S. Philippi Nerii *part.* 2. *tit. de charit. in Deum* S. Theresiæ *eod. tit.* §. 6. Et merito quidem, Nam *Deus cum sit immensæ bonitatis, & pulchritudinis trahit voluntatem ad amorem sui, quemadmodum acus tacta magnetis vitam, ut ita dicam, ac sensum adepta, huc illuc circumvolvitur, nec quiescit, donec ad polum se convertat; ita anima Divini amoris contactu a vinculis carnis soluta, & a sensuum com-*

commercio liberaturum rapitur ad unionem cum summo Bono, veluti ex S. Francisco Salesio *in tract. de amor. Dei lib. 7. cap. 4.* inquit Card. Bona *de discret. spirit. cap. 14. num. 4. pag. 287.*

299 Præter frequentes hujusmodi extases præclarissimum illud erat sui in Deum amoris indicium, ut Spiritus Sancti flammas in ejus corde habitualiter accensas exterius erumpens, velut alter Philippus Nerius inter ipsam rigentem hyemem supernaturali extuaret ardore, ac licet nonagenarius, morboque exanguis ne leves quidem pannos ferre pateretur. Imo vero per diem ignem foris erumpentem ingesta in frontem aqua refrigerare identidem cogeretur, ceu aperte testantur contubernales illi Testes, qui ipsi familiariter famulabantur, scilicet in *Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Famulus de fact. prop. *Sum. pag. 343. §. 32.* = et XXVIII. Testis *V. S. D. Socius* de facto prop. *Sum. pag. 353. §. 121.* = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* XXI. Testis *Sum. pag. 378 §. 337.*

300 Id vero heroicæ illius in Deum Charitatis argumento esse neminem arbitror, qui non intelligat; ac docet S. Laurentius Justinianus in *ligno vitæ de Charit. cap. 11.* = nec non sa. me. Urbanus VIII. in Bull. Canoniz. S. Philippi Nerii apud Fontanin. *edit. 85. §. Ut autem* ibi = *Is fuit in primis Charitate in Deum admirabili, ut internus ille ignis nonnunquam redundaret in corpus*. Idque etiam ad probandam Charitatem *S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis, ac S. Francisci Xaverii* extulerunt Summi Pontifices in Bullis *eorumd. Canoniz.* apud *cit. Fontanin. Constit. 87., & 91.*

301 Vivus idem Charitatis ignis quo Alphonsi cor æstuabat foris etiam erumpebat in quotidiana sacri celebratione, quemadmodum latius de *Fide* disserentes exposuimus. Hinc illum unum hic repetere juvat singularem fervorem quo sacra operabatur, aliaque divina Charitatis Charismata parumper advertere, quæ sactam comitabantur actionem. Ac primo quidem ex actis constat V. Alphonsum ad sacrificium frequenti exhomologesi, necnon diuturnis, fervidisque precibus se præparare, ac singulas diei actiones huc dirigere consuevisse. Nullo autem licet Apostolico labore, nullaque valetudinis tuendæ causa, quoad potuit, a Missæ celebratione unquam abstinuit. Nam arthritidis licet correptus doloribus, obstipoque collo a divina facienda re non cessavit. In ultima tandem senectute ad sacrificandum impar in Cœna Domini Sacrum Christi Corpus de quotidiano more sumebat; quodque in crastinum cælesti illo pabulo Ecclesiæ ritu orbandus foret tanto afficiebatur dolore, ut in ardentem febrim incidere solitus esset, a qua non obstante venæ incisione, nonnisi in sabatho sancto post sumptum Christi Corpus mirabiliter levabatur. Inter sacrum vero vel privatim, vel Pontificio ritu faciendum præ amoris dulcedine uberrimis, tenerisque lacrymis perfundebatur quibus adstantes ipsi a fletu temperare nequibant. Gravis annis, ac morborum phalange natura immobilis, alieno inixus fulcro inter sacram actionem genua, gravis instar oneris tanta religione flectebat, ut suppedaneum reboaret. Illud vero mirabilius, quod licet ipse ad genuflectendum ante consecrationem aliena ope indigeret, post consecrationem agilis evadebat adeo ut per sese, valens veluti adolescens, ad humum usque genuflecteret. Peracto sacro divinus ignis ex ejus vultu scintillabat. Sæpius tandem ceu ante narravimus inter sacrificandum e solo sublimis, et in aerem elevatus visus est; ceu probatum legitur *in Sum. num. 12. de Sacr. Devotione*, et repetunt Testes = *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis de visu *per postremos annos 25. Sum. pag. 340. §. 7. & pag. 343. §. 30., 33., & 34.* VI. Testis de visu per postremos annos 12. *Sum. pag. 344. §. 41. & 42.* XXVIII. Testis V. S. D. Socius de prop. exp. *Sum. pag. 349. §. 82., & pag. 353. §. 120.* XXXV. Te-

Testis V. S. D. CONFES. de visu *Summ. pag.*357. §. 156. XXXVII. Testis V. S. D. CONFES. *Ord.* de prop. exp. *Sum. pag.* 360. §. 180. XXXVIII. Testis de prop. exp. *Sum. pag.*363.§.211. XLIV. Testis V. S. D. SECRET. ET CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 367. §. 239. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de prop. exp. *Summ. pag.* 369 §. 261. III. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 373 §: 292. IV. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 375. §. 308. ad 311. XIII. Testis V. S.D. CONFES. de visu *Sum.pag.*378.§.334. *ExProc. Ord. Nuc.* I. Testis *V.S.D. Director* de visu *Sum. pag.*383.§ 379. XI. Testis de visu *Sum. pag.*385. §. 396.

302 Ex miro autem, ac plane heroico devotionis fervore in quotidiana Missæ celebratione, ex uberrimo lacrymarum imbre, quo inter sacrum perfundebatur, ex diuturna demum præparatione, et gratiarum actione præclarissimum effulget heroicæ In Deum Charitatis indicium, quemadmodum notat Matta *de Canoniz. SS. part.* 2. *cap.* 15. *num* 72. ibi = *Quartum* (heroicæ Charitatis) *indicium est quotidiana Missæ celebratio, & frequens Sacramenti Eucharistiæ perceptio, cum proprius effectus hujus Sacramenti sit conversionis hominis in Christum.* D Thom. *in* 4.*dist.*12. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in eo. Joann.* 6. 57., *unde cum gratiam conferat, peccata venialia delendo, & spiritualiter reficiendo, ut notant D. Antonin. in Sum. part.* 3. *tit.* 14. §. 2., *& omnes Summistæ de materia tractantes, per necessie qui quotidie carnem Christi manducat, semper est in gratia, cum Deo sit intime unitus*:ac propterea ad supradicta verba *Joan.*6.57.D.Thom. *part.* 3. *quæst.* 75. *art.* 1 *in corp.* ait ibi = *Hoc Sacramentum est maximæ Charitatis signum*, veluti etiam ponderarunt Auditores Rotæ *in Relationibus Causarum* S.Caroli Borromæi *part.*2.*art.*15.§.*Ad spiritus*; S. Andreæ Avellini *cap.*5.§.*Denique*, et S. Catharinæ Ricciæ *tit. de Charitate* § *Quarto*; et notavit sa. me Urbanus VIII. de S. Philippo Nerio *in ejus Bulla Canoniz. apud Fontanin. Constit.* 85 §. *Perpetuo* = quod = *inter celebrandum feroidus ligneum altaris gradum quodam exultationis tremore concutiebat.*

303 Ex hocce devotionis sensu erga SS. Christi Corpus incensus Alphonsi amor, ac dilectio in dulcissimum Cor Jesu manavit, utpote immensæ illius in homines Charitatis symbolum. Quamobrem omnes ad hanc recolendam charitatem verbo, scriptoque inflammavit. Ad id item *SS. Cordis Jesu* festi institutionem docte, accerrimeque defendit, promulgavit, suisque sodalibus promulgationem indixit, ut fusius in *vitæ comment.* et *Ex Proc. Apost.Nuc.* V. Testis de fact. prop. *Sum. pag.* 261.§.14. XXVIII. Testis de visu *Sum. pag.* 268. § 76. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* XIV. Testis de visu *Sum. pag.* 276 §. 139. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis de visu *Sum.pag.* 279.§.160. = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* XXVII. Testis de prop. scien. *Sum. pag.*283. §.183. Quale profecto erit heroicæ in Deum Charitatis argumentum si hoc non est? Nam per SS. Cordis Jesu symbolum ad ejus recolendum amorem excitamur, ad ipsum redamandum inflammamur, ceu canit Ecclesia = *Te vulneratum Charitas ictu patenti voluit; amoris invisibilis ut veneremur vulnera = Quis non amantem redamet? Quis non redemptus diligat, & corde in ictu eligat æterna tabernacula?*

304 At quoniam *qui perfecte amat nolit solus amare, solus magnificare, solus amplecti*,uti observat Augustinus *Conc.*2. *in Psalm.*33. sic Ven. Alphonsus peccata omnia ita aversabatur, ut non aliud in terris malum se videre, ac cognoscere affirmaret, nisi divinam offensam. Infinitus propemodum

sem, si ejus labores ab ipsa adolescentia ad obitum usque protractos, si apostolica itinera, si indefessam ejus sollecitudinem ad divinas impediendas offensas enumerando persequi vellem. Nam ipse velut alter Paulus = *Circuivit non simplici labore, veluti in vacuum itinera percurrens sed peccatorum spinas pariter evellens, & verbum seminans ubique pietatis*; ceu scribit S. Chrysost. *homil. 1. de laud. D. Pauli*. Tota enim vita in impediendis divinis offensis per conciones, per sacramentales confessiones, perque privata colloquia jugem assiduam, et indefessam navavit operam; In Missionibus vero habendis, publicisque concionibus tum Presbyter, tum Episcopus unam Dei gloriam respiciens non sublimitate sermonis utebatur, quam imo procul odit, et arcuit, suisque prohibuit, sed Apostolico zelo vitia veluti sui dilecti offensas insectabatur, easque de medio tollere totis viribus enitebatur. Quemadmodum fusius *de Charit. in Proximum* narrandum est, et patet ex *Sum. num. 18. per tot.*

305 Si autem ex eo præsertim perfectionem, amicitiam, amoremque cognoscimus, quod amicus omnem lapidem moveat, nulloque terreatur labore, dummodo quod amico contrarium est penitus removeat, repellat, avertat; apprime patet, quanto ferventiore zelo divinas offensas insectabatur Alphonsus, eo majorem, eoque perfectiorem fuisse illius amorem in Deum. Non nisi enim singularis, et heroici in ipsum amoris intensio ingentem illius zelum inflamavit, quo Apostoli monitum secutus ad Thimot. 4. = *Insta opportune, importune, argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina*, omne id excludere sategit, quod suo dilecto contrarium videbat. *Intensus amor* (inquit S. Thom 1. 2. *quæst.* 28. *artic.* 4.) *quærit excludere quod sibi repugnat, & quanto fortior est amor, tanto fortius repellit omne contrarium, vel repugnans, quia scilicet amor amicitiæ quærit bonum amici; unde quando est intensus facit hominem moveri contra omne illud, quod repugnat bono amici, et secundum hoc aliquis dicitur zelare pro amico, quando si quæ dicuntur, vel fiant contra bonum amici, homo repellere studet, & per hunc etiam modum aliquis dicitur zelare pro Deo, quando ea, quæ fiunt contra honorem, vel voluntatem Dei, repellere secundum posse conatur*, secundum illud 3. Reg. = *Zelatus sum pro Domino exercituum* = et Joann. 2. *Zelus domus tuæ comedit me*.

306 Verum non modo Apostolicum Missionarii munus exercens divinas offensas impedire sategit Alphonsus, sed privatis item collocutionibus. Ea nimirum animi puritate, qua ipse vel leve peccatum, ejusque speciem horrebat, angebatur animo vehementer, et acerba quadam tristitia tabescebat ob illatas Deo per hominum scelera injurias. Sive ergo Episcopus, sive in sua Congregatione, ac etiam per postremos vitæ annos in eam maxime curam intendit, ut quoscumque alloqueretur mundi fugam, conscientiæ puritatem, conversionem ad Deum, ejusque amorem hortaretur, crebras item divini amoris aspirationes Sodalibus suis pro regula indixit. Quo vero absentes etiam, omnesque fideles ad Dei amorem accenderet aspirationum cathalogum edidit, ceu fuse = *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis de visu *per postremos annos* 25. *Sum. pag.* 341. §. 13. & 17. VI. Testis de visu per postremos annos 12. *Sum. pag.* 143. § 37. VII. Testis de facto proprio *Sum. pag.* 345. §. 50. IX. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 346. § 54. XI. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 346. §. 58., & *seq.*, & *pag.* 347. §. 66. XII. Testis de visu, et familiaritate V. S. D. *Sum. pag.* 347. §. 67., & *seq.* XXIV. Testis de prop. exper. *Sum. pag.* 348. §. 69. & *seq.* XXVIII. Testis V. S. D. Socius de prop. exp. *Sum. pag.* 348. §. 76.

§. 76. & 77. , & *pag.* 350. §. 39. *pag.* 351. §. 104. XXX. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 353. §. 122. ad 124. XXXIII. Testis de visu *Sum. pag.* 354. §. 127. ad 129. XXXV. Test. V. S. D. CONFES. de visu *Sum. pag.* 357. §. 151, & 154. XXXVII. Testis V. S. D. CONFES. *Ord.* de prop. scien. *Sum. pag.* 358. §. 164. & *seq.* , & §. 168. *pag.* 159. §. 169. *ad* 177. XXXVIII. Test. de prop. exper. *Sum. pag.* 362. §. 202. , & 203. XLIV. Testis V. S. D. *Secret.* , & CONFES. de prop. exper. *Sum. pag.* 366. §. 234. , & *seq.* = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 368. §. 250. *ad* 255. III. Test. de prop. scien. *Sum. pag.* 372. §. 284. , & *seq.* & *pag.* 373. §. 296. IV. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 374. §. 300. *ad* 302. , & *pag.* 376. §. 312. , & *seq.* XIV. Testis de visu *Sum. pag.* 377. §. 325 XXI. Testis V. S. D. CONFES. de visu *Sum. pag.* 378. §. 331. XXV. Testis V. S. D. Famulus de visu *Sum. pag.* 379. §. 340. XXXVI. Testis de visu *Sum. pag.* 380. §. 351. & *seq.* = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis V. S. D. *Directur* de prop. exper. *Sum. pag.* 381. §. 357. *ad* 361. , & *pag.* 382. §. 370. *ad* 372. II. Testis V. S. D. *Director* , & CONFES. de prop. exper. *Sum. pag.* 383. §. 385. *ad* 388. XI. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 384. §. 393. , & *seq.* = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* XV. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 385. §. 402. , & *seq.*

307 Heroicum hoc divini amoris, et animarum conversionis studium perfectissimam Alphonsi Charitatem satis dilucide ostendit. Præclare Cornelius a Kapide *in Epist. Jacob. pag.* 179. *lit. E. col.* 2. ibi = *Illum in Charitate Dei esse perfectiorem, qui plures ad ejus amorem convertit, & sicut Christus graviorem pati nequit persecutionem, quam, ut quis verbo, aut exemplo animas suo sanguine redemptas ab ipso avertat; Sic ampliorem honorem ei impendere nos non valere, quam animas deviantes convertendo ad ipsum,* et in Proverb. Salomon 21. 12. *pag.* 195. *lit. D. col.* 2. = *Facit id Justus ex amore Dei, quem videt offendi in Domo impii. DEI ENIM OFFENSA MAXIME TANGIT, ET CRUCIAT COR JUSTI,* quæ

308 Ad heroicam Alphonsi Charitatem probandam accedunt item tum asperrima propriæ carnis maceratio, de qua agemus in titulo *de Temperantia*, Nam ut habet S. Gregorius *lib.* 5 *in* 1. *Reg. cap.* 4. = *Potenter corpus extenuat, qui amore cælestium cor inflammat, quia dum spiritualia fortiter diligit, desideria carnis valenter premit* = tum demum ea, quæ mox dicemus de Charitate in Proximum, quia, ut ait D. Augustinus *lib.* 8. *de Trinit. cap.* 7. *Qui proximum diligit, consequens est, ut ipsam præcipuam dilectionem diligat, Deus autem dilectio est, consequens est, ut præcipue Deum diligat* = et S. Gregorius *lib.* 7. *Moralium cap.* 20. inquit = *Per amorem Dei amor Proximi gignitur, et per amorem Proximi amor Dei nutritur* = Et opera Charitatis in Proximum ad comprobationem Charitatis in Deum adducunt Scacch. *de not.* , & *sign. Sanctit. sect.* 3. *cap.* 3. *pag.* 207. Rotæ Auditores in Relatione Causæ B. Gregorii X. *tit. de immensa Charitate* §. *Primo enim.*

DE HEROICA V. S. D. CHARITATE IN PROXIMUM

309 Cum duo sint in quibus pendet universa lex, et Prophetæ, sicut *Matthæi cap.* 22. dixit Christus Dominus, Dei scilicet, ac Proximi dilectio; reliquum est, ut postquam de heroica Ven. Alphonsi in Deum Charitate disseruimus, heroicam ejusdem in Proximum charitatem exponamus,

mus, ac demonstremus. Charitas, et dilectio Proximi juxta Divum Thomam 2. 2. *quæst.* 32. *artic.* 2. debet tendere non minus ad bona animæ, quæ circa spiritualia versantur, quam bona corporis, quæ temporalia respiciunt; adeoque potissimum in eo versatur, ut quis opera misericordiæ tam spiritualia, quam corporalia in sui Proximi utilitatem exerceat, et quo plus Charitas ad utrumque ex dictis objectis protenditur; eo plus perfectionis, et heroicitatis induit, ut docet divus Thomas *dicta quæst.* 32. *art.* 2., et Cardinalis de Lauræa *in* 3. *sentent. disput.* 32. *art.* 12. *num.* 35., *& seq. pag.* 765.

319 A nemine autem in dubium revocari posse arbitramur, Ven. Ligorium, qui ad Animarum salutem, et ad spirituale rusticorum præsertim subsidium, novam Presbyterorum Familiam congregavit, qui immensos labores in id substinuit, qui Episcopali munere fungens Pastorali sollicitudine, ac zelo clarus a Populis *alter Carolus* prædicatur, quique tandem ascetiçis, moralibus, et dogmaticis elucubrationibus in lucem editis plane omnibus ad æternam beatitatem iter præbuit, heroica Charitate Proximum suum dilexisse. Si enim charitas discipulorum Christi tessera est, ipso ajente, *in hoc cognoscent homines, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem*, haud ipsa carere poterat, qui vere Christi discipulus tum faciendo, tum docendo extitit.

321 Et re sane vera quod attinet ad opera misericordiæ *spiritualia*, nescio a quo potissimum exordiendum, cum spiritualis misericordia in Proximos hujusce Apostolici viri characteristica sit. Apostolicum enim munus ab ipsa adolescentia susceptum per solidos *triginta tex* annos antequam ad Episcopatum eveheretur per innumeras Provincias exercuit, jugiter Episcopus per suam Diœcesim continuavit, eumdemque cursum non nisi cum obitu consumavit. Nulli autem pepercit labori, nullamque diligentiam, ac studium omisit, ut animas a Dæmonis captivitate ad suave Christi jugum, et ad rectam salutis semitam traduceret. Exhibuit profecto se, juxta Apostoli monitum, sicut Dei ministrum in multa patientia, in laboribus, in vigiliis, in scientia, in longanimitate, in suavitate, in Spiritu Sancto, in Charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei. Fuit porro hujusce Apostoli zelus tam purus, ut à publicis suis, privatisque sermonibus nihil vel vaniloqui mundi auræ captandæ cupido, vel lucrum sibi decerperet. Nam unam Proximorum salutem sibi proponens Christum Crucifixum, ejusque Evangelium absque verborum selectu, vel eloquentiæ calamistris Populis exponebat. Nec hilum quid personarum acceptioni, conditionique dabat, sed unam animarum redemptionem Christi sanguine operatam æque in hominibus respiciebat. Quamobrem ut eorum præsertim saluti consuleret qui a Civitatibus dissiti per pagos, Castella, saltusque dispersi Evangelicis operariis destituti sunt, in eorum opem suam Congregationem instituit, Christi rectatus exemplum, qui ut habetur *Marci cap.* 7. *circuibat Castella in circuitu docens*, ubi *Theoph. Antiochen.* ait, quod *non solum in Civitatibus prædicabat Dominus, sed etiam Castellis, ut discamus parva non spernere, neque magnas semper quærere civitates, sed verbum Dei in vicis abjectis, & humilibus seminare.*

312 Atque ut a *Missionibus* quibus jugiter, infirma licet semper valetudine utens, per *triginta tex*, et amplius annos incubuit, insudavit, et alsit, nostra exordiatur oratio, perpetuus vitæ tenor hujusmodi fuit. Apostolica itinera vili insedens asello inter pias meditationes, vocalesque preces conficiebat. Apostoli exemplo haud animam suam faciens pretiosiorem

quam

quam se dumodo cursum consummaret, nulla itineris asperitas, vel frigus, vel aestus, vel sitis, famesque eum umquam retardarunt. In conspectu eum esset illius, quo pergebat, Oppidi Lauretanas cum sociis Litanias recitans cælestem super populum benedictionem implorabat. Ad oppidum vix perventus nil habebat antiquius, quam sacramentum in templo adorare. Suggestum inde ascensus per fervidam concionem Populum ad missiones in crastinum inchoandas invitabat. Sub vesperum per socios publicas vias circumlustrantes appositis monitis Peccatores ad pœnitentiam excitabat.

314 Quotidie antelucano tempore e strato prosiliens mentali orationi vacabat. Re divina intimo religionis sensu peracta, gratiisque redditis, sui ipsius prorsus oblitus per octo, vel novem horas confitentibus aures præbebat. Hanc profecto consuetudinem tam obfirmato retinuit animo, ut olim *Agerolæ* viro Populum arguenti, ne ad se inclinata jam fere die adhuc jejunum confessionis causa pergeret, ipse non ad edendum, sed ad salvandas animas eo se contulisse responderit. Qua de re nonnisi vergente ad occasum sole cibum sacra lectione conditum cum sociis sumebat. Aliquando etiam cibi prorsus oblitus una panis offa reficiebatur. Post prandium concionem habebat ad Populum ad quam se fervida prece comparabat. Inter concionandum flagris se plectens alienas culpas suo tergo luebat. Absoluta concione ad cœnam usque virorum confessiones domi excipiebat. Præter assidua hæc charitatis opera suetas suas quotidianas preces, et flagellationes non omittebat. In Missionibus singulorum saluti prospiciens unumquemque cœtum per peculiarem cathechesim instruebat; Pueros per se, suosque Socios Fidei præceptionibus erudiebat; Presbyteris sacras exercitationes dabat; noctuque segregatos in templo viros ad pœnitentiam, morumque reformationem adducebat. Missionibus ad finem vergentibus, universo Populo in totidem veluti agmina, et classes per ætatem, ac conditionem segregato, distinctis diebus tum pueros, tum adolescentulas, et viduas, tum nuptas, tum denique viros fervido soliloquio præparatos ad comunionem admittebat. Absolutis concionibus orationis mentalis methodum, et ad pie vivendum regulas per aliquot dies Populum edocebat. Eo denique in perseverantia roborato, erectisque Crucibus cælestem benedictionem impertiebatur. Illinc discessus ad aliud santificandum Oppidum pergebat.

315 Ab institutis vero incæptisque Missionibus nullo umquam vel gravi negocio cessare passus est. Aliqoando accidit, ut in Angritana Terra Missioni vacans sui Juranorum Collegii necessitati occurrere coactus, ne Apostolicum munus momento intermitteret, prandii hora jejunus Collegium repetierit, rem composuerit, et ad concionandum reversus fuerit. Aliquando etiam actu ægrotans ad Missiones expetitus alacer se commisit itineri. Tanto vero animarum zelo æstuabat, ut anno 1756. Messanæ dira peste grassante voto se obstrinxerit, si tantum malum in Neapolitano item Regno obvenisset contagiosis inserviendi (*Sum. pag.* 450. *init.*) Nullum revera ipse morbi genus reformidabat, quominus in Missionibus ægros inviseret, solaretur, et ad agonem assideret. = *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis de prop. exp. per postremos annos 25. *Summ. pag.* 391. §. 1. *ad* 12. XXII. Testis de visu *Sum. pag.* 400. §. 80., *&* 81. *&* *pag.* 400. §. 90. XXIII. Testis de visu *Summ. pag.* 401. §. 95., *&* *seq. pag.* 402. §. 97., 99. *ad* 103. XXIV. Testis de visu *Summ. pag.* 403. §. 113. XXVIII. Testis V. S. D. Socius de visu *Sum. pag.* 404. §. 123. XXXII. Testis de visu *Sum. pag.* 406. §. 144. *&* *pag.* 407. §. 145., *&* *seq.* XXXV. Testis V. S. D. CONFES.

de visu, et prop. exp. *Sum. pag.* 408. §. 155. ad 158. XXXVII. Testis V. S. D. CONFES. de visu *Sum. pag.* 408. §. 163., *pag.* 409. §. 164. ad 174., & *pag.* 410. a §. 175. *ad* 183. XXXVIII. Testis de visu *Sum. pag.* 416. §. 235. *ad* 238. *pag.* 417. §. 239. *ad* 244 XLIII. Testis de visu *Sum. pag.* 419. §. 266. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 429. §. 342. *ad* 348. *pag.* 430 §. 349. *ad* 357. *pag* 431. *ad* 358. *ad plur. seq.* XIX. Test. de prop. exp. *Sum. pag.* 444. §. 459 & *seq.* = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis V. S. D. *Director* de prop. exp. *Sum. pag.* 448. §. 491., & *seq.* II. Testis V. S. D. *Director*, & CONFES. de prop. exp. *Summ. pag* 495. §. 500., & *seq.* V. Testis de visu *Sum. pag.* 450. §. §. 507. XI. Testis de visu *Sum pag.* 450. §. 508.

316 Quid vero tot labores, ærumnæ, studia, itinera, nisi heroicam in Proximum charitatem ostendunt? juxta illud *Matth.* 15. 13. *Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis*. Et Rotæ Auditores in *Relat. Causæ S. Francisci Xaverii sit. de Charit. erga Prox. Ex actis hauserunt eum toto vitæ suæ tempore pueris Christianæ fidei elementa tradidisse, rudibus adultis Christianam legem uberius explicavisse, peccatores omni conatu ad officium revocasse &c.* Et in *relatione S. Petri de Alcantara* tit. de immensa Charitate erga Deum, et Proximum *cum fuisse indefessum, & eminentem Evangelii Prædicatorem, & per plures annos in ejus expositione desiderio gloriæ Dei, et Conversionis animarum se exercuisse*, ceu refert Bened. XIV. *lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 35. Nec non de S. Francisco Regis summis extollitur laudibus *in act. ejus Beat. apud Chiappon. post acta SS. pag.* 323. quod = *die, ac nocte excipiebat Confessiones*.

317 Verum non modo assiduis Missionibus, mira sollicitudine, ac indefesso studio in audiendis confessionibus heroicum animarum zelum V. Alphonsus patefecit, sed mira item dexteritate, et charitate in revocandis ab iniquitatis cœno peccatoribus, iisque ad veram pœnitentiam convertendis. Ejus namque charitas haud fortior, quam solertior fuit. Peccatores incredibili comitate, affabilitate, spiritusque dulcedine ad confessiones excipiebat. Ad exitialem verecundiam inter confitenda peccata a pœnitentibus arcendam timidis animum addens divinam clementiam efferebat, donec ii libero animo, atque ore omne noxarum virus evomuerint. Penetratis conscientiæ arcanis perspectisque vulneribus horum gravitatem, ac turpitudinem ostendens Divinæ misericordiæ Christique cruciatum, et acerbissimæ mortis recordatione eorum corda ita ad pœnitendum emolliebat, ut nemo licet obstinatus ad ejus se pedes abjecerit, quin illacrymans non recesserit.

318 In heroicæ hujusce charitatis præmium a Deo *compungendi* dono ditatus vel ipso familiari colloquio peccatores ad Deum convertebat; Ab eo autem conversi in suscepto pœnitentiæ proposito obfirmato animo perseverabant. Miro hocce compungendi dono non modo in confessionibus excipiendis, sed iteum in publicis habendis concionibus ditabatur. Ejus porro verba ita audientium animos penetrabant, ut adstantes, ac ipsi docti, summique viri non ipsum esse qui loquebatur, sed spiritum Patris sui, qui loquebatur in ipso, eumque magis ex corde, quam ex ore verba promere graviter affirmarent. Hinc ad eum audiendum desertas domus Populi relinquebant, compunctique ab eo recedebant. Concionandi vero ardore, zeloque alter *Paulus* appellabatur. Infinitus autem propemodum essem si singulas ab eo concionante patratas conversiones recensere contenderem. Cum primum ille Neapoli in Synensium templo verba fecit ad Populum tresdecim Puellæ post ejus auditam concionem abdicatis nuptiis se-

se Deo ultra vovere. Præter alios perditos homines ad Christum conversos per Alphonsi Missiones ab ipso Presbyteratus exordio institutas, duo præsertim commemorantur quibus nomen, uni *Petrus Barbarese*, alteri *Lucas Nardone*, qui ejus audita concione anteactæ vitæ pertæsi, et ad ipsius pedes abjecti adeo intime se Deo converterunt, ut Alphonsus per eosdem, veluti electionis vasa; in Neapolitana Urbe Oratoria, *Cappellas* vocitant, ad erudiendam in fide plebeculam instituerit.

319 Fere cuncta Neapolitani Regni Urbes, et Oppida Apostolico ejus sudore irrigata; totidem veluti monumenta, Alphonsi zelum abunde testantur. Ubicumque enim Missiones instituit ingentem animarum fructum reportavit. Instar omnium sint Foggiana, et Amalphitana Urbes, in quibus nemo incolarum extitit, quem Alphonsus cælesti splendore publice a Deipara collustratus, et in extasim raptus ad rectam salutis semitam non adduxerit. In Amalphitana præsertim Urbe, ceu antea innuimus, eo concionante anno 1756. tanta fuit commotio populi, ut musica instrumenta, quæ ad prophanos modulandos cantus tinnire solebant, acervatim sibi oblata publice Alphonsus combusserit; Familias diuturno, et scandaloso odio dissociatas, ipsiusque Antistitis studiis, et hortationi obsistentes feliciter reconciliaverit; Mulieres nudo capite incedentes, superinducto linteo, ad modestiam composuerit; puellas ab amatoria vesania ad castum Christi amorem traduxerit; infames Urbis vicos Apostolico zelo sanctificaverit; innumeras mulierculas publice prostitutas a turpi quæstu ad honestæ vitæ sobrietatem converterit, quarum altera quo scandalo celebrior, eo sanctior evasit, et Cortonensis Margaritæ pœnitentiam æmulata est; imo verbo: ea Civitas adveniente Alphonso faciem immutavit. Haud tamen assecutæ conversionis contentus, quo perseverantiæ consuleret, orationis mentalis normam Populum edocuit, ejusque publice habendæ usum invexit, ac Presbyterorum cœtum instituit, qui cives præsertim puellas, adolescentulasque ad pietatem informarent. Quamobrem populus adeo firmiter in proposito perseveravit, ut cives quemdam adolescentulum, post sex menses a Missione chelyn, seu citharam pulsare tentantem lapidibus obruere voluerint; imo vero post solidum lustrum eo Pil Operarii perventi, ut sacris expeditionibus navarent operam, nullam magis morigeram Urbem, quam Amalphitanam, invenisse publice fassi sint, novasque Missiones inutiles existimarint. Constant hæc omnia ex tribus *oculatis* testibus Amalphitanæ Metropolitanæ Canonicis *Sum. pag.* 401. §. 95. *& 96. pag.* 402. *a* §. 97. *ad* 107. *pag.* 403. *per tot. pag.* 410. §. 184., *& seq. pag.* 411. §. 185. *pag.* 417. §. 247. *& seqq.*, *pag.* 248. §. 249. *& seqq.*

320 Mira hæc sunt, illud vero mirabilius quod Alphonsi cantus, imo vero vel unus ejus concionantis intuitus, quin vox audiretur, peccatores ad pœnitentiam commoveret. Quo innumeros hujusmodi prætereamus eventus, accidit olim, quod cum Alphonsus in templo cujusdam Nucerini Ascetericis sacras modularetur cantiunculas Hispanus quidam Miles intime eo cantu commotus procul abjecto ense se flagris dire plecti cæperit. Strepitu commotæ Virgines rixam ratæ præ timore ejulare. Alphonsus vero divino lumine internam hominis conversionem noscens eas bono, et quieto esse animo jubet. Conversus inde Miles apud Alphonsum explata conscientia non modo in proposito perseveravit, sed socios item Christi lucri faciens eos ad eluendas animi sordes apud ipsum adducebat (*Sum. pag.* 413.)

321 Salerni quoque dum Alphonsus in Metropolitana S. Matthæi inter Missiones concionaretur, Populus ejus vocem ob templi vastitatem audire non va-

valens, una ipsius præsentia, intuituque ad doloris lacrymas commovebatur; quemadmodum pœnitentes ipsi ultro, aperteque fatebantur. Tantus profecto fuit illius Missionis fructus, ut ad hujusce Apostolici viri vocem ablata scandala, extincta odia, secutæ restitutiones (*Sum. pag* 400. *ad* 412.)

322 Pari quoque prodigio in ampla Beneventi Metropolitana unus concionantis Alphonsi intuitus procul distantes homines ad pœnitentiæ fletum excitabat (*Sum. cit. pag.* 400. 401. *in fin* 417. §. 245., *& pag.* 432 §. 375.) Sic tandem In Melphitana Urbe quidam Advena Alphonsum se publice flagellantem intuens tam alte commotus est ut ipsam pellicem a se procul abjecerit, ac conscientiam suam sacramentaliter expiaverit (*Sum. pag.* 432. §. 377.) Uno verbo; Ita hujusce Apostoli vox populos sanctificabat, ut vel arva ipsa, non suetis amplius prophanis cœnticis, sed sacris ab eo didicitis undique personarent; ac de eo dici jure merito possit, quod *cum leonibus lusit quasi cum agnis* = Eccl. 44.

323 Mirum hocce compungendi donum, mirasque conversiones tum privatim in audiendis confessionibus, tum publice in habendis Missionibus per Alphonsi vocem, et intuitum patratas luculenter Testes deponunt = *Ex Proc. Apost. Nuc.* XXII. Testis de visu *Sum. pag.* 400. §. 87. *ad* 90., *& pag.* 401. §. 91. XXIII. Testis do visu *Sum. pag.* 402. §. 104. *ad* 107. XXIV. Testis de visu *Sum. pag.* 403. §. 110. *ad* 115., *& pag.* 404. *a* §. 116. *ad* 122. XXXII. Testis de visu *Sum. pag.* 407. §. 145. *ad* 153., *& pag.* 408. §. 154. XXXVII. Testis V.S.D. CONFES. de visu *Sum. pag.* 410. §. 183. *ad* 185. *pag.* 411. §. 186., *& pag.* 412. §. 200. *ad* 207., *& pag.* 413 §. 208. *ad* 215. XXXVIII. Testis de visu *Sum. pag.* 417. §. 245. *ad* 248. *pag.* 418. §. 249. *ad* 252. XLIII. Testis de visu *Sum. pag.* 420. *a* §. 271. *ad* 276. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 429. §. 346. *pag.* 432. §. 368., *& seq.* §. 375. *ad* 378., *pag.* 433. §. 379. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* II. Testis *V. S. D. Director, &* CONFES. de prop. exper. *Sum. pag.* 449. §. 501. XI. Testis de visu *Sum. pag.* 450. §. 509., *& seqq.* = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* XL. Testis de visu *Sum. pag.* 451. §. 522., *& pag.* 452. §. 524.

324 Jure ergo meritoque aptatur Alphonso quod Urbanus VIII. *de S. Francisco Xaverio* deprædicat *in ejus Bulla Canoniz. apud Fontanin. Const.* 87. ibi = *Indutus virtute ex alto Apostolico spiritus fervore ministerium quod sortitus erat tanto cum fructu exequebatur, ut gratia Dei efficaciter verbo ejus cooperante &c. Christianorum mores depravatos ad meliorem frugem revocaret.* Deque fervidis ejus hortationibus ad peccatorum frigida corda inflammanda affirmari potest, quod S. Petrus Damianus *de S. Vitale* scribit *pag.* 187. *Tom.* 1. *oper.* = *Quam fervida Charitatis flamma de vaporato ejus pectore æstuavit &c. Nec in auditoris cor frigide descendere potuit, quæ per exhortationis verba ex ipso Spiritus Sancti igne processit.*

325 Et sane Ligorius nonnisi heroici sui zeli merito indutus virtute ex alto ingentia, quæ commemoravimus, Miracula patravit, ut ad ejus vocem, ad ejus cantum, ad ejus ipsum intuitum arentia corda reviviscerent, ep pessimi homines in bonos commutarentur; ut ad rem notat S. Eucherius *serm.* 2. *de Epiph.* ibi = *Ecce vera, ecce prædicanda Miracula stupendæ mutationes, quas quotidie in nobis Redemptor noster operatur, quando de pessimis bonos facit, castos de luxuriosis, humiles de superbis, de sectatoribus sæculi amicos Dei*; coheret S. Gregorius *lib.* 5. *in* 2. *Reg.* qui dum refert pluvias a Samuele imploratas scribit = *Non est quidem minus Miraculum cordis, quam perturbatio aeris; Non minus Miraculum est arentis cor-*

corda revivíscere, quam æstivis ardoribus inusitato modo pluvias inundare; Hujus quippe Miraculum est intimo tonitu insensibilem mentem concutere, quam collisis per ventum nubibus tonitruum insonare. Quamobrem advertit Pignattellus consult. 177. Tom. 19. num. 46. = *Ut ergo suorum Servorum mirabilem Sanctitatem Dominus commendaret ceteris ejus Miraculis hoc adjungit Miraculorum genus altissimum conversionem subitam rebellium voluntatum.*

326 Eo quo ipse fervebat animarum zelo perenni earum saluti prospiciens, non modo novam in Ecclesia Operariorum Familiam instituit, qui diu, noctuque in eam curam incumberent, sed mira sollicitudine, studio, atque prudentia ipsemet tyrones, alumnosque suos ad tantum opus salubriter exercendum informabat, suoque spiritu effingebat. Illud in primis iisdem commendabat, imo vero jubebat, ne se ipsos prædicarent, sed Christum Crucifixum; ne videlicet subtilibus quæstionibus a vulgi sensu, atque intelligentia abhorrentibus tractandis doctrinam potius suam, atque ingenium ostentarent, popularem auram, plausumque captantes; Verum eorum sermones in rebus versarentur moralibus, planis, et ad vulgi captum accomodatis, quæ ad sanandas hominum mentes, et ad commovendum valerent. Qua quidem in re tam firmiter hæsit, ut alterum ex alumnis de Mariæ laudibus inapposita, et peregrina eruditione disserentem a concione cessare jusserit, debitaque pœna multaverit; quæ quidem correctio tum delinquenti, tum ceteris mirifice profuit. Ad tollendam vero ab Apostolicis concionibus perniciosam hanc sermonis sublimitatem, sacræ eloquentiæ regulas ingenti suorum, ac ceterorum utilitate typis evulgavit. Omnem item impendebat curam, ut suæ Congregationis Alumni necessariis literarum studiis imbuerentur, quos ipse ad peragendas Missiones voce, gestu, incessu exercitabat, Praxim quoque audiendi confessiones, et moralem cœtum in quacumque sua domo per hebdomadam habendum indixit. Operarios autem ad Populorum salutem, non eorum census avens egenos Tyrones admittebat, et ad eorum parentum subsidium vel ipsam Missarum eleemosynam remittebat = *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis de prop. exper. *per postremos annos* 25. *Sum. pag.* 392. §. 15., *&* 16. XXII. Testis de visu *Sum. pag.* 400. §. 84. *ad* 86. XXXV. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 408 §. 159. XXXVII. Testis V.S.D. CONFES. de visu *Sum. pag.* 411. §. 186. *ad* 196., *& pag.* 412. §. 197. *ad* 199., *& pag.* 415. § 229. XLIII. Testis de visu *Sum. pag.* 419. §. 267. = *Ex Proc. Apost. S. Aguthæ* I. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 431. *a* §. 362. *ad* 367. *pag.* 432. §. 372., *& seq. Ex Proc. Ord. Nuc.* II. Testis V.S.D. *Director*, *&* CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 448. § 497. *pag.* 449. §. 498. XI. Testis de visu *Sum. pag.* 450. §. 514.

327 Ingens profecto sollicitudo, et indefessus labor in hominibus tum per se, tum per Sodales suos a peccatorum cœno extrahendos heroicum profecto charitatis habitum erga Proximos apprime declarat. Et sane ad rem S. Dionysius Areopagita in Cælest. Hier. cap. 3. = *Omnium Divinorum*, ait, *Divinissimum est cooperari Deo in conversione errantium, & reductione Peccatorum ad ipsum, & qui visceribus charitatis affluentes, ac comunicatione bonitatis Dei immitantes, puro amore pro universorum salute laborant, recte Deiformes, & Divini, imo Divinissimi nuncupantur*, S. Joannes Chrysosthomus *Homil.* 3. *in* 1. *ad Corinth* = *Etiamsi divitias innumeras dederis pauperibus, nihil tale efficies, quale is, qui convertit animam*, Cornelius a lapide *in Matth. cap.* 28. *vers.* 19. *in*

Pro-

Proverb. Salomon. cap. 21., *& in Epistola prima Jacob.* 5. 20. *pag.* 179. ibi = *Eos, qui student conversioni hominum post Christum esse eorum salvatores &c. omnium Divinorum operum Divinissimum esse Deo cooperari in conversione impiorum ad eum; Dei enim adjutores sumus &c., qui luero animarum student obeunt munus Apostolicum; suntque viri Apostolici &c. IN HOC OPERE CONSISTIT CHARITATIS, ET VIRTUTIS PERFECTIO*, uti docet S. Cirillus etc., *qui peccatorem convertit, operit omnia scandala, & peccata aliorum, quae scilicet alii ipsius exemplo perpetraturi essent &c. haec omnia operit, & tollit, ut non unum, sed millena peccata, ac innumeras Dei O. M. offensas, & injurias inhibeat, & avertat. An non hoc INGENS EST BONUM, ac insignis Dei honor, & gloria?* Dissertissime Theophilus Raynaudus *Oper. tom.* 17. *pag.* 179. *& seq.*, ac præsertim *pag.* 180. *col.* 2. ibi = *Salviano Judice, Procurator est quodammodo salutis humanae qui non tantum id agit, ut ipse bonus sit, sed effícere hoc nititur, ut alii mali esse desistant. Non est haec laus exigua illius, qui animarum saluti dat operam &c. CUJUS CURAE TANTAM GLORIAM CELEBRAT S. CHRYSOSTHOMUS &c. UT DICAT NIHIL ESSE MERITORIUM MAGIS &c.* ac demum Bened. XIV. *lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 35. ibi Rotæ Auditores *In relatione Causæ S. Theresiæ tit. DE IMMENSA CHARITATE ERGA PROXIMOS, ponderarunt primo immensum desiderium salutis Proximorum &c. tertio conversionem nonnullarum personarum nobilium, quae scandalose vivebant.*

328 Postquam per triginta sex, et amplius annos totius Regni Provincias ad luerandas animas indefesso labore peragraverat Sa. Me. Clementis XIII. præcepto Agathensis Episcopus renunciatus haud se otio, quietique dedit, sed in Diœcesi sibi constituta Evangelicæ prædicationis munus obire continuavit.

329 Herolei profecto ejus animarum zeli testis fuit sollicitudo illa qua exarsit discedendi ab Urbe et desponsam sibi Ecclesiam quam ocyssime adeundi: Vix enim suscepta manuum impositione a cl. me. Cardinale De Rubeis, qui die Dominico xx. Junii MDCCLXII. Eum inunxit Episcopum in Templo S. Mariæ supra Minervam, assistentibus sibi Archiepiscopo Emessæ Gorgoni, et Archiepiscopo Nicomediensi Giordani Urbis Vicegerente; vixque expletis urbanitatis officiis, impetrataque a Pontifice venia, ab Urbe profectus est.

330 Romam Nuceriam Paganorum pergens, posthabitis suorum precibus ne Agathensem Urbem insalubri cœlo sitam per urentem tunc æstatem peteret, cupiens animam suam ponere pro ovibus suis die XI. Quintilis mensis eam Ecclesiam citus adivit. Diœcesim ingressus fervidam e suggestu concionem habuit ad Populum. Mox octiduas Missiones per se publice instituit, quibus gregis facies fuit protinus immutata. Præter sermones de Mariæ laudibus in singulis sabathis a se haberi solitos, singulis quoque Dominicis, exterisque Festis suggestum conscendens ad confertam multitudinem concionari consuevit. Quo vero animas venaretur ea præsertim templa petebat, ad quæ Festi causa magis Populus confluebat. Diœcesim perlustrans animarum primum, inde Ecclesiarum visitationem instituens per se Missiones habebat, ac de Populi magis comodo quam sui sollicitus, inane in uno rurali vico, vespere in alio, concionabatur. In prædicando eo quo inclarescebat gratiæ sermonis dono vel ipsos duriores peccatores convertebat. Reformatis Populi moribus ad Clerum conversus per sacras exercitationes ad exactam canonicam disciplinam revocabat. Præter pe-

tenne hoc prædicationis exercitium modo hue, modo illue per Diœcesim Presbyteros ad concionandum mittebat, qui ipso duce, ac Magistro in Missionum Scholis novo exemplo institutis ei muneri aptiores inveniebat; imo vero legem indixit, ut quotannis ab Evangelicis Quadragesimæ Præconibus per Passionis hebdomadam in singulis Diœcesis Oppidis Missiones haberentur.

331 Tanta profecto fuit sacri hujusce Antistitis Charitas, ut nec ipsa mala habitualis valetudo, nec effæta ætas, nec graves præsentes morbi cum à prædicationis munere retardaverint. Imo vero illud ingenti prodigio eveniebat, quod licet domo egrediens nonnisi famuli, alteriusque fulcro innixus incedere valeret, ascenso suggestu agilis evadebat. Hinc unus ægrotantis Episcopi aspectus Populum ad pœnitentiam commovebat. Lethaliter jam in Agathensi Urbe ægrotaverat cum Medicorum jussu Argentium nobile Diœcesis Oppidum salubriore cælo situm pergere debuit. Ibi per quinque postremos Episcopatus annos stabilem sedem habens, infirma licet semper valetudine, morem tamen in quibuscumque Festis publice concionandi retinuit, in eoque adeo firmiter hæsit ut victima tandem charitatis caderet. Quamvis enim sciaticæ, et vessicatorii cruciatibus impar ad gressum foret anno 1769. tamen ad Argentil Populum inter caniculares æstus siccitate pressum per se Missiones habere voluit. Omnes profecto, præter unum Antistitem, illud oneris fracto suo corpori haud omnino ferendum existimabant; propterea que ex Capuccinis alter ad supplendas hac vel altera die ægrotantis Antistitis vices se comparavit. Heroicus autem ejus animarum zelus omni cruciatu potior adeo infirmum Antistitem rexit, roboravitque, ut is octiduas Missiones inter ipsos caniculares calores, ingentesque labores per se ad finem potuerit adducere. Iis tamen completis Missionibus victima charitatis cadens lethali reumathe corripitur, eoque per integrum annum perdurante in reliquam vitam obstipo collo remansit.

332 *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis de prop. exp. *per postremos annos* 25. *Sum. pag.* 392. §. 21., *& pag.* 394. §. 31. *ad* 39., *& pag.* 395. §. 40 XLIV. Testis V. S. D. SECRET., ET CONFES. de visu *Sum. pag.* 421. §. 281. *ad* 285. *& pag.* 222. §. 286. *ad* 295. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* III. Testis de visu *Sum. pag.* 434. §. 387. *ad* 391. *pag.* 435. §. 392., *& seqq. pag.* 437. §. 414. *& seq. pag.* 438. §. 417. *ad* 425. VIII. Testis de visu *Sum. pag.* 440. §. 434. *ad* 438. XXII. Testis de visu, propriaque exp. *Sum. pag.* 440. §. 439., *pag.* 441 § 440. *ad* 443. XIV. Testis de visu *Sum. pag.* 441. §. 444. *& seq. pag.* 442. §. 446. XVI. Testis de visu *Sum. pag.* 443. § 455. XXVII. Testis de visu *Sum. pag.* 445. §. 468., *& seq.* XXVIII. Testis V. S. D. Famulus de visu *Sum. pag.* 446. §. 476. XXXVI. Testis ex off. de visu *Sum. pag.* 447. § 481. *ad* 489. = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* L. Test. de visu *Sum. pag.* 453. §. 535., *& seq.*, *& pag.* 454. §. 539. *ad* 542. Et fusius in *Sum. num.* 10. *per tot. de Episcopali munere &c.*

333 Hujusmodi autem actus eximiam præseferre Charitatem magis per sese patet, quam verbis exprimi queat, juxta *Ecclesiast. cap.* 18. = *qui misericordiam habet docet, & erudit, quasi Pastor gregem suum*, et firmat Rossignollus *de aetion. virtut. lib.* 1. *cap.* 13. §. *Altera actio, & cap.* 14. *pag.* 97. ibi = *Actio est multæ Charitatis erga Proximum*. et late cit. Benedictus XIV. *lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 35. *per tot.*

334 Verum non modo verbi Dei prædicatione, sed assidua item ac numquam intermissa sollicitudine sibi commissi gregis salutem apostolico zelo operabatur. Eam profecto reputans plurimum e Sacrorum Ministrorum vi-

ta, doctrina, et exemplo pendere saluberrimis indictis legibus Cleri disciplinam, morumque integritatem promovit; quemadmodum fuse in vitæ *commentariolo* exposuimus. Hinc nemo animarum curæ, ac regimini, vel pœnitentiæ Sacramenti ministerio admovebat, nisi prius de illius doctrina, vitæque probitate periculo facto. Ad augendos in diem morigeros, doctosque Ecclesiæ administros, et operarios Seminarii aedes ampliavit, omnemque euram impendit, ut per optimos Præceptores, vitæque moderatores morali, et dogmatica scientia, ac vitæ sanctitate instituerentur. Quo vero se Clericorum inopiæ accomodaret, qui in Seminario ali nequibant Congregationes per Diœcesim instituit, in quibus inopes Ecclesiasticis Institutis imbuerentur. Sacras item Virgines per graves, probosque viros non modo, sed per spirituales item exercitationes quas ipsemet tradebat, ad Dei amorem, vitæque perfectionem inflamabat. Monasterii Reginæ Cœli Airolæ regulas summo Virginum plausu reformavit; mollem cantum a sanctimonialium templis eliminavit, eique Gregorianum suffecit. Pervetustum Agathensis Urbis gynæceum in vile vagorum tugurium immutatum, Virginibus Instituti SS. Redemptoris e Scalensi Urbe traductis, ad pristinum Asceterii splendorem restituit. Consonant hæc ex *Sum.num.*10. *de Episcopali munere* necnon = *Ex Proc. Apost. Nuc.*V. Testis de prop. exp. per postremos annos 25. *Sum pag.*392. §. 16. *ad* 20., *& pag.*395.§.41. *ad* 48., *& pag.*398.§.64. *ad* 71.XLIV. Testis V. S. D. SECRET., ET CONFES. de prop exp. *Sum. pag.*423.§.296 *ad* 301. *pag.* 424. §. 302. *pag.* 426. *a* § 318. *ad* 323. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* III. Testis de visu *Sum. pag* 435. §.394. *ad* 397. *pag.* 437.§.411 *ad* 413. VII. Testis de visu *Sum. pag.* 439. §.427. *ad* 433. XIV. Testis de visu *Sum.pag.* 442. §. 447., *& seq.* XXVII. Testis de visu *Sum. pag.* 444. §. 465. *pag.* 445. §. 470., *& seq. ad* 474. = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* XXXIII. Testis de visu *Summ. pag.* 451. §. 515., *& seq.* XLIX. Testis de facto proprio *Summ. pag.* 452. *per tot.*, *& pag.*453. §. 529. *ad* 534 L. Testis de visu *Sum. pag.* 454. §. 542. *ad plur. seq.*

335 Hoc profecto reformandi Cleri studium, Seminarium ampliandi, Alumnosque ad proximi salutem instituendi magnæ charitatis opus nuncuparunt Patres Concilii Tridentini *Sess.* 23. *de reformat. cap.* 18., et ad heroicam Charitatem retulerunt Auditores Rotæ *in relatione Causæ* S. Thomæ de Villanova *Tit. de Charit. ergo Prox.* apud Contelor. *pag.* 828., et S. Caroli Borromæi *part.* 2. §. *Romæ præter.*, necnon de S. Francisco Salesio commendatum legitur ab Alexandro VII. *in Bulla ejus Canoniz. apud Fontanin. Constit.* 89. §. *Ex hujus Charitatis*, quod = *hujus Charitatis stimulis plane perennibus agebatur ad suæ Diœcesis commoda diu noctuque omni sollicitudine procuranda*; et §. quamvis = *ordinare Clerum &c. Ecclesiasticæ disciplinæ leges, vel restituere, vel sancire &c.*

336 Pastoralem porro sollicitudinem nullis terminis circumscribens ovibus suis omnibus semper intentus erat quasi singulis, atque ita singulis quasi universis. Præter enim assiduum concionandi munus, Parochis omnibus, ceterisque administris in sollicitudinis partes adscitis, eximia utebatur vigilantia ut a Populo scandala tolleret, in eoque vitæ christianæ perfectionem induceret. In id ergo per exquisitam indaginem satagebat, ut quisque Fidei mysteriis instructus Paschali Præcepto satisfaceret, perque Evangelicos operarios ad Ecclesiæ Sacramenta rite, recte, et crebro obeunda populus instrueretur. Nulli pepercit labori, studioque, quo adolescentulos nuptiarum speciem subdole simulantes a diuturna cum puellis consuetudine arceret. Vigil admodum fuit in Fidei dogmatibus per uni-

ver-

versam Diœcesim tectis, saretisque servandis. Nil item habuit antiquius, quam ut pueri matura ætate Sacro Confirmationis oleo munirentur, ac olim ne in Argentino agro adolescens pthysi correptus absque Confirmatione decederet ejus ruralem casam adire non dubitavit. Quo vero Gregem per pias exercitationes in rectam salutis semitam dirigeret, quotidie mentalis orationis in Cathedrali publice habendæ morem invexit, ac Sodalitia per Diœcesim, vel dissoclata reintegravit, vel de novo excitavit. Ad Christianam Populi institutionem publicas scholas tum per Parœcias, tum per rurales Ecclesias auxit, novasque Parœcias instituit. Legem item indixit ut quotidie sub vesperum in singulis Diœcesis Parœciis salutaris Hostia per editas a se preces a confluenti Populo coleretur, aliasque pias exercitationes instituit, in quibus recensendis infinitus propemodum essem. Ægrotos per sese invisens tum temporali, tum spirituali piæ exhortationis cibo reficiebat. Eorum censum quotidie habens qui sacro viatico refecti fuerant eos præsentia sua, voceque ad æternitatis iter roborabat.

337 Eodem juvandi animas studio prostitutas fœminas e sordido corporis quæstu ad honestam, et pudicam vitam traduxit. Earum vero quamplures sanitati restitutas ne ad ingenium redirent tuto loco positas ære suo liberaliter substentabat, quamplures alias propria impensa alendas in Ginæceis collocabat. Obstinatas autem e Diœcesi exulari curabat, ne morbida pecus totum ovile corrumperet. Argentii quo homines carcere trusos a fœminis separaret novum carcerem extrui curavit. Præter suetas confessiones bis in anno per sacras exercitationes spirituali eorum saluti consulebat. Criminosos item, et facinorosos homines paternis primum monitis debita inde pœna plectebat. In reparandis vero scandalis nulla Rei præpotentia, vel dignitate frangebatur. Perduellionis crimen acerrime insectabatur, ejusque impietatem per editam legum collectionem publice exposuit. Sed quam navus foret Alphonsus, atque sollicitus in ovibus suis ad æternam salutem adducendis explicari paucis non potest, cum singula vitæ ipsius momenta sollicitudinis hujus exemplis, ac documentis signata sint, cumque hujusce vitæ rationem laboris plenam ab Episcopatus exordio susceptam ad ejus usque abdicationem, extenuatis licet viribus, morbisque confecto corpore, constanter retinuerit.

338 Constant hæc *Ex Proc. Ord. Nuc.* V. Testis de prop. exp. *per postremos annos* 25. *Sum. pag.* 393. §. 22. *ad* 30., *&* *pag.* 396. §. 49. *ad* 55., *&* *pag.* 397. §. 56. *ad* 63. XXVIII. Testis V. S. D. Socius de visu *Sum. pag.* 404. § 124., *&* *seq. pag.* 405. §. 126. *ad* 134. XXXVII. Testis V. S. D. CONFES. de visu *Sum. pag.* 416. §. 230. *ad* 232. XLIV. Testis V. S. D. SECRET., ET CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 424. *a* §. 303. *ad* 308. *pag.* 425. *a.* 309. *ad* 315. *pag.* 426. §. 316., *&* *seq. pag.* 428. §. 336. *&* *seq.* = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* III. Testis de visu *Sum. pag.* 434. §. 391. *pag.* 435. §. 398. *&* *seqq. pag.* 436. §. 400. *ad* 403. *pag.* 437. §. 407. VIII. Testis de visu. *Sum. pag.* 440. §. 437. XIV. de visu *Sum. pag.* 442. §. 450. *ad* 452. *pag.* 443. §. 453. XVI. Testis de visu *Sum. pag.* 443. § 456. XIX. Testis de visu *Sum. pag.* 444. §. 461. ad 463. XXVII. Testis de visu *Sum. cit. pag* 444. §. 466. XXVIII. Testis V. S. D. Famulus de visu *Sum. pag.* 446. §. 478. *&* *seqq.* XXXIII. Testis de facto prop. *Sum. pag.* 446. §. 483. XXXVI. Testis ex off. de visu *Sum. pag.* 447. §. 489. *&* *seq.* Et late in *Sum. num.* 10. *per tot. de Episcopali munere.*

339 Alphonso itaque aptatur illud *Eccl.* 49. quod, *in omne ore quasi mel inculcu-*

cabitur ejus memoria &c. Ipse est electus divinitus in pœnitentia Gentis, & tulit abominationes impietatis, & gubernavit ad Dominum cor ipsius, & in diebus peccatorum corroboravit pietatem.

340 Tantum vero sui Gregis salutis procurandæ studium ab uno Charitatis stimulo prodibat, quo alter Sacer Antistes *Antoninus* excitatus parem in suo tuendo grege sollicitudinem habuisse legitur in *Bulla suæ Canonizationis apud Fontanin. pag.* 227. ibi = *Clerum reformaverat, Populum correxerat, pravosque Civitatis mores emendaverat ac fere omnium cordibus devotionem spiritualem infixerat ut sub Dei timore, & Charitatis zelo viverent, & in sancta Religione peristerent.* Hujusmodi etiam zelum ex Charitatis habitu procedere docetMattheucc. *tit.* 2. *cap.* 2. §. 4. *n.* 8. & *seq.* ibi=*Sensibilia heroicæ Charitatis erga Proximum signa quantum ad bona spiritualia spiritualemque eleemosynam, quo paupertus animæ, & spiritus ægestas sublevatur deducuntur ex vehementi, & ferventissimo zelo salutis animarum &c. ardens itaque zelus, efficaxque desiderium, ac inexplebilis cupido, quod singuli salventur, & pravi convertantur ad Deum &c. in eo respective ponderetur &c. Hæc hisque similia HEROICUM ZELUM commendant, & in negocio salutis de radice INTENSISSIMÆ DILECTIONIS IN PROXIMUM PROCEDUNT.*

341 Sed jam obstipo collo arthritidis excruciatus doloribus, gravisque annis, licet ab Episcopali onere levatus, ad suos reversus, et ad repetendas missiones impar, velut tamen argumentosa apis illud sibi constituit, ut e cella sua totum mundum ad Christum converteret. Totus propterea se dedit asceticis elucubrandis libris, quibus animas lucrifaceret. Quamquam enim ad Missiones peregre proficisci non valeret, nunquam tamen, data opportunitate, a concionando destitit. Modo enim in Sabathis in suo Nucerino Templo publice Mariæ laudes exponebat, modo in hac, vel illa ejusdem Urbis Parœcia concionabatur ad Populum, modo tandem publici alicujus flagelli occasione in ipso Foro Nucerinum Populum ad pœnitentiam commovebat, ac nonnisi præcepto paulo ante obitum a concionando cessavit. In ultima tandem senectute cum jam nonagenario major propter visus, auditusque amissionem, nec libros edere, nec amplius e cella egredi valeret, Sodalibus suis invidens, qui ad missionem pergebant, ut tanto operi pro suo modulo cooperaretur, eos illuc illacque discessuros fervide hortabatur, ut in sacra expeditione ad unam animarum salutem intenderent, et super ipsos cælestis benedictionis rorem a Messis Domino imlorabat. A prandio item, et a cœna, ac Identidem per diem a suis missionum fructum sciscitabatur, et apposita monita ipsis præbens suam item animarum segetem colligere satagebat. Quo vero hortatione non modo, sed etiam opere sese in Alumnorum Missionum societatem adderet, fervidas, jugesque preces pro peccatorum conversione ad Deum mittebat; imo id a suis Item Alumnis quotidie exequendum jussit. Nucerinos item Presbyteros, qui coacto cœtu se ad Missiones informabant, coram se accivit, eisque omnem in dicendo ostentationem procul amandandam commendavit, aliaque saluberrima monita tradidit ad Apostolicum munus accommodata = *Ex Proc. Apost. Nuc.* XXVIII. Testis *V. S. D. Socius* de visu *Sum. pag.* 406. §. 139. & 141. XXIX. Testis de visu *Sum pag.* 406. §. 142. & 143. XXXV. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 408. §. 162. XXXVII. Testis V. S. D. CONFES. de visu *Sum. pag.* 415. §. 225 & *seq.*, & *pag.* 416. §. 234. XXXVIII. Testis de visu *Sum. pag.* 418. § 256. ad 258., & *pag.* 419. §. 259. XLII. Testis de visu *Sum. pag.* 419. §. 267 &

& 268. pag. 420. §. 269. , *& seq. &* §. 268. *pag.* 421. §. 279. *&* 280. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de visu *Sum. pag.* 433. §. 381. *& seq. Ex Proc. Ord. Nuc.* II. Testis *V. S. D. Director*, *&* CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 449. §. 503. XI. Testis de visu *Sum. pag.* 450 §. 513.

342 Hujusmodi autem actus ad spiritualem Proximi Charitatem pertinere in singulis fere causasum relationibus affirmarunt Rotæ Auditores, referente Bened. XIV. *lib. 3. cap. 23. num* 35. ubi præceteris refert, quod in relatione causæ S. Theresiæ *tit. de immensa Charit. erga Prox. observarunt primo immensum desiderium salutis Proximorum. quos illa Deo conciliare, ad ipsum convertere optavit &c.* et in relatione S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis *tit. de Charit. in Prox. quoad Spiritualia narrarunt eam &c. solitam fuisse &c. quacumque occasione ad se accedentes salutaribus documentis instruere &c.* Heroicitatem vero facile assequi poterit qui tantisper advertit Alphonsum in postremis vitæ annis, decrepita senectute, laboribus, carnis afflictatione, ac multiplici morborum congerie excruciatum, penitusque fractum nonnisi proximorum salutem omni quo poterat modo sategisse, neque in id ab asceticis suis elucubrationibus edendis vel hilum quidem cessasse.

343 Heroicum hunc animarum zelum ut antea per totam vitam, sic in decrepita etiam sui Famuli senectute peculiari charismate Deus cohonestavit. Quarto enim ante obitum anno licet pedem a cella movere amplius non posset tamen supernο lumine novit non ita procul a suo Nucerino Collegio prostitutam esse Mulierem, citusque ad impediendum facinus Parochum accivit, monuitque. Obstupuit ille occultam rem ab Alphonso compertam, ejusque cæleste charisma demiratus est. *Sum. pag.* 405. §. 133.

344 Et quoniam suarum elucubrationum incidit commemoratio prætetire non possumus hele innuere omnes ab ipso editos libros totidem esse buccinas, quæ per universum orbem, ac per Europam præsertim, heroicam illius Charitatem annunciant, et ubique deprædicant. Otii enim, quietisque inimicus diu noctuque in id maxime incubuit, ut quos absentes voce non poterat, scripto erudiret. Nulla vero fuit hominum conditio, cui ipse sua scripta non accomodaverit. Iis enim prospexit pueris, adolescentibus, puellis, Religiosis, Clericis, Monialibus, Presbyteris, Confessariis, Parochis, Episcopis, Principibus, agentibus animam, capite damnatis, conscientiæ angustia sollicitis, singulisque hominibus tum ad Religionem tectam, sarctamque tuendam, tum ad æternam salutem per pias meditationes, devotasque exercitationes assequendam. Per hos porro libros V. Alphonsus licet extinctus adhuc tamen æternam Proximorum salutem operatur, legentium animos ad Dei amorem, suaque obeunda munera accendit, ac multiplicem, et uberem quotidie messem in mistico Ecclesiæ agro abundantissime colligit. Eadem vero opera adeo sanæ theologiæ succo elucubrata sunt, ut non modo per repetitas editiones omnium terantur manibus, sed gravissimo Apostolicæ Sedis Decreto adprobationem meruerint = *Ex Proc. Apost. Nuc.* XXXVII. Testis V. S. D. CONFES. de visu *Sum. pag.* 414. §. 223. XXXVIII. Testis de visu *Sum. pag.* 418. §. 256. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 429. §. 340. Et in *Summario passim*.

345 Neminem certe fore arbitror, qui tot diurnos, nocturnosque labores ad animarum salutem a Ligorio susceptos, et ad ipsam usque inclinatam ætatem constantissime tolleratos in hujusmodi edendis voluminibus heroi-

cam

cam ipsius charitatem non agnoscat, planeque intelligat; quemadmodum ex voluminibus a *S. Francisco Salesio* editis illius charitatem agnovit, ac pronunciavit Alexander VII. *in ejus Bulla Canoniz:* apud Fontanin. *Const.* 89. §. *Ex hujus* ibi = *Ex hujus Charitatis officina volumina prodierunt, quorum documentis irrigata Populorum, ac nobilium virorum pectora affluentem Evangelicæ vitæ messem peperere*.

346 Ex animi lenitate qua seipsum omnibus omnia factum præbebat singulos ad se venientes animi, corporisque angustia pressos absque personarum acceptione æque nobiles, ac plebejos quacumque hora excipiebat, erigebat, solabatur, idque tanta charitatis dulcedine, ut nemo nisi contento, pacatoque animo abiret. Hunc profecto morem ab ipsius Apostolatus exordiis fervide susceptum, et in Episcopatu nullis obstantibus Ecclesiæ curis mire retentum, nonnisi moriens reliquit. In postremis enim suæ vitæ annis afflictis quibusque ad solatium suam cellam petentibus, omnes ipse vel Christi cruciatuum recordatione, vel æternorum memoria, vel divinæ providentiæ promissione intime solatos dimittebat. Omnes enim consilium propriæ necessitati recipiebant accomodatum, in eo vero exequendo optatum exitum experiebantur. Suum item Nepotem, ejusque Sponsam ad eum invisendum adventos a seculi illecebris, pompisque avertere fervido sermone sategit, ac fusis ad Deum precibus, paternisque monitis lectissimam Neptem ad consecrandam Christo Virginitatem maxime juvit. Omnibus denique salutis æternæ monita dabat. Qua de re mærentium consolator, ac comunis Pater, et Director vulgo nuncupabatur.

347 *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis de prop. exper. perpostremos annos 25., *Sum. pag.* 399. §. 78. *&* 79. XXVIII. Testis V. S. D. Socius de visu *Sum. pag.* 406. §. 140. XXXV. Testis V. S. D. CONFES. de visu *Sum. pag.* 408. §. 161. XXXVII. Testis V. S. D. CONFES. de visu *Sum. pag.* 414. §. 216. *ad* 222. *pag.* 416. §. 234. XXXVIII. Testis de visu *Sum. pag.* 418. §. 253., *& seq.* XLIII. Testis de visu *Sum. pag.* 420. §. 277. XLIV. Testis V. S. D. SECRET., ET CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 428. §. 338. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* XVI. Testis de visu *Sum. pag.* 443. §. 458. XXVII. Testis de visu *Sum. pag.* 446. §. 447. §. 475. XXXVI. Testis ex off. de visu *Sum. pag.* 447. §. 483 = *Ex Proc. Ord. Nuc.* II. Testis V. S. D. *Director*, *&* CONFES. *Sum. pag.* 449. §. 504.

348 Eximium hoc esse Charitatis argumentum tam certum est, quam quod maxime. Unde monet Apostolus 1. ad Cor. 5. *Consolamini pusillanimes*, et Eccles. 7. 38. = *Non desis plorantibus in consolatione* = Plurimumque commendatur de illa perfectissimus Dei famulus Job. *cap.* 19. ibi = *Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduæ consolatus sum, oculus fui cæco, pes claudo &c. eram mærentium consolator*. Qui ergo tribulatione oppresso compatitur, eum pane verbi, consiliisque reficit, et afflictum consolatur, vere dilectionis legem implevit juxta *Rab. super* Matth. 25. ibi = *Qui esurientem pane verbi reficit, & sitientem potu sapientiæ refrigerat &c. qui tribulatione oppresso subvenit compatiendo, vel consolando VERAM DILECTIONEM ADIMPLET*. Quemadmodum Rotæ AA. ad heroicam Charitatem ostendendam S. Petri de Alcantara retulere, pauperes *sanctissimis monitionibus, & consiliis aluisse* apud Bened. XIV. *eit. lib.* 3. *cap.* 23. §. 35., et docet Matthæucc. *tit.* 2. *cap.* 2. §. 4. *num.* 8. *& seq.*

349 Huc etiam pertinet mira Alphonsi sollicitudo quam semper adhibuit in pa-

pacandis hominum animis, ac Familiarum discordiis mutuo sedandis. Ut primum vel Missiones habens, vel Diœcesim Episcopus perlustrans in Oppida advenerat solertissime inquirere solebat, num ulla foret eo in loco discordia, et aversio. Si qua autem esset, dissidentes tanta orls facundia, suavitate, atque efficacia alloquebatur, ut lioiret animos, et ad mutuam coocordiam revocaret. Argentii eum esset vulneratum in rixa juvenem, ejusque Matrem ad donaodam offensori veniam adduxit, eique quandiu vixit, et superstiti inde Matri menstruam stypem perpetuo assignavit. Interfecto a quodam Milite altero Argentii Cive, is ab occisi Viri parentibus pro occisore veniam, et remissionem intercessit. Tantum in id præstitit, ut *Angelus pacis*, serenusque iris ab omnibus nuncuparetur. = *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis de prop. exper. *per postremos annos* 25. *Sum. pag.* 392. §. 14., *pag.* 398. § 72. *pag.* 399. §. 73., & 74. XXII. Testis de visu *Sum. pog.* 400. §. 82. XXIII. Testis de visu *Sum. pag.* 402. §. 98., *pag.* 403. §. 108., & 109. XXVIII. Testis V.S.D. Socius de visu *Sum. pag.* 406. §. 135. XXXVII. Testis V. S. D. CONFES. de visu *Sum. pag.* 416. §. 233. XLIV. Testis V.S.D. *Secret.*, & CONFES. de visu *Sum. pag.* 426. § 324., & *seq. pag.* 427. §. 326. & *seq.* = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de visu *Summ. pag.* 433. §. 383. VII. Testis de visu *Sum. pag.* 439. §. 426. XVI. Testis de visu *Sum. pag.* 443. §. 457. XXVII. Testis de visu *Sum. pag.* 444. §. 466. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis V. S. D. *Director*, & CONFES. de prop. exper. *Summ. pag.* 448. §. 495.

350 Eodem itaque Charitatis zelo ditatus Alphonsus fuit quo *Sanctus Bernardinus Senensis*. De illo enim celebrat Nicolaus V. quod = *Ministravit Christo eum per Civitates, provinciasque seminans verbum Dei, Populorum catervas antiquis odiis dissidentes, omni cordium rancore deposito, in charitatem mutuam revocabat*, et S. Bernardus in Sent. expendens Evangelica verba = *In patientia vestro possidebitis animas vestras* = hæc habet = *Pacifici possident non solum suam, sed etiam aliorum, quibus faciunt pacem, unde merito filii Dei vocantur* = sic item scribit Cornelius a lapide in *Matth.* 5. 9. *pag* 127. *in fin.*, & *seq.* = *Ego beatos prædico eos, qui dissidentes, & bellantes conciliant, & ad pacem unionemque inter se, & cum Deo revocant; aut revocare laborant, & satagunt*. Atque ad eximiam in Proximum Charitatem similia referuot Auditores Rotæ in relat. Caus. S. Paschalis Baylon. *tit. de Charit. in Prox.* §. *Indurata &c.* et B. Gregorii X. §. *Tertio argumenta*.

351 Heroica hæc Alphonsi Charitas longius in omne proxiorum genus progressa, et ad summum christianæ disciplinæ perfectionis apicem perventa, inimicos quoque sibique infensos homines amore, ac benevolentia complexa est singulari. A singulis eventibus recensendis abstineo, quos in vitæ *commentariola* paulo fusius enarravi. Summatim dicam: quos ipse vel in Congregatione fundanda, ejusque domibus, ac Collegiis erigendis, in restituenda Cleri disciplina, vel in tollendis scandalis, populique moribus reformandis nactus fuit adversarios, majoribus eos præceteris beneficiis eomulasse; ac natura licet ignea, obtrectationibus injuriisque lacessitum, nulla offensæ acerbitate commotum humanissimis verbis, serena fronte, miraque comitate contumelias excipere, eorumque auctores peramanter complecti, imo pro ipsis quotidianas fundere preces, idque a suis etiam alumnis exigere consuevisse.

352 *Ex Proc. Apost. Nuc.* XII. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 401. §. 93., & 94. XXVIII. Testis *V.S.D. Socius* de visu *Sum. pag.* 406. §. 136., & 137

XLIV.

XLIV. Testis V. S. D. *Secret.*, & CONFES. de visu *Sum. pag.* 427. §. 328. *& seq. ad* 330. *pag.* 428. §. 331. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 433. §. 384. III. Testis de visu *Sum. pag.* 436. §. 406.

353 Tali igitur modo sequutus est Alphonsus Christi mandatum Matth. 5. 44. *Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos.* Idque ad heroicitatis usque fastigium, juxta illud, quod divinum subdit oraculum *loco cit.* = *ut sitis filii Patris vestri, qui in cœlis est, qui solem suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super justos, & injustos*; quamquidem Cœlestis Patris similitudinem charitatis heroicitatem ostendere advertunt S. Antonin. in *Sum. part.* 4. *tit.* 7. *cap.* 6. §. 4. S. Laurent. Justin. *de cast. connub. verb. & anim. cap.* 18. *pag.* 294. *vers. hoc evangelicæ, & in ling. vit. de charit. cap.* 13. *pag.* 51. Scace. *de not. & sign. sanctit. sect.* 3. *cap.* 4. Card. de Lauræa *in* 3. *senten. disput.* 32. *art.* 12. unde concludit Chrisostom. eos, qui adversarios diligunt, esse Dei imitatores *Homil.* 17. *in Epist. ad Ephes.* ibi = *Si pecuniat remiserit, Deum nondum imitaberis, delicta vero si remiseris Deum imitaberis.* Ex simili demum persecutorum dilectione, quos habuit S. Theresia in Fundatione seu reformatione Ordinis Carmeliti, summe commendatur ejus Charitas *in Bulla Canoniz.* inter illas Gregorii XV. 29. *tom.* 4. §. 8. ibi = *Mirabiliter autem imitata est Dominum nostrum Jesum Christum in dilectione inimicorum; Nam cum ingentes pateretur persecutiones, & adversitates, diligebat tamen persequentes, & orabat pro his, qui oderant se.*

354 Quantum item utilitatis Alphonsus attulerit Proximis Virtutum exemplis, vitæ integritate, ac singulari modestia, quam superius commemoravimus, et legitur in Sum. *tit. de Humilit. & Castit.* adeo clara res est, ut neque explicatione, neque illustratione indigeat: Ex his namque egregia Servi Dei in homines charitas evincitur, et eo præclarior, quo plura, et splendidiota fuerunt ejusdem exempla virtutum, ut bene Gloss. Interlinealis *in Epist. B. Jacobi Apost. cap.* 5. *vers. Fratres mei si quis ex vobis erraverit a veritate, & converterit quis eum* ibi = *vel bene monendo, vel tacente lingua exempla bonæ actionis attendendo.* Et huc pertinet quod legitur de *S. Francisco Assisinate*, qui Cœnobio egredjens per Urbem in silentio, modestiaque ambulaturus dicebat, *se ad concionandum exire*, ex traditis per Cornel. a Lapide *in* 1. *Petri* 3. 8. *pag.* 358. *litt. E. col.* 2.

355 Quemadmodum *viventes* homines spiritualem Alphonsi Charitatem, sic etiam *Defuncti* uberrime experti sunt. Animas enim expiante igne detentas tenerrimo, ac plane heroico amore prosequebatur. Ad earum suffragium, ac levamen quotidianas, ac fere continuas preces, multas hostias, indulgentias, eleemosinas, et aspertima pœnitentiæ opera Deo ferventer offerebat. In cujuscumque Sodalis sui obitu per octo dies cuncta pia Congregatorum opera ad ejus suffragium applicanda voluit. Ad juvandas vero easdem animas purgatorio igne detentas tum Sodales omnes, tum oves suas, tum universos Christifideles per crebras cohortationes, perque suos libros vehementer incitavit. Ad id quoque novemdium composuit, quod tam per suam Diœcesim, quam alibi evulgavit.

356 *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Famulus de prop. exp. *per postremos annos* 24. *Sum. pag.* 399. §. 76. & 77. XXVIII. Testis V. S. D. *Socius* de visu *Sum. pag.* 406. §. 138. XXXV. Testis V. S. D. CONFES. de ptop. exp. *Sum. pag.* 408. §. 160. XXXVIII. Testis de visu *Sum. pag.* 419. §. 259. *ad* 265. XLIV. Testis *V. S. D. Secret.*, & CONFES. de prop. exp. *Sum.*

pag.

pag. 428. §. 332., *& seq.* = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de visu *Sum. pag.* 434. §. 385., *& seqq.* III. Testis de visu *Sum. pag.* 436. §. 404. *& seq.* XIV. Testis de visu *Sum. pag.* 443. §. 454 *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis V. S. D. *Director* de prop. exp. *Summ. pag.* 448. §. 496. V. Testis de visu *Sum. pag.* 449. §. 505., *& seq.*

357 Ex recensitis vero commendatisque operibus præstantem, excellentemque Charitatem facile unusquisque potest agnoscere tum quia *sancta, & salubris est cogitatio pro Defunctis exorare* Maccab. 12. 46., et Eccles. 7. 35. monemur: *mortuo ne prohibeas gratiam*; tum etiam quia ut expendit S. Thomas *Opus*: 18. *cap.* 14. ibi = *Hujusmodi bonorum collatio ad singularem quamdam perfectionem pertinet fraternæ dilectionis, quia per hæc bona homo ultimo fini conjungitur, in quo summa perfectio consistit*, et Iste Scacchus *de not., & sign. Sanctitat. sect.* 3. *cap.* 4. *pag.* 242. *& seq.* Rotæ Auditores in Relationibus S. Ignatii Loyolæ *art.* 2. *de Charit. & zelo animarum* §. *Et in specie*, ac denique B. Gregorii PP. X. *tit. de perfectissima Charit. in Proximum* §. *Primo enim*.

358 Expensis Misericordiæ Operibus, quæ hominum *animas* respiciunt, illa exponenda veniunt, quæ *corpora* intuentur, atque hic facilius oratio deesset, quam res, et argumenta; Tanta enim Venerabilis Viri fuit liberalitas erga egenos, tantum juvandi homines studium, ut ferme incredibile videatur; eaque Ligorius *Thomæ de Villanova*, *Carolo Borromæo*, *Francisco Salesio*, aliisque Antistitibus charitate in Proximum celebrioribus suppar censeretur. Modica sibi erat Familia, pauperrima suppellex, vestes nonnisi laneæ, et absoletæ; inter hæc vel ipsum necessarium cibum sibi aliquando subtrahebat, ut ficret refectio pauperum abstinentia jejunantis. Monitus vero ut magis suæ substentationi consuleret, respondere solebat, sibi esse in egenis immensos Filiorum greges alendos. Hinc recepti datique summa ad calculum vocata, repertum est summam in egenos profusam aliam perquam longe per annum excedere, quam ad vitam substinendam, alendosque familiares, et administros insumebat; ita ut de heroica ipsius Charitate illa vere usurpari possint, quæ de S. Francisco Salesio leguntur in Bulla Canoniz. = *Abstinentiam & frugalitatem tam in victu quam in vestitu severe retinuit, ut sibi modum statueret, ut largius aliorum inopiæ subveniret* = Ita profecto de nostro V. Præsule fuse deponunt Testes in *Sum. num.* 10. *de Episcopali munere*, et fusius in seq. *tit. de Paupertate*, *& Sum. pag.* 458. §. 22. *pag.* 460. §. 40. *pag.* 461. §. 42. *& 45. pag.* 463. §. 49. *pag.* 465. §. 71. 76. *& 79. pag.* 466. §. 81. *pag.* 467. §. 90. *pag.* 474. §. 146. *pag.* 474. §. 149. *pag.* 475. § 154., *& pag.* 481. §. 199.

359 Atque hic de singulis misericordiæ operibus, quæ ad juvanda hominum corpora sacer Antistes exercuit disserendum foret. At quoniam fusius ea in superiori *vitæ commentario* enarravi, singula summatim commemorabo. Atque ut primum de esca esurientibus exhibita, opertaque egenorum nuditate dicam, ad satiandam inopum famem Episcopales ædes quacumque diei hora patere volebat, iisque ipse vel pecuniam, vel alimentum, vel vestes elargiebatur. Præter frequentes hasce eleemosynas, in unoquoque Sabatho singulis mendicis panem, stipemque distribui mandaverat. Domo egrediens pauperum turmis circumseptus singulis, vel sua, vel aliena manu pecuniam erogabat. Præter quotidianas, publicasque eleemosynas, egenas civiles Familias, quarum censum a Parochis tum Urbis, tum Diœcesis expetebat, per secretos Eleemosynarios substentabat. Pecuniam quoque vel sibi, vel alteri ab egenis debitam profusa

liberalitate remisit, quo homines ad se confugientes a Creditorum libera-
ret angustiis.

360 Heroicæ illius Charitatis hæc sunt illustria monumenta, illustriora tamen edidit anno 1764. quo caritatis inopia tota premebatur Italia. Quotidie enim egenorum millibus stipatus, frugaliore mensa Familiaribus indicta, ac ipse modico pane, tenuique jusculo victitans, non modo quanta sibi erat frumenti vim famelicis distribuit, sed eam itçm leguminum copiam, quam superiore anno futuram calamitatem superno lumine noscens sibi præter morem comparaverat. Çum tandem nummi, et alimenta dcessent singulari exemplo currum, et mulas, pectoralem Crucem, pretiosum annulum, ac pretiosiorem alium a Literarum Antistite dono acceptum, omnemque ædium supellectilem divendi jussit, totumque pretium dispersit, deditque pauperibus. In id quoque argentea Cathedralis Pontificalia, ni Canonici renuissent, ac ipsa mensalia arma, ni Familiares subtraxissent, in alendos famelicos erogasset; Universus Diœcesis grex famelicus panem a suoPastore quærebat, ejusque ipse calamitatis mœrorem *S. Paulini* Nolani Antistitis æmulatus, et in uberes lacrymas abunde commotus, singulorum inopiæ pro copia occurrebat. Nulli pepercit labori, sollicitudini, studio, tum apud divites, Ecclesiasticos, Regulares, tum apud Fratrem, absentesque amicos, ut suo gregi frumentum, et commeatum suppeditarent. Crescente famelicorum numero eo usque boni Pastoris charitas pervenit, ut se furenti Populo, et ad necem annonæ Syndacum conquærenti pro illo domi suæ abdito obsidem, et victimam obtulerit,

361 Sed oratio in ingens volumen excresceret si hujus misericordiæ viri singula præstantissima Charitatis opera sermone complecti vellem. Brevi enim narratione indicari vix possunt enutritæ ab eo Familiæ; satiati famelici; Presbyteris ad celebrandum imparibus in dies assignata pecunia; hominibus senio, vel morbo ad labores impotentibus quotidiana collata alimenta; constituta Monasteriis subsidia; puellarum ære suo in tuto posita pudicitia, et alimenta contributa; aliis, ne inopia periclitarentur, comparati lectuli, stragula, vestes, et lintea; collatæ Virginibus dotes; adolescentes in Seminario alti, educatique Episcopi sumptu; aliena soluta debita; inopibus Clericis ad Sacros Ordines, egenis Puellis ad matrimonium, Curiæ jura condonata; prostitutæ tandem fœminæ menstrua stype ab ipso altæ, vel in gynæceis suo ære locatæ, et ad Christum conversæ. Paucis multa complectar: Nullum est Christianæ liberalitatis, ac providentiæ genus, quod ipse indigentibus, et quovis incommodo pressis pro re, pro tempore, pro personis non exhibuerit. Singulorum tandem egestati prospiciens ad gratis defendendas Pauperum causas Advocatum constituit; ac non semel Mensæ redditibus in opitulandos egenos erogatis se in id alieno ære gravavit = *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Famulus *per patremos annos* 25. de prop. exper. *Summ. pag.* 458. §. 19. *ad* 223. *pag.* 459. §. 24. *ad* 31. *pag.* 460. §. 32. *ad* 36. XI. Testis V. S. D. CONFESS. de prop. exp. *Sum. pag.* 462. §. 49. XII. Testis de visu *Summ. pag.* 462. § 54. XXVII. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 463. §. 57. XXVIII. Testis V. S. D. *Sacius* de prop. exp. *Sum pag.* 463. §. 58., & 59. *pag.* 465. §. 70. *ad* 79. *pag.* 466 §. 80. *ad* 8. XXXVII. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 467. §. 94. XLIV. Testis V. S. D. CONFES., & *Secret.* de prop. exp. *Sum pag.* 468 §. 100. *ad* 104. *pag.* 469. §. 105. *ad* 112. *pag.* 470 §. 113. *ad* 120., *pag.* 471. §. 121. & *seqq.* = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* II. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 472. §. 136. *pag.* 473. §. 137. *ad* 142. VIII. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 474. §. 143., & 144. IX. Testis de

prop.

prop. exp. *Sum. pag.* 474. §. 145. *&* 146. XIII. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 474. §. 149. *& seq.* XIV. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 474. §. 151. *&* 152., *pag.* 475. §. 154. XXXIV. Test. ex off. de prop. exp. *Sum. pag.* 476. §. 162. *ad* 164. *pag.* 477. §. 165. *& seq.* XXVI. Testis ex off. de prop. exp. *Sum. pag.* 477. §. 167. *ad* 172. = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* IV. Testis de visu *Sum. pag.* 480. §. 188. *ad* 193. XXXVIII. Testis de visu *Sum. pag* 481. §. 194. *ad* 196. XXIX. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 481. § 197. *& seq.* XXXIII. Testis de visu *Sum pag.* 481. §. 199. XXXVII. Testis V. S. D. Famulus de visu *Sum. pag.* 482. §. 203. L. Testis V. S. D. CONFES., *& Secret.* de prop. exper. *Sum. pag* 482. §. 204. *ad* 207. LI. Testis de visu *Sum. pag.* 482 §. 208. *ad* 210. *pag.* 483. § 211. *ad* 214.

362 Hæc quidem tanta sunt, ut Ligorii Charitas quemadmodum antea diximus charitati *SS. Thomæ de Villanova*, ac *Francisci Salesii* assimilari optime possit. De hoc enim legitur in ejus Bulla Canoniz. in Cod. pag. 360. quod *adeo parce comederet, ut senio, & infirmitate confectus uno, eoque modico ferculo mensam instrui permiserit, & œconomo secus cum precibus suadenti sæpius responderit, iniquum esse, ut servus pinguiori cibo, quam Domini sui pauperes vesceretur.* De illo autem, scilicet *S. Francisco* hæc habet sa. me Alexander VII. *in Cod. Canoniz. pag.* 374. *Hoc vere Charitatis ingenium est sibi detrahere, aliis addere &c. Imo supellectilem argenteam, candelabra, urceolos, annulum ipsum Pastoralem oppignoravit, ne pauperes dolerent. Dotem puellis, quam poterat amplam erogabat, ne ipsarum pudicitia periclitaretur &c. omnes demum egestate pressos non contracta manu solabatur, sed tam copiose, ut cum regionem late fames, & alimentorum inopia invasisset, neminem stipe frustratum prætermiserit, singulis egenis familiis certa tritici copia attributa.* Ac de S. Laurentio Justiniano ejus exhibent acta ad diem 5. *Sept.* quod *paterna omnes charitate allevabat, non renuens vel ære se alieno gravare dum illorum ne inopiæ deesset.*

363 Quis vero est qui non videat, planeque intelligat hasce Alphonsi eleemosynas heroicam illius ostendere Charitatem in Proximos? Ad rem scribit Benedictus XIV. *lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 36. ibi = *Eleemosynæ Pauperibus distributæ, subtractio rerum sibi necessariarum in adjutorium Proximo laboranti &c. tamquam argumenta, & signa HEROIC.Æ CORPORALIS CHARITATIS IN PROXIMUM passim leguntur in Relationibus causarum* S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis, S. Franciscæ Romanæ etc. SS. Petri de Alcantara, Paschalis Baylonii, Andreæ Avellini, Fœlicis a Cantalicio, Philippi Nerii, Cajetani, Joannis de Deo, Ludovici Bertrandi, Isidori, Hieronymi Æmiliani, Caroli Borromæi, Thomæ de Villanova, Francisci Salesii, aliorumque plurium, quos quidem laudatus Pontifex *loco proxime cit.* meminit, ac memorat.

364 Sed qui Proximum in fame, in siti, in nuditate juvit, juvit item in carcere. Antequam ad Episcopatum eveheretur carcere trusos visitare, eosque miseros homines impense solari, ac eorum corpora stipe, animas salutaribus monitis reficere consueverat. Episcopus ad suæ Diœcesis carceres identidem per hebdomadam, præsertim in Sabatho eleemosinam mittebat. Præter hæc quotidiana subsidia, ut eos e carceris squallore erueret, qui non habentes in ære luebant in corpore, eorum debita proprio sumptu dissolvens optata libertate donabat. Si vero in præsens tanta sibi copia deesset, quanta opus foret, apud illorum creditores toto conatu, studioque agebat, ut crediti summam imminuerent, quo facilius miserorum libertati consuleret. Non minori autem Charitate illorum animas misera-

tus duos identidem ad eos Canonicos mittebat, apud quos conscientiam expiarent. In id etiam Argentii carceri Oratorium adjungi sategit.

365 Pari Charitatis amore in quoscumque reos ferebatur. Aurigam olim sibi avenam furatum dimittere coactus familiari veste, stipe, ablataque avena donavit. Domesticum furem, ipso inscio, carceribus trusum omni officiorum genere apud Præsidem, proprioque ære carcere educi sategit, eductumque eleemosyna juvit. Quo tandem cetera hujusmodi omittam; tres Albanenses Milites capite damnatos ea qua pollebat apud Regem gratia, non modo e mortis faucibus eripuit, sed ab omni pœnarum genere absolutos triduo apud se ad eluendas animi sordes aluit, liberosque dimisit.

366 *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Famulus per postremos annos 25. de prop. exp *Sum. pag.* 456. § 5 *ad* 11., *pag.* 457. §. 12. *ad* 14., *pag.* 458. §. 15. *ad* 18. XXVIII. Test. V. S. D *Socius* de prop. exper. *Sum. pag.* 463. §. 62., *& seq.*; *pag.* 464. §. 64. *pag.* 464 §. 68. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de visu *Sum. pag.* 471. § 125. XVI. Testis de visu *Sum. pag.* 475. §. 156 *ad.* 159. *pag.* 476. §. 160., *& seq.* = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis V S. D. *Director* de prop. exper. *Sum. pag.* 478. § 175. = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* L. Testis V. S. D. CONFES., *& Secret.* de prop. exp. *Sum. pag* 482. §. 204.

367 Rarum profecto est multaque commendatione dignum hoc misericordiæ opus Carceratos invisendi, eorumque miserias larga manu sublevandi, propterea quod plerique mortalium ab iisdem miseriis avertuntur, eorum catenas erubescunt, ac vile consortium existimant; quemadmodum sibi accidisse enarrat Apostolus ad Timoth. II. *vers.* 15., *& 16.* = *Scis hoc, quod aversi sunt a me omnes, qui in Asia sunt, ex quibus est Phigelus, & Hermogenes. Det misericordiam Dominus Onesiphori domui, quia sæpe me refrigeravit, & catenam meam non erubuit.* Unde idem Apostolus ad Hæbreos scribens *cap.* 13. 3. hoc præsertim Misericordiæ opus commendat = *Mementote vinctorum tamquam simul vineti*, et de Tobia velut insuitatum, et heroicum facinus commemoratur, quod *pergebat ad omnes, qui erant in captivitate, & monita salutis dabat eis*, Tob. 1. 15. Idque Charitatis ostendere heroicitatem docet Bened. XIV. *lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 36 ibi = *Inter egregia opera Charitatis in Proximum quoad corporalia &c. frequentes Carcerum visitationes . . . . tamquam argumenta, & signa HEROICÆ corporalis CHARITATIS IN PROXIMUM passim leguntur in Relationibus Causarum.*

368 Verum non modo in Episcopatu, sed etiam in sua Congregatione commorans pari liberalitate in egenos ferebatur. Si alterius Congregationis domus inopiam audiret, proprio censu eam levare satagebat. Nondum enim electus Episcopus, et Episcopatu abdicato per postremos vitæ annos ad suos reversus proprios census vel e Neapolitano Doctorum Collegio, vel e suo nobili *Portæ novæ* Sedili, vel e Pontificia pensione sibi obventos, partim in Domorum subsidium, partim in Missionum expensas, partim in alendos pauperes insumebat. Præter hanc stabilem suorum censuum partitionem, si quia Domus, vel Regni, vel Pontificiæ Ditionis rei familiaris premeretur angustia, ejus paterna Charitas occurrebat. Anno 1780. ad sublevandam Phrusynonensis Domus egestatem ipsa sua mensalia arma divendidit, imo vel necessarium cocholatæ, et Currus usum sibi seni, morbisque fracto præscriptum interdixisset, quo illius domus levaret inopiam.

369 Sed, ut quoscumque egenos nostra complectatur oratio, ab ipsis Congregationis incunabulis in summa licet rerum omnium inopia extremaque ege-

egestate, semper Collegiorum suorum fores quibuscumque pauperibus apertas voluit, illud suis identidem usurpans = *Si liberales cum pauperibus eritis, liberalis et Deus erit in vos* = Nec defuit dicto fides. Numquam enim suis necessaria defuere, ipsaque Congregatio magis in dies incrementum accepit. Aucto Collegiorum numero quam maxime vigilabat Alphonsus, ut singularum Domorum Rectores liberales erga pauperes essent, et si quos minus in id diligentes rescivisset censorem addebat, sufficiebatque alterum liberaliorem in pauperes. Suæ item Congregationis domos non modo egenis, sed quibuscumque hospitibus, advenisque patere voluit. Ipse vero proprios census in tollendis scandalis, egenisque sublevandis impendebat. Illas præsertim fœminas, puellasque secreta stype juvabat, ac dictim alebat, quibus pudor mendicare vetabat, vel quibus egestas aut impedimento ad conversionem, aut ad vomitum erat ineiramento.

370 Post Episcopatus abdicationem nil magis socio suorum censuum administratori commendabat, imo vero jubebat, quam ut præter statam in hebdomada publicis eleemosynis diem, cuicumque petenti de suo stypem elargiretur; illud frequenter repetens se, egenorum instar, una nigri panis offa contentum esse, cetera pauperibus distribuenda. Sæpe inter edendum jentaculum, vel quid aliud obsonii sibi cibum subtrahebat, ut pauperum refectio fieret. Præter quotidianas hujusmodi eleemosynas innumeræ propemodum erant familiæ, quas ipse per fidum socium Franciscum Antonium Romito secreta eleemosyna in singulos menses assignata, juvabat. Sic item domo egrediens pauperum turmis stypem elargiebatur. Quum vero per totum Regnum Charitatis laude celebraretur, ad eum Nucerini non modo, sed exteri quoque egeni accurrebant, quibus singulis Alphonsi Charitas præsto erat. Præceteris vero ab Agathensi Diœcesi famelici egenique sæpe ad suum olim Pastorem, tunc amantissimum Patrem adveniebant, quos ipse locupletiore pecuniæ vi donari jubebat. Imo vero fere totam Episcopalem pensionem sibi a Pontifice assignatam quotannis ad Agathensem Urbem mittebat, vel in pios usus, vel in certas eleemosynas insumendam.

371 *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Famulus de prop. exp. *per postremos annos* 25.. *Summ. pag.* 455. §. 1., *pag.* 460. §. 37. *ad* 41. X. Testis V. S. D. Socius de prop. exp. *Sum. pag.* 461. §. 42. *ad* 45. XI. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exper. *Sum. pag.* 461. §. 46. *ad* 48. & *pag.* 462. §. 50., & *seq.* XII. Testis de visu *Sum. pag* 462. §. 55. XXVII. Testis de visu *Sum. pag.* 462. §. 56. XXVIII. Testis V. S. D. Socius de prop. exper. *Sum. pag.* 463. §. 60., & 61., & *pag.* 464. §. 65., & §. 69., & *pag.* 466. §. 83. XXXIII. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 466. §. 84., & §. 88. & 89. *pag.* 467. §. 90. XXXV. Test. V. S. D. CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 467. §. 91. & 92. XXXVII. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 467. §. 93. & §. 95., & 96. = *Ex Proc. Apost, S. Agathæ* I. Test. de visu *Sum. pag.* 471. §. 126. *ad* 128. *pag.* 472. §. 129. & 130., & §. 134., & *seq.* = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 478. §. 173. & §. 176. *ad* 178. *pag.* 479. §. 179. & 180. II. Testis V. S. D. *Director*, & CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 479. §. 181. *ad* 184. V. Testis de visu *Sum. pag.* 479. §. 185., & *pag.* 480. §. 186., & *seq.* = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* XXXVII. Testis de visu *Sum. pag.* 481. §. 200., & *pag.* 482. §. 201. & *seq.*

372 Quamobrem dicere jure merito poterat Alphonsus cum Job. 29. 11. *Auris audiens beatificabat me, & oculus videns testimonium reddebat mihi*; eo quod

quod liberassem pauperem vociferantem, & pupillum, cui non esset adjutor &c. Pater eram pauperum, & causam, quam nesciebam diligentissime investigabam.

373 Eodem Charitatis fervore, quo famelicos, nudosque, infirmos etiam Proximos est prosecutus Alphonsus. Miseratio quippe erga infirmos secum ab infantia adolevit. Vix egressus ab ephebis, licet splendido loco natus, ac jurisprudentiæ laude celebratus in Patria quotidie Neapolitanum Incurabilium Nosocomium frequentare solebat, ibique in ægrotis Christum intuens raro exemplo, ac intimo Charitatis sensu iis cibum ministrabat, lectulos componebat, dulci solabatur eloquio, et larga in omnibus subsidia ferebat. *Sum. num.* 7. & 8.

374 Inter Missiones habendas ad ægrotos accitus pauperum tugutia, et casas licet sordibus horridas libenter obibat, eosque præsentia, monitis, atque stype juvabat, imo ad ipsum vitæ exitum precibus communibat. In Congregatione degens tempus relaxandis animis datum, Sodalibus ægrotis invisendis, solandisque tribuebat. Nil magis vigilavit unquam, quam ut ægrotantium statui accomodatæ dapes apponerentur, ac quibuscumque posthabitis expensis necessaria pharmaca præberentur. Pari Charitate erga Sodales infirmos cæteros Domorum Rectores exoptabat, imo vero jubebat. Exquisita tandem diligentia utebatur, ut lethaliter egrotantes Sacramentis oppurtune munirentur, quæ frequenter ipse propriis manibus ministrabat, eorumque agoni assidebat.

375 Ad Episcopatum evectus, vel in Agathensi Urbe, vel Argentii moraretur, quotidie ab ædituis, et Parochis ægrotorum notulam exigebat, ut ipse pomeridianis horis absque ulla personarum acceptione eo se conferret, ac spirituali, et temporali ope juvaret. Famulum quoque, sociumque eo item visitatum mittebat, ut inde reversi nunciarent Antistiti, quo in statu quisque versaretur æger, et cujus rei indigeret. Per Parocos etiam ægrotis bellaria, cupedias, et pharmaca persolvebat. Si aliquando vel situs incommoditas, vel loci fœditas sibi objicierentur, *aiet*, respondebat ipse, *sunt a Pastore invisendæ*. Pari Charitate singulos Diœcesis ægrotos, egenosque a Parochis resciens stypem ad eos mittebat.

376 Post Episcopatus abdicationem ad suos reversus sueta Charitatis officia erga ægrotos Sodales repetiit, ac ita repetiit, ut in postremis vitæ annis ne gressum quidem per sese movere valens aliena substentatus ope infirmorum cubicula adiret = *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Famulus de prop. exp. per postremos annos 25. *Summ. pag.* 455. §. 2. & 3. *pag.* 456. §. 4. *ad* 7. XI. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 462. §. 51. *ad* 53. XXVIII. Testis V. S. D. Socius de prop. exp. *Sum. pag.* 464. §. 66., & 67. XXXIII. Testis de prop. exper. *Sum. pag.* 466. §. 85. *ad* 87. XXXVII. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exp. *Summ. pag.* 468. §. 97. *ad* 99. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de visu *Sum. pag.* 471. § 124., & *pag.* 472. §. 131. *ad* 133. XIV. Testis de prop. exper. *Summ. pag.* 474. §. 153. XVI. Testis de visu *Summ. pag.* 475. §. 155. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis V. S. D. *Director* de visu *Sum. pag.* 478. §. 174.

377 In hujusmodi autem V. S. D. assiduis ægrotorum visitationibus, ac heroico, et incredibili Charitatis fervore præclara heroicæ in Proximum Charitatis argumenta clarescunt, juxta Ecclesiastic. 7. 39. *Non te pigeat visitare infirmum; in his enim in dilectione firmaberis*, et ibi Cornel a Lapide: *Hæc enim sunt officia, & actus dilectionis &c. infirmi infirmitas firmat infirmam Charitatem &c. Charitas per actus misericordiæ, & pie-*

ta-

tatis nutritur, augetur, & roboratur &c. Dicet hic quam utile, & sanctum sit visitare infirmos, quod enim infirmis fit, Christus sibi factum extimat &c. Quo circa S. Bonaventura *in stimulo Divinis Amoris* cap. 1. *Cur*, inquit, *Anima tota die anxiaris post Christum? indicabo tibi, quem diligit anima tua. Certe in Infirmaria jacet, & ibi angustiatur, ibi torquetur. Curre, & tibi ministra, tibi compatere infirmanti.* Et in *Isaiæ cap. 38. in fin.*, & *Jac. 1. 27.* ubi plura sanctorum exempla recenset. Et in *Epistola 1. ad Corint. 13. 5.* bene illud etiam, et accomodate ad rem ponderat, quod: *Charitas nihil putat sibi esse dedecus, vel indecorum, licet vile, licet ignominiosum, aut contumeliosum quid patiatur, vel agat.* Ac pro coronide Bened. XIV. *lib. 3. cap. 23. num. 31. & sub num. 36.* ibi = *Inter egregia opera Charitatis in Proximum quoad corporalia continuæ visitationes infirmorum, servitium Hospitalibus præstitum, morbi ex ea causa contracti, non intermissa ob eam rem ægrotorum cura, tamquam argumenta, & signa HEROICÆ CORPORALIS CHARITATIS in proximum passim leguntur in relationibus Causarum S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis &c.*

378 Quæ cum ita sint concludere jure merito possumus, quod in V. Antistite Ligorio = *Quasi sydus matutinum præcipue resplenduerat Charitas*; uti de S. Francisco Xaverio legitur in ejus Bulla apud *Fontanin.* §. 1.

379 Sed ad Cardinales Virtutes gressum faciamus.

DE VIRTUTIBUS CARDINALIBUS

& *Primo*

DE HEROICA V. S. D. PRUDENTIA

380 Postquam Theologales Virtutes ad heroicum usque gradum Ven. Alphonsum exercuisse probavimus, necessario consequitur eodem quoque gradu Cardinales exercuisse. Nam hæ virtutes arcto vinculo, et cognatione quadam cum Theologicis connectuntur, præsertim vero cum Charitate, per quam eas in animam infundi docet S. Thomas *1. 2. quæst. 65. art. 1., & 3. in corp.*

381 Inter omnes autem Cardinales Virtutes Prudentia principem locum tenet, cum cæterarum Regina ea sit, Moderatrix, et Auriga virtutum; unde S. Bernardus *Serm. 49. in Cant.* scribit *Prudentiam non tam esse virtutem, quam Moderatricem, & Aurigam virtutum.* Nam ut idem S. Thomas *loc. cit. q. 66. art. 3. ad 3.* pulcherrime exponit, prudentia morales virtutes dirigit in eligendis iis, quæ sunt ad finem; unde cum finis cujuscumque virtutis moralis sit attingere medium, illudque determinare juxta rectam Prudentiæ rationem, hinc virtutibus aliis moralibus finem, et media ab ipsis prosequenda prudentia proponit.

382 Præcipuum Christianæ prudentiæ munus est respicere, tanquam terminum, ultimum supernaturalem finem; *siquidem in genere actuum humanorum causa altissima est finis communis toti vitæ christianæ, & hunc finem intendit Prudentia*, ut inquit S. Thomas *quæst. 47. art. 2.* Nam hoc inter Prudentiam carnis, christianamque prudentiam discrimen interest, quod illa temporalia bona tamquam finem; hæc ultimum finem supernaturalem, Deum scilicet intueatur. Unde S. Augustinus *lib. 83. quæstionum quæst. 66.* scri-

66. scribit = *Eadem anima, cum inferiora appetit, prudentiam carnis habere dicitur, cum superiora, prudentiam spiritus.*

383 Carnis Prudentiam a se procul arcuisse Ligorium tota illius vitæ series loculentissime docet. Ab infantia enim Deum timere cæpit. Splendidissimo ille loco natus, ingenio sublimi natura præditus, a sæculi illecebris, chorels, spectaculisque abhorrens, oratione, secessu, jugi Eucharistiæ adoratione, Deiparæ amore, et obsequio, conscientiæ puritate, Sacramentorum frequentia, ægrotis publice inservlendis, et pœnitentiæ studio delectabatur, ita ut jam tum ab adolescentia Sanctitatis Fama celebraretur, ipsosque Ecclesiasticos in sui traheret admirationem *Sum. num. 8. de Adolescentia*. Quid vero adolescens hic tam pius, tam Integer vitæ, scelerisque purus, nisi summam prudentiam ostendit? juxta sensum *Hierem. in Thren. 3. 27.* = *Bonum est viro cum portaverit jugum ab adolescentia sua* = et juxta monitum S. Ambrosii *Psalm. 117. term. 19.* ibi = *Qui a juventute jugum, & habenas maturi moderaminis teneriore volens collo subdiderit, sedebit singulariter remotus a strepitu interpellantium, & quietus silebit*; et hoc ad Prudentiæ vlrtutem adscribunt D. Anton. *in Summ. pag. 4. tit. 2. cap. 3. §. 4. Rota in relat.* Causæ S. Thomæ de Villanova *apud Contelor. pag 554. in princip. & in relatione causæ S. Ludovici Bertrandi tit. de Prudentia sub init. S. Francisci Borgiæ art. 3. de quat. Virtut. Cardin. sub. § Quod autem, & S. Petri Regalati eodem tit. de Prudentia §. Hoc igitur.*

384 Sed prudens adolescens non modo Divinæ Legis mandata servavlt, sed ut centuplum reciperet, avitis familiæ divitiis, ac primogenitis, arridentis sibi Fori honoribus, splendidissimis nuptiis a Patre paratis in ipso juventutis flore valedictis, Ecclesiæ nomen dedit (*Sum. num. 8.*) imo vero Evangelica sectatus consilia, posthabitis naturæ vocibus, obstaculis, sæculique irrisionibus vili indutus tunica Patriam, Parentesque reliquit, ut se totum animarum saluti manciparet (*Sum. num. 9.*) Inficiari autem nemo poterit, quin in hoc præclarissimo actu Prudentia eluxerit quodamodo æconomica; quippe qui temporalia reliquit, ut centuplum in æterna vita reciperet, juxta Domini promissionem *Matth. 29.* = *Omnis qui reliquerit Domum, aut Sorores, aut Fratres, aut Matrem &c. aut agros propter nomen meum centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit* = unde S. Gregorius Nazianzenus *in orat. de laudibus S. Basilii* ad rem concludit, quod *illi vere prudentes censeri debent, qui se ipsos a Mundi segregant consortio, & vitam suam Deo consecrant*; Et ponderarunt Auditores Rotæ *in Relationibus Canonizationum S. Thomæ de Villanova apud Contelor. pag. 554. ad fin. S. Francisci Borgiæ part. 2. art. 3. §. Quod autem, S. Petri Regulati hoc tit. §. Hunc autem, S Aloysii Gonzagæ hoc tit. in princip. & S. Catharinæ de Riccis hoc eod. tit. sub init.*

385 Neque hic Prudentiæ finis. Heroicæ enim Prudentiæ fuit ad ultimum finem respicere, et exacta, singulari, ac prorsus heroica observantia tum Dei mandata, tum suscepti Instituti regulas custodire, ceu tum *tit. de Charit. in Deum* probavimus, tum *tit. de Justitia* fusius disseremus. Et sane Regius Vates de hac peculiari Prudentia agens Domino cecinit = *Psal. 118. 96.* = *Prudentem me fecisti mandato tuo*. Heroicæ Prudentiæ fuit inter Mundi strepitum, quo ob Apostolicum et pastorale munus versari oportuit, illibatam illam conscientiæ puritatem servare, qua omnes omnino sui Confessarii sancte affirmarunt nunquam in ejus Confessionibus absolutionis invenisse materiam; Eumque immaculatam Baptismi stolam, ut acceperat, Deo reddidisse. *Tit. de Charit. in Deum* = dicente Divino

Ora-

Oraculo *Proverb.* 2. 3. *&c.* = *Si inclinaveris cor tuum prudentiæ . . . intelliges timorem Domini, & scientiam Dei invenies . . . . Tunc intelliges justitiam &c. & omnem semitam bonam.* Heroicæ prudentiæ fuit asperam eligere viam, pauperrimam, ac pœnirentiis, fame, siti, vigiliis, itineribus ærumnosissimam; ex *Tit. de Spe, & seq. Tit. de Fortitud.*, uti observat Card. de Laurea *disput.* 32. *de virt. heroic. art.* 13. *n.* 404. ibi = *Nec enim Prudentia carnis, nec Prudentia christiana communis dictant asperiorem consiliorum viam, extremam paupertatem, perfectissimam sui abnegationem, sola PRUDENTIA EMINENS, ET HEROICA tam aspera media potest dictare, ut paret in Sanctis Hilarione, Antonio, Benedicto, Dominico, Francisco, qui ex dono consilii, et habitante in eis Spiritu Sancto illa ut tutissima selegerunt ad æternam felicitatem adipiscendam.*

386 Heroicæ Prudentiæ fuit (verbo ut omnia complectar) cunctas actiones suas, dicta, gesta, facta, sermones ad ultimum dirigere finem. Hinc caute, miraque circumspectione quodcumque aggrediebatur opus; Hinc asperum sibi propositum vitæ genus patiens prudensque tulit veluti medium ad ultimum finem assequendum; Hinc denique omnia sua dicta, atque facta moderabatur, ut in omnibus unam Dei gloriam ante oculos sibi habere propositam intuentibus appareret = *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Famulus de prop. exp. per postremos annos 25. *Sum. pag.* 484. §. 1. *& seq. &* §. 7. *&* §. 12. *&* 13. XI. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 486. §. 27. *ad* 29. 34. *&* 35. XXVIII. Testis V. S. D. *Socius* de prop. exp. *Sum. pag.* 488. §. 54. *& seq.* XXXV. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 489. §. 69. XXXVIII. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exper. *Sum. pag.* 491. §. 83. *ad* 85. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis *V. S. D. Director* de prop. exp. *Sum. pag.* 497 §. 128. *ad* 131 II. Testis V. S. D. *Director*, & CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 500. §. 146. V. Testis de visu *Sum. pag.* 500. §. 153. XXI. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 501. §. 158., *& seq* = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* XXIII. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 502. §. 162. *& seq.* XXXIII. Testis de visu *Sum. pag.* 503. §. 170.

387 Id aurem heroicam Prudentiam sapit. Nam ut inquit S. Thomas 1. 2. *quæst.* 61. *art.* 5. = *Prudentia, quæ sola divina intuetur est virtus purgati animi propria Beatorum, et aliquorum in hac vita PERFECTISSIMORUM;* et 2. 2. quæst. 47. art. 1. = *Principalis Prudentiæ actus est præcipere disponendo, et ordinando media aptiora pro assecutione finis.* Unde *Deuteronom.* 32. Peccatores dicuntur imprudentes quod ultimum finem minime attendant = *Gens absque consilio, ac prudentia, utinam saperent, ac intelligerent, et novissima providerent.*

388 Quamquam vero Ven. Alphonsus in omnibus operibus, verbisque irreprehensibilis forer, licet Sanctitatis Fama ubique floreret, licet in utroque jure, ac in Theologicis rebus, sacrisque scripturis apprime versatus esset, licet eximius ab omnibus animarum Director haberetur, sui tamen omnino diffidens nil umquam aggrediebatur, quin aliorum consilium expeteret.

389 Hæc profecto prudentissima agendi ratio in sua instituenda Congregatione maxime enituit. Quamvis enim opus quod moliebatur ad majorem Dei gloriam, et animarum salutem profuturum optime intelligeret, illud tamen haud prius aggressus est, quam a summis viris P. Thoma Pagano Congregationis Oratorii, quo conscientiæ urebatur interpetre, P. Ludovico Fiorillo e Prædicatorum Ordine sanctitate celeberrimo, necnon Stabiensium Antistite Falcoja e Piis Operariis asceticis in rebus peritissimo

opem, et consilium expetivisset. Novo autem Instituto tam sapienter regulas accomodavit, ut æter. me. Bened. XIV. plenam probationem promeruerit, ceu constat ex *Sum. num 9. per tot. de Fundatione*.

390 Pari usus prudentia, vel in gubernanda Congregatione a suo Directore, Vicario, et Consultoribus, vel in definiendis Episcopatus negociis a Synodalibus Examinatoribus, aliisque summis viris doctrina præstantibus, vel in ipso denique abdicando Episcopatu a suæ Congregationis Vicario, et ab Aversano Antistite Borgia consilium expetiit. Nil item frequentius a Testibus edisclmus quam ipsum in quacumque aggredienda re præter prudentum consilia lumen a Deo petere, suas animi anxietates Directori aperire, et ab ejus nutu pendere fuisse solitum.

391 *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Famulus de prop. exp. *per postremo 1 annos* 25. *Sum pag.* 484. §. 8., *pag.* 485. §. 17. & 18. 19. XI. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exper. *Sum. pag.* 486. §. 33. & §. 36. & *pag.* 487. §. 45. XXVIII. Testis V. S. D. Socius de prop. exp. *Sum. pag.* 488. §. 53. XXXV. Testis V.S.D. CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 490. §. 77. & *seq.*, *pag.* 491. §. 79. XXXVIII. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exper. *Sum. pag.* 492. §. 92. *ad* 94. XLIV. Testis V. S. D. CONFES. & *Secret.* de prop. exp. *Sum. pag.* 493. §. 102. *ad* 104. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de visu *Sum pag.* 494. §. 108. & *seq.* XI. Testis de prop. exp *Sum. pag* 495. § 117. XVI. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 496. §. 120. & 121. XXXIV. Testis ex off. de prop. exp. *Sum. pag.* 496. §. 123. XXXVI. Testis ex off. de visu *Sum. pag.* 496. §. 125 = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis V. S. D. *Director* de prop. exp *Sum. pag.* 498. §. 135. II. Testis *V. S. D. Director*, & CONFES. *Sum. pag.* 500. § 152. V. Testis de visu *Summ. pag.* 501. §. 156. XI. Testis de visu *Sum. pag. cit.* §. 157. XXI. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 501. §. 160. & *seq.* = *ExProc Ord. S. Agathæ* XXXIII. Testis de visu *Summ. pag.* 502 §. 165. XXV. Testis de visu *Sum. pag.* 502. *post* §. 168. XXXIII. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 503. §. 175. alibique.

392 Id autem exquisitæ, ac prorsus heroicæ prudentiæ actus est. Nam ut observat Card. Bona de discret. spirit. *cap.* 8 § 2. *num* 5. = *Instinctus Dei animam docilem facit, aliorumque sententiæ, & consiliis acquiescentem*. Idque docet Card. de Lauræa *in* 3. *sentent. tom.* 12. *diput.* 32. *art.* 13. *num.* 386. = Maderna *Theol tom.* 2. *tract.* 6 *quæst.* 3. *art.* 7. *Scacchus de not. & sign. sanct. sect.* 4. *cap.* 1. *pag.* 230. Bened. XIV. *lib.* 3. *cap.* 24. *num.* 7.

393 Omnia item quæ hominibus incitamento esse solent, quibus a recta vitæ semita declinant, opes, honores, laudes prudenti ratione vitavit, omnesque mundi, ac Inferni hostis artes mire delusit. Ab opibus aufugiens rigidissimam paupertatem Deo vovit, perpetuoque servavit (*Sum. n.* 23.) Honores adeo odit, ut de illis abdicandis votum emiserit (*Sum. num.* 9.) Inter plausus humilitatem, inter irascendi occasiones mansuetudinem, inter adversariorum insectationes heroicam in eos charitatem, inter tentationes, ipsaque Dæmonis spectra majorem in Deo spem, fideinque semper ostendit, quemadmodum partim diximus, partim suo loco dicemus.

394 Spiritus Prudentia ductus Episcopale munus suis expendens momentis ab eo, tetro veluti mortis horrore, refugiebat. Quoties enim sibi oblatum (oblatum est autem sæpius, tum a gl. me. Carolo III. tunc utriusque Siciliæ Rege, tum a Cardinali Spinellio seniore, tum a Puteolano Antistite Rosa Cappellano Majore) toties constantissime recusavit. Agathensis Epi-

sco-

scopus a Pontifice Clemente XIII. renunciatus se tanto muneri imparem profitens apertissime renuit. Pontificio vero adactus præcepto tanto est effectus dolore, ut præ angustia lethalem in morbum inciderit *Sum. pag.* 135. §. 44. *pag.* 137. §. 61. *pag.* 139. §. 78. *pag.* 140. §. 86. *pag.* 144. §. 114. *pag.* 145. §. 119. *pag.* 150. §. 156. *pag.* 165. §. 271. *pag.* 166. §. 275. *et in Sum. per tot. num.* 10. = Post annos tres ab Episcopatu ex obedientia suscepto ejus dimissionem ab eodem Pontifice Clemente XIII. supplex expetiit. Spe sua frustratus easdem preces apud Clementem XIV. reiteravit, gravem ætatem, habitualesque morbos incusans. Eo autem ob illius sanctitatis famam renuente, et ad Pontificatum evecto Pio VI. apud ipsum quoque muneris abdicationem eo usque satagit donec voti compos fuerit effectus *Sum. pag.* 136. §. 52. *pag.* 141. §. 92. *& in cit. Sum. num.* 10. Dimisso autem Episcopatu se a gravi onere subtractum existimabat, ac pectoralem Crucem sibi ante valde onerosam, levem evasisse lætus ajebat. *Sum. pag.* 143. §. 165. *& in cit. Sum. num.* 10. *per tot.*

395 Quorsum hæc tanta ab Episcopatu aversio, ac repugnantia? quia scilicet agnoscebat Prudentia sua quantum impenderet onus Episcopis, quantum proinde esset hæc dignitas formidanda, illud sciens quod S. Bernardus monuit *serm.* 12. *super cantic. Fratres revereamur Episcopos, sed vereamur labores eorum: si labores pensamus non affectamur honores.* Hinc Auditores Rotæ eximiam judicarunt Prudentiam *S. Thomæ a Villanova*, quia scilicet Archiepiscopatum Valentinum, quoad potuit, recusavit, quemadmodum legitur in Relatione ejus causæ penes Contelor. *de Canoniz. Sanct. pag.* 577.

396 Otium vitiorum causam, et fomitem adeo semper odit, et arcuit ut singulare, ac prorsus heroicum posteris reliquerit imitandum exemplum. Raro enim imo nova, et arduo se voto obstrinxit numquam inutiliter terendi tempus, sed aliquid semper ad Dei gloriam agendi. Quamobrem videres illum, vel Missionarium, vel Episcopum per singula momenta aut moderandis animabus, aut concionibus habendis, aut asceticis, moralibus, dogmaticis libris elucubrandis, aut fundendis precibus addictum. Et sane eam temporis semper rationem habuit, ut ne particula quidem diei ulla vacua sibi, atque otiosa difflueret. Hinc in ipsis postremis vitæ annis amissa visus facultate, vel in audienda sacra lectione, vel in salutaribus monitis tradendis, vel in fundendis Deo, et Deiparæ precibus tempus insumebat. In id vero tam religiosus extitit, ut si mensæ accumberet, vel ad quietem corpus componeret, vel spatiandi causa a medicis jussus rheda veheretur, orationi, aut devoti alicujus libri lectioni incumberet.

397 Evangelicam quoque sibi proponens regulam, quod in multiloquio non deerit peccatum, nunquam nisi vel ad proximorum salutem, vel ad Dei gloriam loquebatur. Qua de re per illud ipsum, quod Sodalibus ad animos relaxandos a prandio, cænaque tempus dabat, spirituales ipse sermones ingerere satagebat, vel remotus ab arbitris oratum secedebat. Sic item sive Episcopus, sive Missionarius dum ad se venientes audiret ab inutilibus verbis abhorrens, dato interrogationi responso, apertaque animi sui sententia, et consilio, scisciabatur, an aliquid præterea sibi studio incumbenti dicendum superesset, vel alio sermonem divertens adstantem dimittebat.

398 *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Famulus de prop. exp. *Sum. pag.* 484. *ante* §. 3. *pag.* 485. §. 14. *ad* 16. XI. Testis V. S. D. CONFESS.

de prop. exp. *Sum. pag.* 486. §. 28. 30. *ad* 32. XXVIII. Testis V. S. D. Soclus de prop. exp. *Summ. pag.* 488. §. 58. *ad* 60. XXXIII. Testis de visu *Sum. pag.* 489. §. 61. 67. *&* 68. XXXV. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 490. §. 75. *& seqq.* XXXVIII. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 492. §. 90., *& seq.* XLIV. Testis V. S. D. *Secret.*, *&* CONFES. de prop. exper. *Sum. pag.* 492. §. 97. *pag.* 493. §. 100. *& seq.* = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de prop. exper. *Sum. pag.* 404. §. 113. XI. Testis de prop. exp. *Summ. pag.* 495. §. 116. XVI. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 496. §. 29. XXXIV. Testis de off. de prop. exp. *Sum. pag.* 496 §. 124. XXXVI. Testis ex off. de prop. exp. *Sum. pag.* 497. §. 126. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis *V. S. D. Directo* de prop. exp. *Sum. pag.* 497. §. 131., *& pag.* 498 §. 134. II. Testis V. S. D. *Director & CONFES.* de prop. exp *Summ. pag.* 500, §. 147. 148., *&* 151. = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* XXIII. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 502. §. 163 XXV. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 502. §. 167. XXXIII. Testis de visu *Sum. pag.* 503. § 171., *&* §. 174.

399 Hæc porro otii, et insipientis, inutilisque conversationis fuga singularem redolere Prudentiam quis facile agnoscit. Prudentia enim edocet magni tempus facere, eoque uti ad spiritualia comparanda lucra, velut monet Apostolus *ad Galat. 6. vers. 9. Bonum autem facientes non deficiamus: tempore enim suo metemus non deficientes. Ergo dum tempus habemus operemur bonum*; et ad Ephes. 5. 15. = *Videte itaque fratres quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Dei.* Similem vero Prudentiam jure tamquam heroicam commendarunt Rotæ Auditores in Causa S. Isidori Agricolæ, et cum iis Benedictus XIV. *lib. 4. cap. 24. num. 8. post med.* ibi = *Quod per eum electo Agricolturis officio honesto, & laborioso, ut se, & familiam suam alere posset, sic horas diei distribuit, ut primas matutinas Missæ audiendæ visitandis Ecclesiis ferventissimæ orationi, colendoque Deo applicaret, & reliquum diei tempus culturæ designaret.*

400 Eodem profecto horrore quo otium, mendacium quoque, et simulationem aufugit. Per Evangelicæ enim veritatis semitas incedens nullis unquam mundanæ Philosophiæ mediis, nulloque humano respectu ducebatur, nihil denique fingebat verbis, sed quæ sentiret, vere, ac libere fatebatur. Lingua, oculis, vultu, tota demum agendi ratione sinceræ, ingenuæque mentis indolem præferebat, Quemadmodum in sequenti *Tit. de Justitia* ostendemus.

401 Simplicitatem autem Prudentiæ esse partem luculentissime patet ex S. Gregorii verbis *lib. 10. in v. 42. Job.* ubi heroicæ prudentiæ effectus explicans inquit; *Hæc sunt in quibus ordinata mens ad CULMEN provehitur PRUDENTIÆ, ita nempe sunt studia ipsius, ut videlicet caveat quidquam per ostentationem fingere, sed tentam verbis simpliciter aperire, vera ut sunt diligere, falsa devitare &c.* Quamobrem docet Benedictus XIV. *lib. 3. cap. 24. num. 11. in fin.* = *Ad complementum PERFECTÆ PRUDENTIÆ Simplicitas necessaria esse videtur; vera autem cordis Simplicitas in hoc consistit, ut exclusa quacumque duplicitate, qua quis aliud in ore, aliud habet in corde, in omnibus, & singulis actibus nihil proprium quæratur; sed aut Dei gloria, aut Proximorum salus, aut utrumque.* Et num. 12. in fin. narrat, quod *in relat. Causæ S. Philippi Nerii ille.* de Simplicitate *postquam dictum fuit eum præditum fuisse maxima Prudentia, transito facto ad simplicitatem refertur ex ejus ore pu-*

ram

ram semper veritatem absque ulla fictione, aut dolo auditam fuisse, mendacia prorsus horruisse.

402 Hactenus de prudentia *Particulari*, quæ ad sui ipsius regimen spectat, pauca modo de *comuni*, quæ in aliis moderandis versatur. Admirabilis porro extitit in animabus ad perfectionis itet dirigendis. Asceticas collocutiones haud publice, sed privatim habebat, sociosque suos commonebat ad unam Dei gloriam, numquam ad inutilia sermonem dirigere, ac extra pœnitentiæ tribunal numquam prolixe loqui, Uniuscujusque personæ conditioni, et necessitati necessaria monita accomodabat. Nihil ad assentationem, et gratiam concedebat, sed juxta evangelicas semitas animas dirigebat. Hacce porro Prudentia innumeros ad perfectionis apicem adduxit, innumerosque licet obstinatos peccatores ad Deum convertit. Quo factum ut ipse publice a summis, doctisque viris *Director Directorum* appellaretur. Constant hæc partim ex superiori *Tit. de Charit. in Prox. quoad spirit.*, et ex seq. *Tit. de Fama in vita*, et partim probant Testes = *Ex Proc. Apost. Nuc.* XI. Testis V. S. D. CONFES. de visu *Sum. pag.* 486. §. 31., *& pag.* 487. §. 41. *ad* 44. XLIV. Testis V. S. D. *Secret.*, *&* CONFES. de prop. exper. *Sum. pag.* 404 §. 107. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis V. S. D. *Director* de prop. exper. *Sum. pag.* 498. §. 137., *& pag.* 499. §. 142., *& seq.* II. Testis V. S. D. *Director*, *&* CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 499. §. 144.

403 Qua de re et singuli, et universi omnes merito arbitrabantur fuisse Alphonsum *Consilii* dono ditatum. Nam licet cœnobiticam vitam ageret, tanta rerum experientia pollebat, ut de vocationis electione, vel de arduis aggrediendis negociis, vel de moderandis Populis, aut Familiis requisitus tam apta consilia, responsaque dabat, ut ea executa optimum sortirentur effectum. Hinc non uni infimæ plebis homines, sed imprimis docti, et S. R. E. Cardinales, Episcopi, Presbyteri, Urbium Proceres, ac Regii Consiliarii eum vel coram, vel scripto consulere satagebant. Memorantur præceteris Cardinales Spinellius Senior, Sersale, Castellus, aliique multi, necnon sa. me. Clemens XIII., qui ipsum tum voce quamdiu Romæ fuit, tum per Epistolas de gravioribus Ecclesiæ rebus consulere consuevit (ut in *Sum. num.* 10., *et in seq. Tit de Fama in vita*) Ad suos tandem reversus, senioque confectus a summis quotidie viris consulebatur, qui non modo illius sanctitatem, miramque prudentiam deprædicabant, sed eum quoque *aevi oraculum*, ac *boni Consilii Angelum* per adagium nuncupabant.

404 *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Famulus de prop. exp. per postremos annos 25. *Summ. pag.* 484. §. 9. XXVIII. Testis V. S. D. Socius de visu *Summ. pag.* 487. §. 48. XXXV. Testis V. S. D CONFES. de prop. exp., et visu *Summ. pag.* 490. §. 71. *&* 72. XXXVIII. Testis V. S. D. CONFES. de visu *Sum. pag.* 491. §. 82., *& pag.* 492. §. 95. XLIV. Testis V. S. D. *Secret.*, *&* CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 493. §. 105., *& pag.* 494. §. 106. *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de visu *Sum. pag.* 495. *sub init.* IV. Testis de prop. exp. *Sum. cit. pag.* 495. §. 114 VIII. Testis de visu *Sum. pag.* 259. §. 223. XVI. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 496. §. 122. XXXIV. Testis ex off. de prop. exp. *Sum. pag.* 496. *post* §. 124 = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis V. S. D. *Director* de prop. exp. *Sum. pag.* 498 §. 136., *&* §. 138., *& pag.* 499 §. 139. *ad* 142. = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* XXIII. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 502. §. 166.

405 Sublimis ergo V. Ligorii Prudentia fuit per consilii donum, ut enim ait S. Thomas 2. 2. *quæst.* 52. *art.* 2. *ad* 3. *Mens humana ex hoc ipso, quod*

diri-

dirigitur a Spiritu Sancto per donum Consilii sit potens dirigere se, & alios, necnon Bened. XIV. *cit. lib. 3 cap. 24. num. 9.* heroicæ adscribit Sanctorum Prudentiæ, *quod salubria consilia præstiterunt, quorum ope peccatores ad Deum conversi sunt, vel boni mirabiles progressus in Christianarum virtutum exercitio fecerunt.* Unde de Ven. Ligorio dicere liceat, quod de S. Adelardo Abbate Corbejensi *in ejus vita* scripsit Paschasius Ratbertus apud Bollandum *ad diem 2. Januarii cap. 5. num. 16. pag. 99* ibi = *Porro Prudentia tanta illi inerat, ut fons Consilii ex ejus animo manare videretur.*

406 Mira item illius Prudentia ex aureo suæ Congregationis gubernio maximopere elnxit. Innuimus enim ad Sodales moderandos regulas edidisse tanta sapientia refertas, ut Antistitum non modo, sed Pontificis adprobationem meruerint. In adscribendis suæ Congregationis Alumnis maxime solers nisi vocatione rigide probata neminem admittebat. Omnium ipse Præses meritis non personis officia distribuebat, ac singulorum viribus munera accomodabat. Rigorem cum lenitate miscens Apostolicæ regulæ observantiam ad mortem usque zelavit. Nullius, nisi causa cognita, juxta regulam vota solvebat; Imo in vocatione hutantes mira Prudentia roborabat. Tyronum, ac adolescentium animos mira suavitate ad Missiones habendas imbuebat, et ad perfectionis apicem perducebat. Non Alumnorum contumeliam, sed emendationem quærens minimos defectus excusans majores provide impediebat. Licet senio confectus cunctos Sodales suos e cella salutaribus hortationibus gubernabat; ab eis Missionum fructum sciscitabatur, eisque ad Missiones abeuntibus a Patre luminum opem, et animarum lucrum fervide deprecabatur; omnibus tandem, singulisque regularem observantiam ignito zelo commendabat. Uno verbo singuli de aureo illius gubernio contenti uno pacis, et unitatis spiritu ducebantur; uti videre est *in Sum. num. 10. passim*, necnon

407 *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Famulus de prop. exp. *per postremos annos 25. Sum. pag. 484. §. 3. ad 6., & 10. & 11. pag. 485. §. 21, & 22.* IX. Testis de visu *Sum. pag. 485. § 23., & pag. 486. §. 24. ad 26.* XI. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exp. *Sum. pag. 487. §. 37. ad 40,* XXVIII. Testis V. S. D. *Socius* de visu *Sum. pag. 487. ante §. 48. pag. 488. §. 57.* XXXIII. Testis de prop. exp. *Sum. pag. 489. §. 62. ad 66.* XXXV. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exp. *Sum. pag. 490. §. 70, pag. 490, §. 73. & seqq.* XXXVIII. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exp. *Sum. pag. 491. §. 80., & seq. & §. 86. & seq. pag. 492. §. 88. & seq.* = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de prop. exp. *Sum. pag. 494. §. 111. & 112.* IV. Testis de prop. exp *Sum. pag. 495. §. 115.* = *Ex Proc. Ord. Nuc.* II. Testis *V. S. D. Director*, & CONFES. de prop. *Sum. pag. 499. §. 143 & pag. 500. §. 149.* V. Testis de visu *Sum. pag. 501 §. 154., & seq.*

408 Quum ergo in regendis sibi subditis tantus Alphonsus extiterit, heroica illius Prudentia facile sese dat intuenda, quam mirabundus expendens S. Gregorius Nazianzenus ita Epist. 1. exclamat = *Ars artium, scientia scientiarum mihi esse videtur hominem regere, animal scilicet omnium maxime varium, & multiplex.* Hinc scribit Mattheucc. *in Præt. Theol. Canonic. tit. 2. cap. 3. num. 25.* = *In regimine familiæ economica Prudentia prædita IN GRADU HEROICO dicenda est, qui in ejus directione pro fine supernaturali obtinendo summopere floret, domesticos omnes in timore Domini, & morum disciplina diligentissime educat, quem adeo urget, & sollicitat zelus salutis eorumdem, ut nihil prætermittat, quo in Deum assidue dirigantur. Hæc similiaque prompte, & delecta-*

bi-

biliter agere COMUNES REGULAS EXCEDIT, *altioremquem modum operandi præsefert.*

409 Pari Prudentia qua Congregationem, Ecclesiam sibi concreditam per tresdecim annos sanctissime rexit, gubernavitque. Sciens primum æquam moderandi regulam a domesticis suis esse inchoandam eos suos familiares selegit, qui sibi ornamento essent, ceteris exemplo. Licet enim Vicarius, Secretarius, Famulus, coquusque totam constituerent familiam Antistitis, eorum autem mores adeo moderabatur, ut quadam veluti religiosæ disciplinæ forma in Episcopalem domum, et familiam inducta, in universum gregem inde prodirent documenta virtutum. Prohibebat eos Præsul, ne dona acciperent, aut immiscerent se iis, quæ suum quodque officium excederet. Eos quotidie sub vesperas ad religionis actus eliciendos, ad conscientiam excutiendam, ad Rosarii decades recitandas secum congregabat. Frequentem tandem a famulis Sacramentorum usum exigebat. Quo factum, ut ii Dominum veluti Patrem diligerent, et quamvis angusta domi res est, el contento animo deservirent; quemadmodum in *Sum. patrin*, ac præsertim *in tit. de Episcopali munere & in tit. de Justitia.*

410 Monitum inde est secutus Alphonsus Theobaldi Regis ad Theodosium familiarem suum (apud Cassiodor. *Variar lib.* 10. *Epist.* 5.) *a domesticis inchoare volumus disciplinam, ut reliquos pudeat errare, quando nostris cognoscunt excedendi licentiam non præberi.* Et S. Hieronymus *Epist.* 1. scribit = *Tales habeto socios, quorum contubernio non infameris* = Ex his profecto actibus heroicam æstimarunt Rotæ Auditores Prudentiam S. Thomæ de Villanova in *Relat.* ejus causæ penes Contelor. *pag.* 260. *& seqq.*, necnon S. Pii V. *tit. de Prudentia* §. *Pontifex vero factus.*

411 Enituit etiam hujusce Sacri Antistitis judicium, atque Prudentia in gubernando sibi credito Grege. Qui fuerit in tollendis scandalis Apostolicus zelus, ac studium; quæ in corrigendo mansuetudo rigori juncta; quæ in procuranda æterna ovium salute sollicitudo; quæ in Clericorum, et animarum Curatorum delectu circumspectio; quæ in adolescentulis in Seminario educandis vigilantia; quæ in moderandis Sanctimonialibus prudentia; quæ in vindicandis immunitatis juribus fortitudo, quæ ad excitandam in Populo pietatem solers industria, fusius in vitæ comment., *& in tit. de Charit. in Prox.* disseruimus, quam hic Iterato sermone repeti possit. Et concinunt Testes = *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Famulus de prop. exp. *per postremos annos* 25. *Sum. pag.* 484. §. 6. *&* §. 10. XLIV. Testis V. S. D. *Secret.*, *&* CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 493. §. 98. *& seq.* = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* IV. Testis de visu *Sum. pag.* 495. §. 115. XXXVI. Testis ex off. de prop. exp. *Sum. pag.* 497. §. 127. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* II. Testis V. S. D. *Director*, *&* CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 500. §. 149. = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* XXXIII. Testis de visu *Sum. pag.* 503. §. 172. *& seq.*

412 Illud ergo unum addam, ex quo maxime eximiam ejus in gubernando Prudentiam facile quis assequi valet, eam diem universo Gregi fulsse tristissimam, qua ejus abdicationem a Pontifice acceptam fama vulgavit. Unaquæque ovis intimum mœrorem a Pastoris discessu susceptum oculis, vultu, ore præferebat. In publici luctus significationem bini Cathedralis Canonici, aliique de Clero ad Episcopum ægrotantem Argentil missi sunt, qui Ecclesiæ nomine dolorem exponerent. Abeuntem vero Antistitem Diœcesani quamplurimi, ac egenorum turmæ longo itinere lacrymantes comitati fuere *Sum. pag.* 167. §. 281. *pag.* 168. §. 288., *pag.* 169 §. 294.

§ 194., *pag.* 170. §. 302. Fuit ergo Prudentiæ ipsius maxima laus, quod per tresdecim solidos annos impietatis, licentiæ, vitiorum, criminum osor, atque insectator acerrimus, sic coercere licentiam, sic vitia corrigere, sic crimina vindicare, sic jura defendere valuerit, ut in nullius offensionem incurreret sed omnium gratiam, extimationem, et amicitiam iniret. Omnes enim eum diligebant, verebantur, et optimi Pastoris sui nonnisi laude meminerant (*Sum. tit. de Fama in vita*) Egregiam sane Prudentiam, ac fere inauditam! Nam ut scribit S. Gregorius Nissenus *de castigat* = *Aliorum moderator subditis fere omnibus gravis, & molestus est* et S. Augustinus *Epist.* 56. = *moret hominum non ignoratis, qui proclives sunt ad vituperandum. Hic* sane (liceat usurpare Christi Domini verba in Evang. Luc. 12. 42.) *hic* inquam *est fidelis dispensator, & prudens, quem constituit Dominus super Familiam suam*; quandoquidem tanta Prudentia, et virtutum splendore familiam Domini sibi commissam direxit.

413 Quum per postremos vitæ annos ad Ligorium in suo Nucerino Collegio abditum, et ubique sanctitatis fama commendatissimum ingens quotidie fieret concursus hominum, is heroica sanctorum prudentia ductus, quo a se vanæ gloriæ lenocinium arceret, velut alter *Philippus Nerius* sanctitatem suam simplicitatis larva tegebat, ita ut cum Intelligeret eos, qui se visitatum ibant nulla necessitate, sed curiositatis, ut ita dicam, et admirandæ ejus sanctitatis causa duci, solerter ipse infantilem simulabat simplicitatem; cum vero vel Dei gloriæ, vel Proximi utilitatis occasio supperteret, angelica præbebat monita, ac sublimi quadam ratione animas dirigebat, ut in *Sum. pag.* 487. § 46. *& seq. pag.* 488. § 50. *ad* 52. *pag.* 648. §. 38., *& 39. pag.* 655. §. 106. *& 107. pag.* 657. §. 124. *& seq.* alibique passim in *Sum. num.* 30.

414 Hoc profecto est Christianæ Philosophiæ culmen, et heroicæ prudentiæ actus; ut inquit S. Jo. Chrisostomus homil. 62. in Matth. ibi = *Hoc est Philosophiæ culmen simplicem esse cum prudentia*, et Bened. XIV. *lib. 3. de Canoniz. cap. 22. num. 12. in fine de S. PHILIPPO NERIO* cum Gallonio apud Bollandianos *ad diem 26. Maii* ita scribit = *Ornavit Deus Philippum summa prudentia, quæ maxime rebus ad Dei gloriam agendis, atque consiliis dandis eminebat. Hanc ille virtutem, ut occultaret SIMPLICEM SE STULTUMQUE SIMULABAT ut tandem cum Apostolo diceret* = Nos stulti propter Christum. *Hoc ergo unum manibus, pedibusque obniti conabatur, ut summam prudentiam SPECIE QUADAM ASSIMULATÆ SIMPLICITATIS, ATQUE STULTITIÆ TEGERET.*

415 Plura de hac virtute dicenda superessent, quæ brevitati consulentes prætermittimus; sed hoc dicimus, Prudentiam heroicam ex ceteris quoque virtutum actibus, quibus Dei Famulus excelluit, desumendam; quum sine Prudentiæ moderamine nequeant virtutes in statu perfecto comparari, ut recte cum Card. de Laurea docet Bened. XIV. *cit. cap.* 34. *num.* 8. *omnium aliarum virtutum heroicarum actus ab heroica dirigi Prudentia, & sic heroicæ prudentiæ adstipulari quæcumque de heroicitate aliarum trium virtutum moralium dicentur &c.* = Matthæucc. *loc. cit. num.* 28. *in fin.* = *singuli heroicarum virtutum actus a directione Prudentiæ dependent*, et Conteson. *lib.* 8. *dissert.* 1. *cap.* 1. *pag.* 376 *quid enim firmius, & verius, quam virtutes perfectas a Prudentia pendere, ejusque directione agere, quæ a Chrisostomo lucerna animæ, & Regina cogitationum appellatur.*

DE HEROICA V. S. D. JUSTITIA

Eique adnexis,

416 Justitiæ virtus strictius si accipiatur, definiri debet = *constans & perpetua voluntas jus suum unicuique tribuendi* = *Ulpian. in Leg. Justitia de Justit*, & *Jure*; Heroicus tamen Justitiæ largius acceptæ habitus cunctas comprehendit virtutes, uti docet S. Joannes Chrysostomus *in Homil.* 23. ibi = *Justus omnes virtutes complectitur*; *hoc enim nomen consuevimus dicere de his*, *qui omnimodam exercent virtutem*, additque S. Hieronymus *ad Demetriad.* omnia virtutum genera uno justitiæ nomine contineri.

417 Tali modo si spectatur Justitia, Legum omnium significat, jubetque obedientiam, atque adeo moralis cujusque mali aversionem, bonique operis exercitationem, in quibus duobus tota justitiæ ratio sita est, uti docet S. Antoninus *in summa part.* 4. *tit.* 5. *cap.* 1. ibi = *Tota ratio Justitiæ est*, *ut declinetur a malo*, & *fiat bonum*; Quæ cum ita sint, sublimi, et heroico in gradu Dei Famulum fuisse Justitia ornatum dilucide apparet. Constat enim vitæ innocentia, ceterisque heroicis claruisse virtutibus. Ex innocentia enim malum vitasse discimus; fecisse vero bonum ipsa docet heroicarum complexio virtutum.

418 Justitia autem in specie juxta Theologorum Doctrinam fuse traditam a Benedicto XIV. *lib.* 3. *cap.* 24. §. 2. *per tot.* partes habet subjectivas, et potentiales. Subjectivæ vero = *retinent*, *ac participant veram*, & *formalem rationem Justitiæ particularis per duplicem respectum*, *vel totius ad partes*, *vel partium inter se*, *uti subtiliter explicat* D. Thomas 2. 2. *quæst.* 61. *art.* 1. *hinc fit*, *ut Justitia particularis alia dicatur commutativa*, *alia distributiva*. *Commutativa servat inter partes æqualitatem proportionum*, *ut scilicet unicuique detur secundum sua merita*, *vel necessitatem &c.*: *de utraque Justitia distributiva*, & *commutativa loquitur Apostolus ad Rom.* 13. *v.* 7. *Reddite ergo omnibus debita*, *cui tributum tributum*, *cui vectigal vectigal*, *cui timorem timorem*, *cui honorem honorem*, *nemini quidquam debeatis*; ceu totidem verbis observat laudatus Pontifex *loc. cit. num.* 16.

419 Jam vero quantum, et quam heroice in utroque hoc Justitiæ genere sese exercuerit Ven. Alphonsus Ligorius vix est ut oratione assequi possimus. Et sane de Justitia in Deum dicere incipienti primo occurrit *Religio*, quæ ad Ipsum spectat Numen, ejusque honorem, et cultum. Eximio sane animi ardore divina mysteria recolebat, atque ad ea venerandа Fidelium animos voce, scriptoque inflammabat. In augustissimum præsertim Altaris Sacramentum tanto ferebatur obsequio, et amore, ut nil supra possit. A teneris namque unguiculis ad extremum usque vitæ spiritum jugiter Alphonsum ad Illud orantem acta perhibent; imo constat sympaticum hunc amorem ita in eo cum ætate crevisse, ut postremis vitæ annis nonnisi vi ab eo divelli posset. (*Sum. nam.* 12. *per tot.*)

420 Quam heroica profecto fuerit hæc Alphonsi devotio in Eucharistiam ex quotidiana Sacri celebratione mirum in modum elucebat. Quotidie enim Deo hostiam laudis immolabat, quod primarium Religionis munus est, eoque summus, ac supremus Dei cultus, et honor exhibetur. In sacra autem hac peragenda actione multiplices devotionis actus exercebat. Frequenti namque exhomologesi, fervidisque precibus ad eam se præpara-

bat, licet cunctæ illius vitæ actiones huc dumtaxat spectasse visæ sint. Inter faciendum sacrum præ intimæ devotionis fervore uberrimis perfundebatur lacrymis, quibus adstantes ipsi a fletu temperare nequibant. Hinc ad ejus Missam consulto confluebant, quibus se ad devotionem excitari exoptabant. Aliquando item infra sacram actionem vultu interdum coruscare, interdum pallescere, sæpe tandem in extasim rapi visus est. Peracto denique sacro diuturna, ferventique oratione ad agendas Deo gratias immobilis permanebat. Ut ad parem quoque venerationem in divinissimum hoc sacramentum ceteros inflammaret Presbyteros, tum voce, tum libris, et epistolis per Diœcesim universam missis exactam Rubricarum observantiam, debitamque religionem indefesso studio zelavit; ceu fusius ex *Summum* 10 et 12. *in tit. de Fide*, *& Charit. in Deum* probatum est. Hujusmodi autem singularis erga Sacram Eucharistiam devotio heroicam V. Alphonsi Religionem ostendit, cum in hoc Sacramento peculiari quadam ratione Sanctissima Trinitas religiose colatur, ac propterea merito S. Laurentius Justinianus *in Serm. de Christ. Corp.* iniquit *Nullo alio Sacrificio honorificentius laudatur Deus, quam per Altaris immaculatam hostiam, quam præcipue ob divinæ laudis exhibitionem complendam. Ecclesiæ suæ Christus offerendam instituit; Ipsius namque Passionis, & humanæ Redemptionis in ea celebrantur Mysteria* = et ponderant Auditores Rotæ in Relationibus Canonizationum S. Aloysii Gonzagæ *cap.* 7 *sub* §. *Erat adeo*, ac S. Theresiæ *artic.* 14. *de Relig. Virtut.* §. *Quinto mirifice*.

421 Eadem quoque veneratione, cultuque Dominicam Passionem est prosecutus. Eam namque non modo ipse assidue meditabatur, sed proximos omnino omnes tum in singulis concionibus, tum in privatis colloquiis ad eam crebro recolendam inflammabat. In id Viæ Crucis exercitium a se quotidie peractum piis editis meditationibus evulgavit. In id salutiferum Crucis signum publice ubique locorum erigebat, in quibus missionibus vacaverat. In id Crucem in cujuscumque sui Collegii vestibulo erectam perpetuo voluit, et in suo Episcopio retinuit. In id tandem Sanctissimæ Crucis festum Argentii solemniori ritu, festaque pompa celebrandum instituit; ceu late per Festes probatum legere est *Tit. de Fide* ex *Summum.* 13. Ex Christi autem Passionis meditatione maxime excitari devotionem, quæ Religionis actus est, observat S. Thomas 2. 2. *quæst.* 82. *art.* 3. *ad* 2. ibi = *Ea quæ pertinent ad Christi humanitatem per modum cujusdam manuductionis maxime devotionem excitant*.

422 Suam item eximiam devotionem Alphonsus ostendit tenerrimo illo, singulari, vereque heroico fervore, et amore, quo in B. Virginem ferebatur. Ejus namque cultus non modo per rigorosa jejunia ab eo tollerata, et in illius honorem inter Sodales instituta, per quotidianas, et assiduas ad eam preces, perque ejusdem festivitates intimo devotionis sensu celebratas cordi sibi maxime fuit, sed fervidis item concionibus per universum Neapolitanum Regnum, per totam Diœcesim suam, imo ubique terrarum scriptis diffundere, et augere sategit, uti *tit. de Fide ex Summ. num.* 14. luculentius ostendimus.

423 Religio vero in Bm̃am Virginem Deo vehementer arridet, in ejusque gloriam redundat, unde S. Laurentius Justinianus Serm. in *Nativit. Virg. Mariæ pag.* 672. *lit. C.* ad hanc devotionem omnes excitans ajebat = *Nos igitur ad honorem hujus Virginis præcinamus in confessione; Deoque nostro psallamus in Cythara; Ipsum veneremur in Matre, & Matrem honoremus in filio, utrisque vota nostra fiaciter exolvamus*. Et hanc Bm̃æ

Vir-

Virginis venerationem plurimi faciunt Auditores Rotæ in Relationibus Canonizationum S. Aloysii Gonzagæ *cap.* 7. §. *Deiparam*, Sancti Ignatii Loyolæ *part.* 2. *tit. de Justit.* §. *Denique*, ac S. Andreæ Avellini *cap.* 9. §. *Nec vero*.

424 Pari tandem devotione Sanctos omnes, Angelosque coluit, præsertim Sanctos Josephum, Michaelem Archangelum, S. Theresiam, Apostolos, eosque omnes, quos sibi, suisque in singulis annis per schedulam patronos eligebat; Quemadmodum *in eit. tit. de Fide* probatum est. Ex hac vero erga Sanctos intima devotione magis elucescit eximius cultus, quo Deum venerabatur, siquidem ex S. Thoma 2. 2. *quæst.* 82. *art.* 2. *Devotio, quæ habetur ad sanctos non terminatur ad ipsos, sed transit in Deum, in quantum scilicet in Ministris Dei Deum veneramur*; et ponderant Auditores Rotæ in Relatione Canonizationis S. Aloysii Gonzagæ *eod. cap.* 7. *sub* §. *Angelorum*; talemque eximium cultum esse effectum heroici status intimæ unionis probat P. Philippus a Sanctissima Trinitate *part.* 3. *tract.* 2. *discuss.* 2. *art.* 2. *de exercitio Religionis heroicæ pag.* 381. *col.* 1. *vers. Cum quis*.

425 Ad alterum Religionis actum quod spectat, scilicet *orationem*, haud opus habemus ut multum moremur. Probavimus enim ter per diem mentaliter orare consuevisse. Probavimus pet multas preces vocali orationi diu, noctuque fuisse intentum. Probavimus identidem, et in singula momenta ignitis adspirationibus in Deum mente semper orasse. Probavimus tandem orationis exercitium in Alphonso fuisse perpetuum, ac prorsus heroicum. Cuncta, inquam, hæc, iisque majora probavimus cum de illius heroica *Charit. in Deum* agebamus, quin modo iterum singula commemoremus. Concludere tamen heic loci debemus, quo frequentior Alphonsi oratio fuit, eo majorem illius fuisse Religionem. Nam ut docet S. Thomas 2. 2. *quæst.* 83. *art.* 3. *in corp. omnia illa per quæ Deo reverentia exhibetur pertinent ad Religionem. Per orationem autem homo Deo reverentiam exhibet, in quantum scilicet ei se subiicit, & profitetur orando se eo indigere, sicut auctore suorum bonorum. Unde manifestum est, quod oratio est propriæ Religionis actus*; imo ut prosequitur, *eit. art. ad* 3. *oratio præminet aliis actibus Religionis*.

426 Dum vero Alphonsus oraret præsertim in Templis devotionem suam maximam, debitamque Numini reverentiam ostendit. Vultus enim, totiusque corporis compositione statuæ immobilitatem æmulabatur. In templis vero licet Episcopus extra sacras functiones ab omni præeminentia, comodoque abhortens humi stratus orabat. Pontificales functiones tanta religione peragebat, ut adstantes ad lacrymas commoveret, eamdemque devotionem, rituumque observantiam a suo Clero exigebat. Tum missiones agens, tum Antistes quum foret, per privata, et publica monita, perque edicta reverentiam Templo debitam, rigidam festorum observantiam, Domus Dei decorem, et exactam ceremoniarum observantiam apprime zelavit.

427 *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Famulus de prop. exp. *per postremos annos* 25. *Sum. pag.* 506. §. 18. *ad* 20., & §. 23. & *seq.* XLIV. Testis V. S. D. SECRET., ET CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 512. §. 67. *ad* 71. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* IV. Testis de visu *Sum. pag.* 513. §. 79. *ad* 81. XIX. Testis de visu *Sum. pag.* 516. §. 100. XXXVI. Testis ex off. de prop. exp. *Sum. pag.* 517. §. 115., & *pag.* 518. §. 116. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis V. S. D. *Director* de prop. exp. *Sum. pag.* 519. §. 125. & *seqq.*

428 Quo debitum Deo cultum redderet, ejus, et Ecclesiæ suæ legibus religiosissimam præstitit obedientiam. Viam enim mandatorum currens omnibus sese irreprehensibilem præbuit. Illud unum speciminis loco commemorabo, quod extremis Episcopatus annis habituali morbo, senioque pene confectus, quamvis a Medicis jussus a quadragesimalibus cibis abstinere noluit, nisi ipsi juxta Ecclesiæ disciplinam sibi veniam, seu verius mandatum scripto consignassent, et Archipresbiter Collegiatæ Argentinæ schedulam proprio caractere firmasset. Idem item post Episcopatus abdicationem a Nucerino Parocho S. Felicis exequi omnino volebat.

429 *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Famulus de prop. exp per postremos annos 25. *Sum. pag.* 485. §. 20., *& pag.* 504. §. 6. XI. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exper. *Sum. pag.* 507. §. 30. *& seqq.* XXXVII. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 509. §. 47. XXXVIII. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 510. §. 51 *&* 52. XLIV Testis V. S. D. SECRET., ET CONFES. de prop. exper. *Sum. pag.* 510. § 53. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* IV. Testis de visu *Sum. pag.* 514. §. 85. XVI. Testis V. S. D. *Pro-Cancell.* de visu *Sum. pag.* 515. §. 93. XXVI. Testis de prop. exp. *Sum pag.* 516. §. 102. = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* XXII. Testis V. S. D. *Medicus* de facto prop. *Sum. pag.* 521. §. 142. *& seq.*

430 Quum vero *vovere sit actus latriæ sive Religionis* juxta Angelicum 2. 2. *quæst.* 88. *art* 5. *in corp.* ex illo Isiæ 19. = *Colent eum in hostiis, et muneribus, & vota vovebunt Domino, & solvent.* Hinc V. Alphonsus Evangelica, quæ Deo vota vovit juxta Instituti sui regulas a Benedicto XIV. adprobatas rigidæ executioni ad obitum usque mandavit. Summatim dicam (de singulis enim infra) vel in ipsis minimis sese per omnes vitæ gradus Regularis observantiæ speculum, ac normam cæteris præbuisse. Primus omnium comuni conventui intererat, ærisque signo divinæ veluti voci obedlebat. In comuni recreatione si forte cymbalum tinniret, audito silentii signo manum, notamque suspendens cessabat illico. Etsi omnibus ipse tum summa potestate præsset, nihilo tamen secius ne aquæ quidem guttulam per diem ori admovebat, nisi veniam a Moderatore, reive familiaris curatore impetrasset. Ad Episcopatum evectus Instituti sui regulas quoad poterat constanti religione retinuit. Ad suos reversus singulos comunes actus eum Sodalibus exequi volebat, ni Moderatores sibi senio, morbisque ad motum impari vetuissent. Quod tamen urgente obedientia comuniter non poterat, in sua Cella cum socio statis horis explebat. Tantam porro Alphonsi religionem in regulis adamussim servandis Deus ipse miraculo cohonestavit. Olim enim ex Sodalibus alter P. Angelus Verdesca hora orationis comunis eum in cubiculo orantem tribus circiter cubitis e solo elevatum, vultu coruscantem, palmisque in Cœlum extensis invenit. Dum ille illacrymans spectaculo delectabatur, per tintinnabuli signum comuni orationi imposito fine, illico Dei Famulum ad sensus revocatum, et studium repetentem vidit, ac si Deus ipse regulæ signo obediens temporis momento e suo consortio fidelem servum dimisisset (*Sum. pag.* 370. *in fin.*, *& 371. sub init.*)

431 Regularem vero observantiam non modo exemplo, sed voce item, sollicitudine, impensoque studio a Sodalibus exigebat. Omnium ipse Præses singulis vel minimis in regulam defectibus occurrens, sontes admonebat, corrigebat, puniebatque. In absentes vigilans quotannis Congregationis domos perlustrabat, regulæque custos rigidissimus eam ne hilum quidem lædi patiebatur. A singulis Rectoribus vitam comunem juramento exigebat, et in capitulis vel tenuem regulæ alterationem, si ab aliis pro-

propositam, ignito semper zelo impedivit. Episcopus factus, et unanimi Sodalium voto Apostolica auctoritate munito, suæ Congregationis regimen retinere coactus per Regularem Vicarium munus explevit; Ita tamen explevit, ut inter ipsas Ecclesiæ sollicitudines per Vicarium ad se interdum accitum, perque secretos inspectores de singulis suorum defectibus, agendique ratione certior fieri vellet. Generalibus autem Congregationis comitiis anni 1764. ipse præsens interfuit. A suo item Vicario annuam Domorum visitationem, exactamque observantiam exigebat. Quos autem omnes non poterat, per encyclicas commonebat, et in proposito roborabat. Senio tandem morbisque confectus e sua Nucerina Cellula eamdem observantiam usque ad obitum heroico studio zelavit. Illam identidem Vicario suo commendabat, illam a præsentibus Alumnis exigebat, illam per secretas indagines ab absentibus requirebat. Si forte aliquem vel levem defectum rescivisset igniti carbonis instar accendebatur; ceu cumulate probatum legitur *Sum. num.* 22. *de Regul. Observantia*.

432 Maximum profecto Religionis argumentum Ligorius edidit, suæ voluntatis sacrificium, imo vero et *holocaustum* Deo offerens per Instituti vota sponte nuncupata, et exactissimæ executioni mandata. Nam ut inquit S. Gregorius *homil.* 12. *in Ezech* = *Qui sic operantur, quæ Dei sunt, ut tamen, & quædam quæ sunt sæculi non relinquant, sacrificium, & non holocaustum offerunt; qui autem cuncta, quæ Mundi sunt deserunt, & totam mentem igne Divini Amoris incendunt, hi nimirum Omnipotenti Domino sacrificium, & holocaustum fiunt*; quod idem repetit in *Moral.* 9. *cap.* 31. Ex regulari autem observantia Religionis virtutem, propterea que Justitiam recte arguunt Rotæ Auditores in relat. S. Tnomæ de Villanova penes Contelor. *de Canoniz. SS pag.* 593. S. Ignatii Loyolæ *part.* 2. *tit de Justit* §. *vota*, et V. Juliani a S. Augustino *cap.* 9. §. *Adoratio* = Et ad rem scribit S Laurentius Justinianus in *Lign.* vit. de Justit. *cap.* 6. *fol* 15 4 40. *Revera nulla major est Justitia, quam se ipsum Deo offerre sacrificium immaculatum*.

433 Episcopus renunciatus quæ sunt Episcopi munia summa æquitate, ac sollicitudine explevit. Residentiæ porro præceptum perquam religiose adimplevit. Vix suscepta Romæ manuum impositione die 24. Junii 1762., ut primum potuit, quam citissime discessit. Per Nuceriam transitu facto, nullis suorum, ac illius Antistitis precibus flecti valuit ut tantisper cunctaretur, ne per eos urentes dies Ecclesiam insalubri cœlo sitam adiret, sed iter citius prosecutus est. Ad suam Ecclesiam die undecima insequentis Quintilis perventus ab ea nonnisi ter, vel ad ipsius bonum, vel ad recuperandam valetudinem per quasdam dieculas abfuit, quin ipsos a Tridentina Synodo indultos absentiæ menses sibi sumeret. In Urbe S. Agathæ primum sedem fixit. Valetudine vero quotidie in deterius abeunte post quinquennium a Medicis illinc discedere jussus a suæ sponsæ sinu nequibat avelli. Iterato tandem præcepto adactus, Amalphitani Archiepiscopi voto accedente, Argentium nobile Diœcesis oppidum invitus petiit; ubi licet lethali rheumathe correptus, quo in reliquam vitam obstipo collo remansit, semperque ægrotus, ad muneris usque abdicationem permansit.

434 *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Famulus de prop. exp. *per postremos annos* 25.. *Sum. pag.* 505. *post* §. 9. & 15. & 16. XI. Testis V. S. D. CONFES. de prop. scien. *Sum. pag.* 508. §. 39. XIV. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 508. §. 42. XLIV. Testis V. S. D. *Secret.*, & CONFES.

de

de prop. scien. *Sum. pag.* 511. §. 62. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* IV. Testis de visu *Sum. pag.* 514. §. 90. XXXVI. Testis ex off. de prop. exp. *Sum. pag.* 517. *post* §. 110. , *&* §. 114.

435 Nulla aeris intemperies, nulla ægritudinis causa, nulla itinerum incommoda a sua Diœcesi in quolibet biennio lustranda Eum umquam retardavit. Omnes singulasque Ecclesias, sacrasque ædiculas vel in saltibus, vel in præruptо montium situ, vel in dissito, impervioque loco sitas per sese invisebat. Piorum legatorum observantiam, et cetera hujusmodi, quæ ad Justitiam pertinent sapientissimis decretis servanda sategit. Imminuta Procuratione sibi debita in S. Visitatione sese, ac familiares de proprio alebat, et a minimis etiam munusculis semper abhorruit. Airolæ cum esset uno contentus hospitio commeatum, ceteraque sibi ab Arricciæ Principe oblata constantissime respuit. Quanto zelo in ipsa visitatione morum reformationi studuerit in superiori *tit. de Charit. in Prox.* abunde probavimus, et concinunt.

436 *Ex Proc. Apost Nuc.* V. Testis V. S. D. Socius de prop. exp. *Sum. pag.* 504 §. 1. , *&* *pag.* 505. §. 14. XI. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 508. §. 37. XLIV. Testis V. S. D. *Secret.*, *&* CONFES. de prop. scien. *Sum. pag.* 510. §. 58. *&* *pag.* 511. §. 59. *ad* 61. *&* *pag.* 512. §. 73. , *&* *pag.* 513. §. 74. *&* 75 = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* IV. Test. de visu *Sum. pag.* 514. §. 88. *&* 89. XIX. Testis de visu *Sumn. pag.* 515. §. 97. XXXVI. Testis ex off. de prop. exper. *Sum. pag.* 517. *ante* §. 111. = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* XXVIII. Testis de facto prop. *Sum. pag.* 521. §. 144. *&* *seq.* XLV. Testis de visu *Sum. pag.* 521, §. 146 *&* *seq.*

437 Habitualibus tandem morbis, ac lethali præsertim artritide ad gradiendum omnino impar tanta est affectus angustia, quod Diœcesim haud amplius visitare valerer, ut hoc nomine penes sa. me. Clementem XIV. Episcopatum abdicaverit. Ab eo autem accepto responso = *plus unam suam precem e lectulo quam mille Diœcesis visitationes valere* = per suum Vicarium Joannem Nicolaum Rubbino, Canonicosque visitatores Diœcesim lustrare non destitit, ab eisque de singulis certior fieri volens, licet ægrotus singulis accurrebat, sapienti ratione prospiciebat, nullaque sibi quies nisi scandalum, si quod forte resciret, provida lege, et cautione dirimisset.

438 *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Socius de prop. scien. *Sum. pag.* 504. §. 1. XXVIII. Testis de prop. scient. *Sum. pag.* 138. §. 73. *&* *seq.* *&* *pag.* 139. XXXV. Testis V. S. D. CONFES. de prop. scient *Sum. pag.* 142 §. 98. XXXVIII. Testis de prop. scient. *Sum. pag.* 146. 127. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis *Sum. pag.* 152. §. 170. III. Testis de visu *Sum.* *&* *pag.* 156. §. 203. IV. Testis de visu *Sum. pag.* 158. §. 215. XXVI. Testis V. S. D. Pro-Cancellarius de visu *Sum. pag.* 161. §. 241. XXXVI. Testis ex off. de prop. exper. *Sum. pag.* 517. *post* §. 110.

439 A synodo convocando prudenti ratione præpeditus per edicta, et encyclicas abusus evellebat, disciplinam, morcsque reformabat. Sæpe sæpius enim Parochos, Vicarios Foraneos, Regularesque Diœcesis ad se convocabat, et inde salutaria edicta promulgabat.

440 *Ex Proc. Apost. Nuc.* XXV. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 137. §. 64. XLIV. Testis V. S. D. *Secretarius* de prop. exp. *Summ pag.* 149. § 151. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* VII. Testis de visu *Sum. pag.* 156. §. 205. XXVI. Testis V. S. D. Pro-Cancellarius de visu *Sum pag.* 161. §. 242. XXXIV. Testis V. S. D. Vicarius Foraneus de prop. scien. *Sum. pag.* 162. §. 251. XXXVI. Testis ex off. de visu *Sum. pag.* 163. §. 254.

Infi-

441 Infinitus propemodum essem si per singula Episcopalia munia religiose imo vero heroice a V. Alphonso adimpleta percurrere vellem. Ne actum itaque iterum agere videar verbo dicam, sacrum Antistitem per tresdecim eos annos, quibus Agathensem rexit Ecclesiam, *verbo*, *exemplo*, *sacrificio* gregem suum indesinenter pavisse. Ac re sane vera pertinaci rheumathe per aliquot menses ad celebrandum impar angebatur quammaxime non posse sacram hostiam pro suo Grege immolare, et quamvis a consultis Theologis responsum accepisset non teneri impotentem ad illius oneris, utpote personalis implementum, eo tamen in id rigidus fuit, ut ab aliis dato a se stipendio onus implere voluerit *Sum. pag.* 509. *sub init*.

442 Apostoli etiam munus, quod antea per Regni Provincias exercuerat, in sua item Diœcesi semper obivit. Sanctissimis autem legibus prospexit ritæ Paschalis præcepti satisfactioni, libidini coercendæ, criminibus vindicandis, castæ Matrimonii susceptioni, Divinæ legis eruditioni, Sacramentorum frequentiæ, cuicumque scandalo impediendo, Cleri corum institutioni, scientiæque promovendæ, Claustralium disciplinæ, Sodalitiis instituendis, pietatis operibus inducendis, Adolescentibus per se quoad potuit, morbo vero præpeditus per Amalphitanum Archiepiscopum Puoti, sacrò Chrismate inungendis; ceu fuse probatum est *in Tit. de Fide*, *& Charit. in Prox. & in peculiari Sum. num.* 0. *de Episcopali munere per tot*,, et *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Famulus *per postremos annos* 25. de prop. exp. *Sum. pag.* 504. §. 3. *ad* 5., *& pag.* 505. §. 13. XIV. Testis de prop. scient. *Sum. pag.* 508. §. 43. XXVIII. Testis V. S. D. Socius de prop. exp. *Sum. pag.* 508 § 44., *& pag.* 509. §. 45. XLIV. Testis V. S. D. *Secret.*, *&* CONFES. de prop. scient. *Sum. pag.* 511. §. 63. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* IV. Testis de visu *Sum. pag.* 513. § 78. *& pag.* 514 § 91. = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* XLV. Testis de visu *Sum. pag.* 521 §. 147. *& seqq.*

443 Mirum etiam in modum emicuit in V. Antistite ea Justitiæ pars, quæ *distributiva* dicitur. Ut enim semper in sua Congregatione munera meritis non personis accommodaverat, sic præsertim in Episcopatu tum sacros ordines, tum Parœcias, tum alia Sacerdotia, ac beneficia nonnisi dignioribus contulit. Nulla porro Magnatum, et amicorum studia potuerunt unquam a recta munerum distributione illum deflectere; Quod ita vulgo compertum omnibus erat, ut cum commendatitiis ad eum jam nemo adiret epistolis, quod eam rem sibi quisque impedimento fore magis, quam subsidio intelligebat. Parœciis nonnisi eos præficiebat, qui a Synodalibus Examinatoribus digniores æstimabantur. Si par esset inter duos suffragiorum pars, propterea que electio ad se pertineret, ad dicendam sententiam per secretas indagines in Candidatorum mores, scientiamque inquirebat, et ad Crucifixi pedes uniuscumque merita religiose librabat. Adeo severus in ea mente fuit ut cum olim ad vacantem Cathedralis Dignitatem Seminarii Rector Lucas Cacciapuoti vir doctrina, et ætate venerandus suetum periculum facere deberet, ac Examinatores qui ab ipso candidato litterarum scientia, moribusque fuerant imbuti, ne Judices Magistri fierent, Episcopum enixe rogassent, ut tantum virum a subeundo examine dispensaret, constanter renuit, aliosque Examinatores ea vice suffecit; Dignitatem is per examen nactus urbanum quoddam munusculum ad Antistitem misit, qui cirus de more illud ad donantem remisit.

444 Vacaverat item in Argentina Collegiata Sacerdotium, atque ad illud optabat Sabathinus Crisci morum gravitate, debitaque scientia dignissimus.

Quo-

Quoniam vero is forte tunc apud Sacrum Antistitem Cancellarii vices gerebat, ea de re ipsum Episcopum religio subiit, ne eumdem ad Canonicatum eveherc posset. Tamdiu in id anxius hæsit donec ab Archipresbytero animadversum sibi fuerit numquam Sacerdotii collationem muneris satisfactionem respicere posse, cum hanc menstruum emolumentum abunde compensaret, et constitueret; propterea que cum tamquam dignum extrancum esse habendum. Sopposita ob id omni anxietate religiosus Antistes emeritissimo viro Sacerdotium contulit (*Sum. pag* 415. §. 94.) Aliis quoque Sacerdotiis, beneficiisque nonnisi digniores augebat, et ad ea, quæ Pontifici reservata forent nonnisi pro dignioribus attestationem signabat. Qua de re apud ipsum Regem forti animo, felicique successu egit, ne ad assequenda Cathedralis Sacerdotia Civica potius jura, quam merita valerent.

445 *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Socius de prop. exp. *Sum, pag.* 505 §. 9. & 10. & *pag.* 506. §. 17. XIV. Testis de prop. scient. *Sum. pag.* 508. §. 40. & 41. XLIV. Testis V. S. D. *Secret.*, & CONFES de prop. scient. *Sum. pag.* 510. § 55. *ad* 56., & *pag.* 511. §. 64. *ad* 66. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* IV. Testis de visu *Sum. pag.* 513. §. 77. & *pag.* 514. §. 87., & *pag.* 515. §. 94. XXVI. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 516. §. 103. XXXVI. Testis ex off. de prop. exp *Sum. pag.* 517. §. 107. *ad* 109., & §. 111., & 113. = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* L. Testis V. S. D. *Secret.*, & CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 522. § 152. *ad* 153.

446 Quemadmodum itaque in ceteris Episcopi muniis sanctissime expletis, in recta item munerum collatione *S. Caroli Borromæi* ei debemus elogium, qui = *Severus arbiter erat in expendendis meritis personarum cum de Ecclesiasticis Beneficiis, & officiis conferendis ageretur. Beneficia enim nisi magis idoneis non dabat, neque in illis dispensandis ullatenus a SS. Canonum dispositione recedebat*; uti ex *Bulla Canoniz.* scribit Bened. XIV. *lib.* 3. *cap.* 34. *num.* 18.

447 Eodem Justitiæ zelo in dirimendis forensibus quæstionibus ducebatur, Pauperum causas ad se magis pertinere ratus doctum virum iis patrocinandis præfecit. Collitigantibus suam procurationem donabat, cavitque quam maxime ne Curiæ Administri justo majora jura reciperent. Nullas profecto lites a suo Vicario se inscio terminari sinebat, sed rationum momenta, qua juris scientia pollebat, per sese ad trutinam revocabat. Munera, ac donaria a se procul arcens post ipsam dictam sententiam ad donantes remittebat. In dicenda autem sententia nil umquam metui, aut gratiæ dedit, sed jus suum ad justitiæ tramites unicuique tribuebat. Idque tam recte, sapienterque, ut ab ejus sententia numquam fuerit ad Beneventi Metropolitanum, ut moris est, appellatum.

448 *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Famulus de prop. exp. per postremos annos 25. *Summ. pag.* 505. §. 8. XI. Testis V. S. D. CONFES. *Sum. pag.* 508. §. 36. XLIV. Testis V. S. D. *Secret.*, & CONFESS. de prop. scient. *Sum. pag.* 510. §. 54. & 57. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* IV. Testis de visu *Sum. pag.* 513. §. 76., & *pag.* 514. §. 86. XVI. Testis de visu *Sum. pag.* 515. §. 95. & *seq.* XXXVI. Testis ex off. de prop. scient. *Sum. pag.* 517. §. 106. = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* L. Test. V. S. D. CONFES., & *Secretarius* de prop. exper. *Sum. pag.* 521. §. 149., & *pag.* 522. §. 150. & 151.

449 Quam rarum, quam insitatum, quantisque laudibus id extollendum sit, vel ex eo facile quis assequetur, qui advertat peculiarem hanc Justitiæ laudem fuisse præceteris commemoratam in Bulla Canoniz. S. Laurentii

rentii Justiniani apud Benedictum XIV. *lib. 3. cap. 34. num. 9. cir. fin.*, ibi = *Viri Justitia inde patuit, quod nihil unquam ab illo judicatum rescissum est, ejusdemque SENTENTIÆ INAPPELLABILES habitæ sunt.*

450 Quod autem attinet ad Episcopalium reddituum usum, et administrationem ex iis quæ de Illius Charitate in Proximum diximus satis abunde constat Ven. Antistitem iisdem ita fuisse usum tamquam non suis. Quidquid enim tenuissimæ substentationi supererat, id totum in tollenda scandala alendosque pauperes erogabat. Imo in iis redditibus administrandis tam religiosus erat, et cautus ut germano fratri patrimonialis census diminutionem a se Episcopalibus redditibus aucto roganti, Episcopales reditus, non suos, sed Pauperum esse responderit. *Sum. pag.* 473. §. 139. quod quidem responsum suæ item Congregationis Sodalibus subsidium petentibus dedit. Alias item eidem fratri suo cum duobus filiis ad se venienti aperte dixit per triduum tantummodo posse eos apud se diversari, propterea quod Ecclesiæ redditibus non consanguinei, sed pauperes alendi forent. *Sum. pag.* 516. §. 105. Sed quod præclarius est, ac mirabilius, non modo optimus Præsul superflua erogabat in pauperes, sed sibimet ipsi vel necessaria detrahebat, ut largior, ac liberalior esset in illos; quemadmodum in *tit. de Charit. in Prox.* fuse probatum est, et legitur in *Sum. pag.* 508. §. 38.

451 At qui hæc facit non adeo Charitatis exercet, quam Justitiæ munus. Munus quippe maximum incumbit Episcopis erogandi pios in usus superflua, atque hoc proinde, non solum a Charitate, sed etiam a Justitia descendere tradiderunt S. Thomas 2. 2. *quæst.* 185. *art.* 7., *& in Epist.* 2. *ad Corinth. cap.* 12. *sect.* 5. Cardinalis Capizucchius in suis controversiis *Controv.* 30. luculenter S. Bernardus in illud Evangelii *Ecce nos reliquimus omnia*, ubi hæc habet = *Res pauperum non Pauperibus dare par sacrilegio crimen esse dignoscitur. Facultates Ecclesiarum sunt patrimonia pauperum, & sacrilega eis crudelitate subripitur quidquid sibi Ministri, & dispensatores, non utique Domini, vel possessores ultra victum accipiunt, & vestitum.* Qui autem non superflua solum, verum etiam necessaria subtrahit, ut egenis opituletur, is quidem non tantum Charitatis, et Justitiæ explet officium, sed in utraque virtute *Heros* est, ac præstantissimus; ceu docet Benedictus XIV. *lib. 3. cap.* 34. §. 31.

452 Nunc venio ad alteram Justitiæ partem, quæ in recte instituenda sociali vita, reddendoque cuique hominum jus suum potissime versatur. Nulla est autem vitæ pars, in qua Ligorius habitualis hujusce virtutis haud præclara dederit, atque indubia specimina. Nam ab ineunte ætate, ac adolescentia cum versaretur in Patria Parentum suorum observantissimus omnem semper adhibuit erga illos obedientiam, et subjectionem (*Summ. num.* 7.) Antequam Patriæ suæ valediceret, et Schalensem Urbem ad novam instituendam Congregationem pergeret, obsequens a Genitore veniam, ac benedictionem expetiit. Fuit autem heroicæ suæ Religionis, ac pietatis nullis ejus commoveri lacrymis, ut ad Crucis vexillum evolaret. Nam ut inquit S. Hierony. *in Epist. ad Heliodor. quæst.* 1. = *Per calcatum perge Patrem, per calcatam perge Matrem ad vexillum Crucis evola, summum genus pietatis est in hac re fuisse crudelem.* Quamdiu vero vixit intimo, ac reverenti amore Patrem prosecutus est, ita ut ipse se in Laicum Congregationis a Filio institutæ obtulerit, quod tamen renuit Alphonsus, ut in *Sum. num.* 9. Pari quoque amore prosecutus semper fuit tum amantissimam Genitricem cujus etiam spiritum ad illius us-

que obitum moderatus est, tum Fratrem, et consanguineos, et affines omnes, quos a sæculi pompis retrahere, et ad æternæ salutis portum salutaribus monitis adducere conabatur. *Sum. num.* 18.

453 Omnibus item singulisque hominum jus suum honorem, obsequium, affabilitatem reddere satagebat. Licet enim splendidissima familia natus, sanctitatis, et Doctrinæ fama, necnon Episcopali Dignitate fulgens, vulgares tamen ipsosque pauperrimos homines mira affabilitate excipiebat: De minimis beneficiis sibi collatis quam maximas grates reddebat. Seculares titulos splendidæ suæ Familiæ debitos vel in urbana etiam salutatione respuens ac aliorum ipse gradus, et conditionem secernens Magnates, ac Præsides reverenti prosequebatur obsequio. Presbyteris, ac Religiosis Viris præter debitam ipsis reverentiam manus quoque deosculabatur. Dei Servos tandem et summopere diligebat, et humili devotione colebat. Nullius denique famam verbo, nutuve læsit.

454 *Ex Proc. Apost. Nuc.* VI. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 507. §. 26. XI. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 507. §. 32. XXXVII. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exp. *Summ. pag.* 509. §. 46., & §. 48. XLIV. Testis V. S. D. *Secret.*, & CONFES. de prop. scient. *Sum. pag.* 512. §. 68. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* IV. Testis de visu *Sum. pag.* 513. §. 82., & *pag.* 514. §. 83. XIX. Testis de visu *Sum. pag.* 515. § 98. & *seq.* = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis V. S. D. *Director* de prop. exp. *Sum pag.* 518. §. 120. & *seq.*, & *pag.* 519. §. 129. *ad* 31. II. Testis *V. S. D. Director*, & CONFES. de prop. exp. *Summ. pag.* 520. §. 135., & §. 139. *ad* 141.

455 Affabilitas autem, quæ *convenientiam Ordinis observat* juxta Bened. XIV. *lib.* 3. *cap.* 24. *num.* 18: Venerabilis viri Justitiam apprime probat per tradita a Matthæuccio in *Pract. Th. Canon. tit.* 2. *cap.* 3. §. 2. *quoad signa Justitiæ heroicæ*, & *num.* 94. & *seq.*

456 Ex eadem V. Viri sollicitudine jus suum unicuique reddendi eximia illa prodiit animi Religio in satisfacienda operariis mercede. Sive enim Missionarius, sive Episcopus statim ut operarii iniunctum perfecissent opus, vel famulatum præstaverint, illico eis debitam solvi mercedem jubebat. Eo usque in id ejus religio pervenit, ut extremis vitæ annis cum in memoriam revocasset sese adhuc adolescentem in Neapolitano Synensium Collegio lethali morbo fuisse correptum, veritus ne Pater, in cujus potestate tunc Ipse erat, debitam medico mercedem satisfecisset, viginti-quinque aureos ad illius hæredes Neapolim hoc nomine misit, licet et sui Genitoris integritas, et quinquaginta annorum spatium debitam solutionem omnino factam suasissent. Eadem promptitudine Episcopus familiaribus menstruam mercedem elargiebatur. Rigide item vigilavit, ut ab omnibus suæ Congregationis Rectoribus debita operariis merces, aliaque debita persolverentur.

457 *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Famulus de prop. exp. *per postremos annos* 25. *Sum. pag.* 505. §. 11., & *pag.* 506. §. 21. *ad* 22. X. Testis de prop. exper. V. S. D. Socius *Summ. pag.* 507. §. 29. XI. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 507. §. 33. XXXVII. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 509. §. 49. & 50. XLIV. Testis V. S. D. *Secret.*, & CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 512. §. 70. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis V. S. D. *Director* de prop. scient. *Sum. pag.* 518. §. 122 & *seq.* II. Testis V. S. D. *Director*, & CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 520. § 133.

458 Ne Proximum quoque vel in minimo falleret, atque deciperet mitum in mo-

modum ſimplex, verax, et ingenuus extitit, adeo ut non mendacia ſolum oderit, et areuerit, ſed ſuspensa, vel ambigua, vel obscura verba, vel perplexum de industria, ineertumque sermonem, veluti subdula mendacii tegumenta, ac fidei, et societatis humanæ perniciem deteſtaretur. Tam porro religiosus in eo fuit, ut licet ipse heroica in Proximos miseratione ferreretur, ad salvandam tamen reorum vitam propoſitum olim sibi mendacium vehementissime abhorruerit.

459 *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Famulus de prop. exp. per postremos annos 25. *Summ. pag.* 505. §. 12. *& pag.* 506. §. 25. VI. Testis de prop. exp. *Summ. pag.* 507. §. 28. XXXVII. Testis V. S. D. CONFES. de prop exp *Sum. pag.* 509. §. 46. XLIV. Testis V. S. D. *Secret.*, & CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 512. §. 72. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* IV. Testis de visu *Sum. pag.* 514. § 84. XXXVI. Testis ex off. de visu *Sum. pag.* 518. §. 119. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis V. S. D. *Director* de prop. exp. *Sum. pag.* 519. §. 127. *& seqq.* II. Testis V. S. D. *Director*, & CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 520. § 136. *& seq.*

460 Aptari ergo potest V. Episcopo Ligorio quod de S. Cypriano scribit S. Maximus Episcopus Taurinensis *ser. 6. de S. Cypr.* in anecdotis Muratorii *Tom. 4. pag. 69.* ibi = *Fuit in eo cordis, ac linguæ simplex consensus, atque indivisa Societas. Nam quidquid ori ejus cordis ipsius spiritus intulisset, hoc cunctis audientibus sancta ejus lingua dictabat.*

461 Verum non modo Jus suum hominibus quoad honorem, sed item quoad famam religiosissime reddidit. Numquam de Proximo oblocutus est, ac alienos numquam defectus pandidit, et si quos audiisset in more habebat excusare intentionem.

462 *Ex Proc. Apost. Nuc.* VI. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 507. §. 27. XI. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 507. §. 34. XLIV. Testis V. S. D. *Secret.*, & CONFES. de prop. scient. *Sum. pag.* 512. §. 69. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* XIX. Testis de visu *Summ. pag.* 515. §. 98. XXXVI. Testis ex off. de visu *Sum. pag.* 518. § 117. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* II. Testis V. S. D. *Director*, & CONFES. de prop. exper. *Sum. pag.* 520. §. 132. *ad* 134.

463 Quum itaque satis abunde constet ex iis, quæ hactenus prosecuti sumus omnes omnino Iustitiæ partes V. Ligorium exercuisse; quumque ex superius adductis Testibus eius præsertim *Regularis Observantia* micet, sistere jure possemus, deque Justitia orationi vela contrahere. Quo vero magis hæc ipsa Regularis observantia in eximio hocce Christiano Heroe perfectionis gradum attigisse pateat, de uniuscuiusque nuncupati voti adimplemento agendum est. Sit itaque.

DE HEROICA V. S. D. PAUPERTATE

464 De Paupertate Ven. Antistitis Ligorii dicere incipienti opportunum occurrit, quod de Nolensi Episcopo Paulino scribit Augustinus *lib. 1. de Civit. Dei cap. 10. Paulinus noster Nolensis Episcopus ex opulento Divite voluntate pauperrimus, & copiosissime Sanctus &c. Ibi enim habebat omnia sua, ubi eum condere, & thesaurizare ille* (scilicet Christus) *monstraverat.* Ligorius namque splendidissimæ Familiæ Primogenitis, aulæ honoribus, locupletissimis Nuptiis ultro abdicatis evasit voluntarie pauperrimus, ut ibi thesaurizaret, ubi Christus sibi monstraverat.

465 Eam profecto heroicam Paupertatem, quam viti insedens asello, rudique veste amictus e sua Patria discedens voluntarie pro Christo sectatus est, eam, inquam, per omnes vitæ gradus ad obitum usque constantissime exercuit. Et re sane vera super Paupertatis basem suam Congregationem erexit, instituitque. Non hic commemorabo extremam illam rerum omnium inopiam, qua Schalensis domus, aliæque a se primitus fundatæ maxime premebantur. Illud summatim dicam, quod universas Congregationis domos, supellectilem, sodalesque suos hanc virtutem redolere undique voluit. Ipsis alumnis suorum reddituum usum absque Præsidis venia omnino interdixit; aurum, argentum, vel quid pretiosius aliud a mensa, a cubiculis, ab ipsis singulis Domibus eliminavit. Ipse vero omnium Præses viliore utebatur cubiculo, itaut in suo Collegio apud Jurinos angustam quamdam cellulam tabulis subtus scalam contextam sibi elegerit. Obsoleta admodum utebatur veste, ac adeo undique resarcinata, ut in excutiendo ab ea pulvere in frusta eomminueretur. Veluti pauperem, et egenum vulgo despici gaudens, eodem amictu non modo magnates adibat, sed ad frequentissimam etiam Neapolis Urbem sæpius pergere non erubuit. Hinc olim factum quod ad suum *Portæ novæ* sedile invitatus in ipso illius vestibulo, ut erat sueta veste indutus, fuerit tamquam vilis extraneus ab apparitore repulsus. Tanta injuria risu a se de more excepta, nobiles conscripti Sodales indignati apparitorem objurgant, ac pauperem Alphonsum summo prosequentes honore, et veneratione in suis subselliis collocant. Nummos qui sibi a Doctorum Neapolitano Collegio, a Familia, et ipso Sedili obveniebant, licet Præses apud se numquam retinuit, sed iis juxta Instituti Regulam apud Collegii Rectorem, vel rei familiaris Curatorem sepositis ad levandam egenorum, et Congregationis inopiam utebatur. In zelanda vero Paupertatis observantia adeo rigidus fuit ut alumnum a Congregatione expellendum, Collegii Rectorem ab officio removendum decreverit, qui paupertatis regulas læsissent. Sodales vero omnes proposito majore premio pauperibus in Cœlis a Christo promisso ad paupertatis incommoda læto animo tolleranda roborabat.

466 *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Famulus de prop. exp. per postremos annos 25. *Sum. pag.* 534. §. 2. *&* 3., *pag.* 535. §. 4. *ad* 7., *&* §. 12. XXVIII. Testis *V. S. D. Socius* de visu *Summ. pag.* 538. §. 31. *& seq.*, *&* §. 35. *& seq.*, *& pag.* 539. §. 38., *& seq.* XXXII. Testis de visu *Sum. pag.* 540. §. 50. *ad* 56. *& pag.* 541. § 57 XXXIII. Testis de visu *Summ. pag.* 541. §. 58. *ad* 65., *& pag.* 542. §. 66 *ad* 70. XXXV. Testis de visu *Sum. pag.* 542. §. 74. *& pag.* 543. § 75. *ad* 79. XXXVII. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 543, §. 83. *ad* 85., *& pag.* 544. § 86. *ad* 91. XXXVIII. Testis de visu *Sum. pag.* 544. §. 92. *ad* 95. XLIV. Testis V. S. D. *Secret.*, *&* CONFES. de prop. exp. *Summ. pag.* 545. §. 99. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de visu *Sum. pag.* 547. §. 119. *ad* 121. *& pag.* 548. §. 122. *ad* 128. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis V. S. D. *Director* de visu *Sum pag.* 551. § 146. *ad* 152. II. Testis *V. S. D. Director & CONFES.* de prop. exper. *Summ. pag.* 551. §. 153., *& pag.* 552. §. 154.

467 Episcopali charactere insignitus eodem Paupertatis spiritu ferbuit; quemadmodum fusius in vitæ commentariolo narravimus. Iisdem profecto quibus uti solitus erat reconcinnatis, attritisque vestibus Romam conseerandus ivisset, ni eum novis indui Moderator imperasset. Recepta manuum impositione Congregationis vestem haud umquam dimisit. Eam namque

que semper in sua etiam Diœcesi extra Pontificales functiones retinuit, ipsæ violaceæ vestes erant laneæ, pectoralis Crux ex auricalco; quam enim argenteam habebat ad alendos pauperes vendidit. Obsoleto utebatur pallio vili pretio a Judeis Neapolis comparato, una tantum quibus tegebatur fæmoralia habebat. Ipsa papyracea frusta ad adnotationes in iis memoriæ comodo conscribendas diligenter asservabat, dicere solitus paupertatem esse Episcopi characterem. Angustiores Episcopij cellulas eligens ampliores Vicario cessit. Ædium parietes, earumque supellex cœnobitarum paupertatem redolebant. Cubile ex uno constabat stragulo, lanea lodice tecto. Tanta denique erat ædium paupertas, ut ad advenas hospitio excipiendos sæpe sæpius supellectilem mutuo accipere cogeretur. In postremis Episcopatus annis lethali morbo correptus, ac nimia capitis inclinatione ad bibendum impar, in id lignea fistula utebatur. At quoniam Canonici, aliique Primores fistulam ligneam Antistitis dignitate indignam reprobaverant, aliam el familiares argenteam suffecere Antistiti simulantes fuisse ex germanico metallo conflatam. Hac is mente aliquandiu nova fistula usus, ut primum eam novit argenteam abjecit, ligneamque repetiit. Tantam profecto Antistitis Paupertatem magnates ipsi, ipsique proceres, et Episcopi maxime mirabantur summisque laudibus efferebant.

468 *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Famulus de prop. exp. per postremos annos 25. *Sum. pag.* 535. §. 8. *& seq.*, *&* §. 12. *& pag.* 536. §. 13. *ad* 19., *& pag.* 537. §. 20. *ad* 27. XXVIII. Testis V. S. D. Socius de visu *Summ. pag.* 538 §. 37., *& pag.* 539. §. 41., *& seqq. &* §. 44. *ad* 47. XXXIII. Testis de visu *Sum. pag.* 542. §. 71. XXXV. Testis de visu *Sum. pag.* 543. §. 80. *&* 81. XXXVIII. Testis de visu *Sum. pag.* 545. §. 96. *ad* 98. XLIV. Testis V. S. D. *Secret.*, *&* CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 545. § 100. *ad* 103., *& pag.* 546. § 104. *ad* 112., *& pag.* 547. §. 113. *ad* 118. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de visu *Sum. pag.* 548. §. 129. *ad* 131. II. Testis de visu *Sum pag.* 549. §. 133. *ad* 135. III. Testis de visu *Sum. pag. cit.* § 136. *ad* 138 X. Testis de visu *Sum. pag.* 550. §. 139. *&* 140. XXVIII. Testis de visu *Summ. pag. cit.* §. 141. *ad* 144. XXXVI. Testis ex off. de visu *Sum. pag. cit.* § 145. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis V. S. D. *Director* de prop. exper. *Sum. pag.* 551. §. 149. II. Testis V. S. D. *Director*, *&* CONFES. de visu *Sum. pag.* 552. §. 154. *&* *seq.* V. Testis de aud. a viden. *Sum. pag.* 553. §. 163. = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* II. Testis de visu *Sum. pag.* 553. §. 165. XVI. Testis *Sum. pag. cit.* §. 170. *ad* 174.

469 Episcopali abdicata dignitate cum apud suos Nuceriæ versaretur nummos apud se numquam voluit, sed iis penes Congregationis Vicarium, reique familiaris administrum sepositis ad Missionum expensas, ad alendos pauperes, ac Sodalium necessitates utebatur. Eo usque religiosus extitit, ut a sua Nepte sacra illa icuncula B. V. *Boni Consilii* expetita, quam tota vita apud se retinuerat, haud prius ei dono dare voluerit, quam a Congregationis Vicario facultatem postulaverit, etiamsi omnium Preses ipse foret. Sueta veste contentus novas constantissime respuit, iisdemque semper calceis semel iterumque reconcinnatis ad obitum usque usus est, quæ vigesimo sexto ab illinc anno Episcopus consecrandus comparaverat. Apposita item sibi seni, innumerisque morbis affecto ad edendum argentea arma mensalia procul abjecit, ferreisque uti omnino voluit. Vicario tandem suo, singulisque Sodalibus paupertatem, pretiosum

velu-

veluti thesaurum, caute in Congregatione servandam identidem commendabat.

479 Neque illud prætereundum, quod licet suis ascceticis, moralibus, et Dogmaticis libris, numero plurimis, exstimatione undique expetitis, maximum sibi lucrum captare facile potuisset, quia tamen in eis evulgandis unam Dei gloriam, et animarum salutem respiciebat, neque ullâ auri, vel argenti fame ducebatur, ne obulum quidem in eis lucrari unquam voluit.

471 *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Famulus de prop. exp. per postremos annos 15. *Sum. pag.* 534. §. 1., *pag.* 535. §. 4., & § 10. *ad* 12. & *pag.* 536. §. 14., & *pag.* 537. *post* §. 27. & 28. *pag.* 538. §. 29. & *seq.* XXVIII. Test. V. S. D. Socius de visu *Sum pag.* 338. § 33, & *seq.*, & *pag.* 539. §. 40., & § 43., & *seq.*, & *pag.* 540. §. 48, & *seq.* XXXIII. Testis de visu *Sum. pag.* 543. §. 82. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de visu *Sum. pag.* 549. §. 132. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* II. Testis V. S. D. *Director*, & CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 552. *post.* §. 155. *ad* 158 V. Testis de visu *Summ. pag. cit.* §. 159. *ad* 161., & *pag.* 553. §. 162. *ad* 164.

472 Quanta nam laude sit prosequendus Alphonsus ex divite voluntarie pauper ipse Ecclesiasticus probat exclamans = *Beatus Vir, qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia, & thesauris, qui est hic, & laudabimus eum? FECIT ENIM MIRABILIA IN VITA SUA.* (Eccl. 31.) Ac de nostro Antistite affirmare jure possumus, quod de S. Francisco, S. Bonaventura scripsit in ejus vita cap. 7. = *Nemo tam auri quam ipse cupidus paupertatis, nec thesauri custodiendi sollicitior ullus, quam iste hujus Evangelicæ margaritæ.*

DE HEROICA V. S. D. CASTITATE

473 Castitas est virtus, per quam concupiscentia juxta rationis modum castigatur. Virtus profecto est, qua Cœlestis Sponsus, qui pascitur inter lilia máxime delectatur, accedente præsertim Virginitate, quæ in genere Castitatis dicitur excellentissima virtus, cum consistat in integritate corporis, et omnimoda immunitate a delectationibus, uti docet S. Thomas 2. 2. *quæst.* 152. *art.* 1. 2. & 5.

474 Hanc porro virtutem tanto Alphonsus studio custodivit, ut *Angelus in carne* vivens videretur. In custodiendi quippe mundique tuendi mentis, et corporis integritate non castior fuit, quam cautior, ac in sensus omnes perpetuo vigil. Ex ore namque, e vultu, ex oculis, e statu, incessu, accubatione, sessione, virgineus Dei Famuli candor eminebat. Neque vero tam admirabili hac virtute præstitit postquam lubens, libensque Sacerdos effectus est, sed ab incunte ætate, et a teneris, ut ajunt, unguiculis. Germanus ejus Frater Cajetanus P. Antonio Mariæ Tannoja retulit adhuc pueruluin Alphonsum secum domi degentem, quo involuntarios ipsos tactus inter dormiendum præcaveret, cubatum juxtam manus in sacculum includere fuisse solitum. Cum vero in seculo vitam ageret inter pericula, inter humanæ vitæ blandimenta, inter splendidæ Familiæ comoda a spectaculis retrahebat oculos, puellarum refugiebat aspectum, et consortia vitabat; nuptiisque lectissimæ puellæ Theresiæ de Li-

go-

gorio e Principibus de *Presiccio* aliisque sibi a Patre propositis renunciavit. Nobilis autem ea puella, cujus ipse matrimonium ob Castitatis amorem rejeccrat, Alphonsi sequuta exemplum sese item Deo in Religione devovit.

475 Tota autem vita sagax occasiones aufugit, quæ servandæ Castitati obversari sibi poterant. Tum Missionarius, tum Episcopus cum Mulieres alloquendi necessitas urgeret, id nonnisi eorum testibus, inversaque fronte, oculisve in terram defixis exequebatur. Suæ manus osculum cujuscumque conditionis mulieribus omnino prohibuit; et si forte annueret manus pallio tectas porrigebat.

476 Theologicos tractatus impuritatis actus respicientes tyronibus vetuit. De vitio Castitati opposito concionem habens, ignis instar erubescebat, ac de impuritate silens media ad tuendam castitatem necessaria prolixe exponebat. Quanta vero modestia, et cautione de sexto præcepto scripserit, magis ex ejus operibus nosci, quam verbis exprimi potest. Confessiones excipiens, dum inhonesta peccata audiret, ne minus pura cogitatio suam mentem obriperet plurimum satagebat, idque ut maxime caverent, sæpius tum Sodalibus, tum ceteris Moderatoribus commendabat, præcipiebatque. Cum olim a Magnate quodam Herculani antiquitatis opus minus honestis imaginibus refertum dono accepisset, eas omnes diligenti calamo delevit.

477 Quanto autem zelo Sacer Antistes se gesserit, ut impuritatis vitium e sua Diœcesi procul exularet, ac Castitatis amorem in omnium præsertim adolescentium animos ingereret tum in vitæ Commentario, tum de illius animarum zelo verba faciens exposui. In suo Argentino Episcopio lethali rheumate correptus balneo uti a Medicis jussus pudoris causa constantissime renuebat, doloribus cruciari potius contentus, quam modestiam in minimo lædere. Præcepto vero adactus licet brachia, ceteraque corporis membra nonnisi extremo dolore movere posset, mira tamen anxietate studioque e lectulo descendens lintea sibi stricte admovebat. Eo item in eventu modestiæ suæ etiam post obitum prospicere satagens, sui cadaveris lotionem omnino prohibuit.

478 Tantam viri Castitatem Infernus Christianorum hostis invidens, ut alios bene multos perfectissimos viros, Christianosque Heroes, sic, et Alphonsum in postremo eius vitæ quinquennio licet senem per tentationes, et phantasmata ad extremum fere spiritum vexavit. At ille fortis in fide Cacodæmoni ita restitit, ut cunctorum moderatorum testimonio totas ipse infirmi vitæ in suam Castitatem irruentes strenue vicerit, hostemque compresserit. Constant hæc omnia ex *Sum. num.* 24. *per tot. de Castitate*.

479 In iisdem quoque postremis vitæ annis ad se movendum, ac induendum impar, ne a suo quidem famulo tangi patiebatur. Jussus propterea subncula sudore madida exui mortem subire videbatur, ac incredibili defaticatione satagebat, ut id, quantum debilitatæ vires patiebantur, per sese præstaret. Morti proximus nil sæpius suis curatoribus commendabat, quam in necessario ministerio modestiæ consulerent, intermortuisque manibus suo ipse pudori consulebat. *Sum. pag.* 555. §. 8. *pag.* 530. (*alias* 556.) §. 14. *pag.* 531. (*verius* 557.) *sub init* 558. §. 30. *pag.* 558. §. 36. *pag.* 559. §. 39. *&* 45., *pag.* 560. §. 50., *&* 56. *pag.* 561. §. 65., *& seq.*, *pag.* 562. *pag.* 566. §. 110. *& seq.*, *pag.* 567. §. 115. *pag.* 588. §. 125., *& in Tit. de Obitu*.

480 Jure itaque meritoque tam castum virum Angelum in carne omnes appel-

la-

labant, juxta illud Matthæi 22. 30. *Erunt sicut Angeli Dei in cælo*. Imo vero S. Basilius super Textum Lucæ 20. 36. *Et sunt Filii Dei* dixit, Castitatem non tantum Angelis, sed etiam Deo assimilare, cum subdat, = ibi = *Et hi profecto, qui continentiam servant, Angeli sunt, qui viventes in carne corruptibili mortalium vitam illustrando tuentur. Sunt autem Angeli non ex infimo quovis ordine, sed certe illustrissimi, & nobilissimi. Illi enim carnis nexibus liberi integritatem suam in Cœlis servant, et loco, & natura inviolabiles, & apud summum Regem omnium Deum constituti: At vero illi in terra carnis illecebris, & voluptatibus diu reluctantes, ac Diaboli tentamenta perpetua exercitatione vincentes, incorruptionem Angelicæ puritati parem virtute præcipua ante Creatoris oculos custodierunt*. Et S. Bernardus Epist. 44. inquit = ibi = *Quid Castitate decorius, quæ mundum de immundo conceptam semine, de hoste domesticum, Angelum denique de homine facit? Differt quidem inter se homo pudicus, & Angelus, sed felicitate, non virtute, sed, & si illius castitas felicior, hujus tamen fortior esse cognoscitur*.

481 Et re sane vera SEPTEM Alphonsi CONFESSARII formiter in actis examinati, inter quos etiam ille, qui generalem ipsius *morientis* confessionem excepit, luculentissime affirmant numquam in ejusdem defectibus absolutionis materiam invenisse, proptereaque velut Angelum in carne innocentiæ stolam Creatori suo, uti acceperat candidam reddidisse; quemadmodum jam in *Tit. de Charit. in Deum* fusiori calamo exposuimus. Nulla ergo certe major illius innocentiæ probatio afferri vel exoptari umquam potest. Una enim Confessarii assertione probatam habuit Joannes XXII. S. Thomæ Aquinatis virginitatem, ac innocentiam, uti in ejus Bulla *Canoniz.* §. 4. ibi = *Multi eum in carne mansisse incorruptum existimarunt, quod ejusdem Sancti Confessor publice, & ad nos testimonio fide digno pervenit, coram omnibus die defunctionis ejusdem asseruit dicens, ego Confessionem generalem ipsius sancti audivi, de quo testificor, quia ita inveni eum purum sicut puerum quinque annorum* apud Card. de Lauræa *disput. 32. de virt. heroic. art. 6. pag. 815. num. 66.* Sic item Rotæ AA. ad probandam Castitatem, et virginitatem S. Pii V. *multum detulerunt attestationibus Confessariorum, qui excipientes ejus Confessiones dixerunt nullam se in eo deprehendisse culpam lethalem*; apud Bened. XIV. *lib. 3. cap. 24. num. 60.*

DE HEROICA V. S. D. OBEDIENTIA

482 OBEDIENTIA virtus est *qua exequimur actus a Superiore præceptos, quia præcepti sunt*, uti definit Bened. XIV. *lib. 3. cap. 24. num. 18.* perque eam voluntas propria propter Deum abnegatur juxta S. Thomam 2. 2. *quæst. 104. art. 3.*, eaque demum virtutes ceteras menti insetit, insertasque custodit, ceu scribit S. Gregorius *lib. ultim. moral. cap. 10.* Unde S. Hieronymus exclamat = *O felix, & abundans gratia in obedientia, summa virtutum elausa, nam simplici gressu hominem ducit ad Christum, quia vir obediens loquetur victorias*.

483 Quamquam vero V. Vir Alphonsus in eo vitæ genere versatus sit, in quo fere nulla sibi afferri poterat occasio obedientiæ præstandæ Superioribus utpote qui, et supremus Congregationis Moderator, et Episcopus extitit, heroicæ tamen obedientiæ vivam in se expressit imaginem. Fundamdæ

de enim Congregationis consilium haud primum executioni mandavit, quam a probis, sanctisque Viris P. Thoma Pagano Congreg. oratorii, et P. Ludovico Fiorillo Dominicanæ Familiæ assensum, imo præceptum habuerit. Ab hisce autem ad exequendum opus Stabiorum Antistiti Thomæ Falcoja pientissimo viro commendatus in unaquaque vel minima aggredienda re ejus est usus consilio, imo ad præstandam ei obedientiam, ut semper fecit, sese voto adstrinxit.

484 Fundata inde Congregatione, licet ejus gubernacula teneret, a Directoribus tamen, ac conscientiæ Moderatoribus, ut servus a Domino, infans a Parentibus, omnino pendebat. Hinc ægrotus delicatiores dapes sibi appositas respiens ad Moderatoris nutum sumebat illico. Cruciandi corporis licet apprime cupidus, Confessario jubente a macerationc cessabat. Christi Passionis quamquam amantissimus, ad edendum de ea librum jam comparatus, contrario urgente præcepto, statim destitit. Eumdem inde librum edere jussus morem gessit, eoque tractatum protraxit, quo moderator indixerat.

485 Episcopatum item, quem S. M. Clementi XIII. intimo humilitatis sensu pluries renunciaverat, nonnisi ex obedientia suscepit; Ac sibi suadentibus, ut præter allatas, alias item causas ad detrectandum Episcopatum Pontifici exponeret, ita est allocutus = Præclpienti Pontifici obediendum omnino est = tantaque vi suæ humilitati eo in eventu restitit, ut in gravem inciderit morbum. Post triennium Pastorale munus suis expendens momentis eidem Clementi XIII. resignans, cum Pontifex renuisset, susceptum munus gravis instar oneris obediens retinuit. Eamdem abdicationem quum recusasset S. M. Clem. XIV. obediens acquievit. In eo tandem resignando Sacratissimo Principi PIO Papæ SEXTO propriam voluntatem ejus voluntati devovit, ita ut, et inclinata ætate, et gravissimis, quibus afflictabatur morbis omnino posthabitis, Pastoralem sollicitudinem ad obitum usque, si id a Pontifice jussum, retinuisset. Episcopatus item tempore, totaque vita ad extremum usque spiritum Ecclesiæ canones, ac Romani Pontificis Decreta heroica demissione, et obedientia est executus. Suis tandem Moderatoribus per totum Episcopatus tempus tum quoad pœnitentiæ opera, tum quoad cetera obtemperabat; Imo vero sæpius ad id etiam P. Villani mandatum, utpote totius Congregationis Vicarii Generalis perhumillime postulabat.

486 Abdicato tandem Episcopatu luculentissima edidit heroicæ obedientiæ monumenta. Quum enim Deus ad eum velut aurum in fornace probandum sivisset, ut præter senectutis, ac habitualis morbi incomoda ad sua augenda merita conscientiæ stimulis cruciaretur, a Confessariis jussus ab animi anxietate cessare, cessabat illico; quemadmodum omnes sui moderatores una voce testantur. Quoniam vero ipse ad Obedientiæ nomen, veluti ad omnipotentis vocem venerabundus caput inclinabat, hinc non modo directoribus, sed æqualibus ipsisque inferioribus obediebat. *Sum. num. 25. per tot.*

487 Ex hac autem Obedientia ad Canonizationis effectum argumentum desumi tradit Card. de Laurea in *3. Sent. disput. 32. art. 14. sub num. 420.* Scacchus *de not. & sign. Sanctitat. sect. 4. cap. 2. pag. 252., & seq.*, atque advertunt Auditores Rotæ in Relationibus Canonizationis S. Petri de Alcantara *art. 8. §. Quod desumitur*, Sanctæ Theresiæ *art. 11. per tot.*, ac Sanctæ Catharinæ Ricciæ *3. part. tit. de Justit. sub §. quarto*.

DE HEROICA V. S. D. FORTITUDINE

488 Fortitudo juxta S. Augustinum *lib.* 83 *quæst.* 3. *est considerata periculorum susceptio, & malorum perpessio*. Hac itaque virtute accinctus Ligorius ardua, et difficillima *aggressus est*, aspera, et adversa *subtinuit*; in quibus profecto duobus actibus tota consistit Fortitudinis virtus, uti docet S. Thomas 2. 2. *quæst.* 128. *art.* 1. *in corp.* et Auditores Rotæ *in Relat. S. Thomæ de Villanova* penes Contelor. de Canoniz. SS. *pag.* 627. *& seqq.* §. *Hujus*; necnon Bened. XIV. *lib.* 3. *cap.* 24. *num* 32.

489 Ac primo quidem ardua est aggressus Alphonsus cum blandiloqui mundi deliciis, arridenti sæculo, familiæ comodis, ac maximorum honorum spei heroica animi altitudine valedixit. Non Patris lacrymæ, non blandæ maternæ preces, non amicorum, et affinium consilia ejus animum frangere valuerunt: Quemadmodum fusius in vitæ Comment. dictum est.

490 Pari animi fortitudine sibi apposita superavit obstacula in nova congreganda Presbyterorum Familia. Haud enim affinium convicia, et irrisiones, necnon sibi adversa Apostolicæ Missionis Congregationis studia eum a proposito revocarunt. Uno enim ipse Divino fretus auxilio, ac summorum virorum Ludovici Fiorilli, necnon Stabiorum, et Scalæ Antistitum, suique Moderatoris consiliis utens, persecutionum fluctus, irrisiones, et obstacula vicit. Pari fortitudine fundatam Congregationem semel, ac bis ab interitu revocavit. Quamquam enim invidus Cacodæmon neonatæ Congregationi funus paraverit ad evertendum Institutum Sociorum menti consilium suggerens puerorum Institutionis, maluit tamen Alphonsus a socils deseri, quam Missionum propositam, et vocationem immutare. Nec frustra. Nam messis Dominus novos sibi operarios et numero plures, et Apostolico zelo ferventes misit, quibus is brevi non modo per totum utriusque Siciliæ Regnum, sed per Pontificiam item ditionem Institutum mire propagatum vidit. At Infernus hostis ægre ferens ab Alphonsi fortitudine frangi novas molitur artes, novasque in eum, omnesque Sodales persecutiones excitat. Sed pari fortitudine in novo hocce conflictu victor evasit Alponsus. Tanta enim mansuetudine suam, suorumque innocentiam ostendit, ut ab heroica in Adversarios charitate, nihilum quidem deflexus ex ipsis persecutionibus majus a Deo instituti incrementum obtinuerit.

491 *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Famulus de prop. exp per postremos annos 25. *Sum. pag.* 578. §. 1. *&* 2. XXVIII. Testis V. S. D. *Socius* de prop. exper. *Sum. pag.* 582. §. 33. *ad* 36. XXXIV. *V. S. D. Socius* de visu *Sum. pag.* 584 §. 60. XXXV. Testis V. S. D. CONFES. de visu *Sum. pag.* 584. §. 63. *&* *seq.*, *&* *pag.* 585. §. 66, *&* *seqq.* XXXVII. Testis V. S. D. CONFES. de prop. scien. *Sum. pag.* 586. §. 73. *ad* 78. *&* §. 81. *ad* 85. XXXVIII. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 587. §. 86. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis auritus primi gradus *Sum. pag.* 592. §. 129. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis V. S. D. *Director* de visu *Sum. pag.* 597 §. 170 *ad* 177. II. Testis *V. S. D. Director*, *&* CONFES. de prop. exper. *Sum. pag.* 598. §. 180. *ad* 183. = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* XXIII. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 600. §. 198. *&* *seq.*

492 Ex his profecto heroica Alphonsi Fortitudo luculentissime inicat juxta illud Apost. ad Philip. 4. 13. = *Omnia possum in eo, qui me confortat*, et Regi Vatis psalm. 26. 3. *Si consistant adversum me Castra non timebit cor meum*

meam, si exurgat adversum me prælium in hoc ego sperabo. Et in Sanctis Fundatoribus ex hujusmodi adversitatibus heroicam adstruunt Fortitudinem Rotæ Auditores, ut in Relat. S. Cajetani Thienei *tit. de Fort. post init.* S. Petri Regalati eod. tit. §. hanc sane, S. Theresiæ etc.

493 Ardua est item aggressus dum in ipso ætatis flore vix dato Ecclesiæ nomine se totum Apostolico muneri mancipavit, vitiis ubique, scandalisque omnibus bellum indixit, itinerum incomoda pertulit, famem, sitim vitæque asperitatem haud formidavit. Quo peccatores ad Christum converteret ingentes exantlavit labores, sudavit, et alsit. Adamantino pectore indutus in Insectandis vitiis, in scandalis ubique tollendis nullam habuit personarum acceptionem, nihil umquam metui vel gratiæ dedit; ceu *tit. de Prudentia* probatum est. Valetudine licet fere semper infirma, a concionando, a confessionibus audiendis, habendisque Missionibus numquam abstinuit. Ubique pravas diremit consuetudines, extinxit odia, facinorosos homines, prostitutasque fœminas ad Christianæ vitæ sobrietatem adduxit; ut in *tit. de Charit. in Prox. quoad spirit. per tot.*, *& Sum. pag* 586. §. 83. *pag.* 587. §. 88. *pag.* 592. §. 130. In hoc sane ærumnosissimo munere quot curæ, quot sollicitudines, quot diversa studia subeant inter diversos afflictorum clamores, inter diversa pravorum hominum genia, inter protervas potentium virorum mentes, quanta propterea in id Fortitudine sit opus intellectu magis, quam verbis assequi potest; juxta illud Chrysostomi *in* 2. *ad Cor. hom.* 25. *num.* 2. ibi = *Cogita quid nam hic pertulerit, qui non unius domus, sed Urbium, & Populorum curam gerebat, & pro tantis rebat, eum tot essent, a quibus vexabatur, ipseque solus esset, tantaque pateretur, eaque sollicitudine afficeretur, ut nullus Pater pro filio in pari cura versetur* = Quæ de re ad heroicam S. Francisci Xaverii Fortitudinem retulere Rotæ Auditores *ejus labores pro Dei amore, & animarum salute susceptos* apud Bened. XIV. *lib. 3. cap.* 24. *num.* 36.

494 Nec minori Fortitudine opus ipsi fuit post nactum Episcopatum ad reformandos gregis universi mores, ad coercenda vitia, ad crimina vindicanda. Ubi de gregis salute, ac Pastorali cura ageretur non intuebatur molestias, contemnebat difficultates, pericula, ac detrimenta nulla exhorrebat. Concepta firmiter divinæ opis fiducia, huic innixus, erecto, fortique animo ardua quæque, ac difficillima adoriebatur. In aggrediendis vero rebus, quæ ad incrementum divinæ gloriæ, publicamque utilitatem conducerent omnia in id studia, ac diligentiam conferebat. Christianæ plebis eruditioni maxime necessarium ratus novi Templi ædificium S. Mariæ ad Vicum injectis difficultatibus, oppositisque obstaculis haud animum despondit, haud sese dejecit, sed ipsos petens Neapolitanos Judices apud eos Ecclesiæ suæ causam viriliter peroravit; Imo vero ingentem pecuniæ vim de suo contulit quo optatum ædificium ad complementum adduceret. De eximia item viri justitia dum agerem retuli apostolico pectore apud Regem cavisse, ne ad assequenda sua Cathedralis Sacerdotia Civitatis potius jura, quam merita valerent. Heroica æque prudentia, ac Fortitudine a Clero suo textilium pinnatorum usum avulsit, ejusque disciplinam promovit. In coercenda etiam licentia, ac populo in officio continendo ita se ad labores assiduum, ad dura, et aspera fortem, ad pericula impavidum, ad injurias patientem, ad illecebras voluptatum invictum præstitit, ut ejus animum nec mollia, et blanda dissolverent, nec ulla adversa dejicerent. Privatis primum monitis, paterpisque amplexibus potentem quemdam Ecclesiasticum a turpi, publi-

eoque scandalo revocare aggressus resipiscere recusante m nulla ejus præpotentia perterritus in carcerem trusit. Convicia quoque, ac ptobra cujusdam Presbyteri a beneficio assequendo jure repulsi heroica patientia tulit. Pari silentio gravissimas pert ulit injurias a maleferiato viro sibi illatas ob fratrem scandali causa e Diœcesi exulatum. Rescivit olim facinorosum hominem se ad necem conquirere propterea quod illius pellicem in vincula conjecerit, ac lætus exclamavit libenter mortem pro suo grege, ejusque salute subiturum. Sed numquam historiæ finem imponerem, si complecti singula vellem, quæ fortis Antistes Ligorius vel pro tuenda Ecclesiæ suæ immunitate, vel reformando grege, atque Clero, vel procuranda Ovium salute, scandalisque tollendis patientissime tulit; ac ea referunt.

495 *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Famulus de prop. exp. *per postremos annos* 25. *Sum. pag.* 578. *in fin.*, *& pag.* 579. §. 4. XXVIII. Testis V. S. D. *Socius* de prop. exp. *Sum. pag.* 581. §. 32., *& pag.* 582. §. 37. *ad* 41. XXXV. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 585. §. 65 XXXVII. Testis V. S.D. CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 586. §. 81. XLIV. Testis V. S. D. SECRET., ET CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 588. §. 101. *ad* 105. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de prop. scient. *Sum. pag.* 592. §. 131. *ad* 135. IV. Testis de visu *Sum. pag.* 593. §. 146., *& seq.*, *& pag.* 594. §. 148. *ad* 152. XVI. Testis de visu *Sum. pag.* 595. §. 156. XIX. Testis de visu *Sum. pag. cit.* §. 157. *ad* 159. XXXIV. Testis ex off. de visu *Sum. pag.* 596. §. 163. ad 166. XXXVI. Testis ex off. *Sum. pag. cit.* §. 167. = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* XXIX. de ptop. exp. *Sum. pag.* 601. §. 204. *ad* 206.

496 Tacita hæc injuriarum perpessio in promovenda Ecclesiastica disciplina, ac mira illa constantia ad ipsam subeundam mortem in criminibus vindicandis heroicam certe Alphonsi Fortitudinem, ac Apostolicam invicti animi firmitatem ostendit, ac firmitatem, inquam, illam quam meritis laudibus in S. Carolo Borromæo extollit Benedictus XIV. *lib.* 3. *cap.* 34. *num.* 9. ibi = *In Bulla Canonizationis S. Caroli Borromæi legitur paratum se illam ostendisse animam suam ponere pro tuendis Ecclesiæ juribus, & Ecclesiastica restituenda, & conservanda auctoritate, licet alioquin mitissimus, & clementissimus esset vir, ita ut calumnias, contumelias, & graves patientissime tulerit persecutiones, & oblata aliquando indicia proditionis vitæ suæ neglexerit.*

497 Illud vero vel magis mirabilius in Alphonso fuit, qui natura erat ignea, irritabili, subitisque concitationibus obnoxia. Qua de re majore ipsi animi fortitudine opus erat, ut in se illatas contumelias, et irascendi occasiones æque, pacatoque animo ferret. Illud unum specimenis loco referam ipsum quo probra, ac iodigna nomina in se innocentem impudentissime conjecta serena pro Christo fronte perferret propriam ferro sauciasse manum, suoque cruore inde manante in quadam schedula scripsisse = *Mi Jesu omnia propter Te* = Eamdemque schedulam ad Crucifixi pedes obtulisse *Sum. pag.* 599. §. 192.

498 *At quia non in mari tantum, aut prælio Vir fortis apparet, sed exhibetur & in lectulo virtus*, ut ait Seneca apud Perald. *in Sum. virtut. Tom.* 1. *p.* 6. *cap.* 4. *p.* 280. *in princip.* Sic Alphonsus non modo in hominum prælio, sed etiam in lectulo, in perferendis nimirum diutinis, acerbisque ægritudinum molestiis se Fortem exhibuit. Non hic commemorabo continua illa malæ valetudinis incomoda, quæ tamen ipsum ab Apostolico, et Episcopale munere numquam retardarunt. Vel ab ipsis Apostolici cur-

sus

sus primordiis gravem in morbum incidit, ac nonnisi præsentissima Deiparæ ope e mortis faucibus ereptus est. Vix tamen convaluerat ad Missiones invitatus, propriæ statim oblitus valetudinis se totum lucrandis peccatoribus dedit. A Clemente XIII. Episcopus renuntiatus præ angustia lethali morbo corripitur. Hortantur Sodales, ut Pontifici vitæ quo versabatur discrimen exponeret si forte ille ad tale nuncium ab eo gravi onere liberaret. Forti tamen animo Alphonsus obstitit, illud suis repetens = præcipienti Pontifici omnino esse obediendum = Episcopus consecratus ter lethaliter ægrotavit. In Agathensi primum Urbe insalubri Cœlo sita; Inde in Civitate Airolæ, dum sacræ visitationi vacaret; ac tandem Argentii. S. Agathæ tam graviter ægrotavit, ut Sacro Christi Corpore ad felicem exitum Viatico eum munire opus fuerit. Inter angores vero tanta Alphonsus patientiæ, ac heroicæ in Deum uniformitatis monumenta dedit, ut Cathedralis Canonicis, Magistro Caputo Seminarii Rectori, ceterisque assidentibus exempio fuerit, et admiratione; eum tamen Deus ad Populi sui utilitatem ab illo vitæ discrimine revocavit. A prima hac ægritudine vix tantisper levatus, et a Medicis Nuceriam repetere jussus, dum ibi forte reseiret prostitutam fœminam a Diœcesi procul expulsam Episcopi discessum nactam eo revertisse, suæ illico salutis oblitus citus Diœcesim revertitur, perditique pudoris fœminam sibi acceltam gravissimis, paternisque monitis ad Christum convertit.

499 Diœcesim perlustrans cum Duratiani Oppidum cisio vectus pergeret, vectoris inscitia trino casu everso curru brachio luxatur. Infortunio nihil omnino commotus patiens Antistes nec vectorem redarguit, nec de luxatione conqueritur; sed eo spreto incomodo, doloreque, unam hanc vocem emittens = *Gloria Patri* = vix ad locum perventus Sacram Visitationem aggreditur, Pastorali labori dat operam, ac omnia sacra operatur.

500 Parem animi constantiam *Airolæ* ostendit dum ibi Sacræ Visitationis laboribus fractus gravem in morbum incidit. Sueta enim patientia, animique altitudine morbi tulit incomoda, ac querelæ loco per ignitas aspirationes Deo offerebat angores.

501 Gravissima tandem, ac cæterarum periculosior, atque diuturnior ea fuit ægritudo, quam anno 1769. Alphonsus Argentii pertulit. Catharrali enim febre, ac sciaticæ doloribus pro suarum Ovium salute a bono Pastore posthabitis cum octiduas Missiones per se instituisset in acerbissimos arthritidis cruciatus incidit, quibus nec lectulo orizontaliter jacere, nec ullum corporis membrum absque acerbissimo dolore movere valebat; adeo ut sedi fixus hærere debuerit. Inter hujusmodi cruciatus ad plures menses protractos ne leviter quidem questus = Deo gratias = repetebat. Acri humore colli vertebras mordacius depascente inclinatum ipse in pectus mentum tenere cogebatur; ex barbæ propterea perfricatione lethale ulcus subtus esophagum ceteris morbis accessit. Ex hujusmodi ulcere a quotidiana febricula alto licet fœtidum pus quotidie manaret, numquam tamen de eo est questus Antistes. E fœtore tandem Medici subodorati quod erat, per vim elevato mento, occultum, ac profundum ulcus ad pectus usque perrectans advertunt. Eo morbi vis devenerat, ut iidem sacrum Antistitem ad lethum properantem sacris extremis muniri mandaverint. Inter hæc dolentibus omnibus unus Alphonsus nihil omnino commotus majores a Deo cruciatus expetebat, et ad subeundam mortem paratissimus devotos sensus sibi animam acturo suggerendos dictavit. Licet vero morbus per annum pertinaciter perdurasset, ita ut contortis colli

li vertebris obstipo collo in reliquam vitam remanserit, quin bibere sine fistula posset; numquam tamen quotidianos pietatis actus, ac si bona uteretur valetudine, intermisit. Quotidie Missæ sacrificio coram se oblato devotus intererat, et sacra synaxi reficiebatur. Sæpius per diem cum socio mentali orationi vacabat, cum eoque alternatim Rosarii decades ingeminabat, ac sacros sibi legi libros satagebat. Vim ab ipso languore sumens unam semper Dei gloriam, et animarum salutem alta mente volvebat. Vicarium item Generalem sæpius accitum ad gregis vigilantiam hortabatur, mutuaque cum eo consultatione de gravissimis negociis agebat. Remissa tantisper morbi vi, licet curvato collo, et ad motum fere impar, ad animarum salutem litterarios labores, et concionandi munus repetiit. Uno verbo: demirabantur omnes heroicam Antistitis fortitudinem, ipsumque patientiæ miraculum, et nostri ævi *Jobum* vulgo appellabant.

502 *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Famulus de prop. exp. *per postremos annos* 25. *Sum. pag.* 579. §. 5. *ad* 11., *& pag.* 580. §. 11. *ad* 18. XXVIII. Testis V. S. D. Socius de prop. exp. *Sum. pag.* 582. §. 41. *ad* 43. *pag.* 583. §. 44. *ad* 53., *pag.* 584. §. 54. *ad* 58. XXXVIII. Testis de prop. exper. *Summ. pag.* 587. §. 90. *ad* 92. XLIV. Testis V. S. D. *Secret.*, *&* CONFES. de prop. exper. *Sum pag.* 589. §. 106. *ad* 111., *& pag.* 590. §. 112. *ad* 118. *& pag.* 591. §. 119. *ad* 128. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 592. §. 136., *& pag.* 593. §. 137. *ad* 145. III. Testis de visu *Sum. pag.* 593. §. 144., *& seq.* IV. de visu *Sum. pag.* 594. §. 153. VIII. Testis de visu *Sum. pag. cit.* §. 154. XXXVI. Testis ex off. de visu *Sum. pag.* 596. §. 168. *&* 169. = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* XXII. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 599. § 193. *& pag.* 600. § 195. *ad* 197. XXIII. Testis de visu *Sum. pag.* 600. §. 200. XXV. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 600. §. 201. *ad* 203.

503 Quoniam vero cum de heroica Alphonsi uniformitate in Deum agerемus, heroicam illius patientiam ostendimus in perferenda multiplici morborum catastrophe per postremos annos duodecim, quibus Nuceriæ vixit; Hinc illud dumtaxat innuimus a memorata Argentii ægritudine per septem inde, et decem annos colli incurvationem, auditus, visusque amissionem, molestissimam inde herniam, totius corporis immobilitatem, ac dolorosissimam tandem iscuriam, sive urinæ suppressionem ad obitum usque ita patienter substinuisse, ut nullam umquam querulam vocem emiserit, suique Confessarii nullum umquam in eo impatientiæ noevum notare valuerint, ceu fuse probatum est in *tit. de Fide*; et constat etiam.

504 *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Famulus de visu *per postremos annos* 25. *Sum. pag.* 578. §. 3., *& pag.* 580. §. 18. *ad* 21., *& pag.* 581. §. 22. *& seqq.* VI. Testis de visu *Sum. pag. cit.* §. 24. *ad* 27. VIII. Testis de visu *Sum. pag. cit.* §. 28. *ad* 31. XXVIII. Testis V. S. D. Socius de prop. exper. *Sum. pag.* 584. §. 59. XXXIV. Testis V. S. D. Socius de visu *Sum. pag. cit.* §. 61. *&* 62. XXXV. Testis V. S. D. CONFES. de visu *Sum. pag.* 585. §. 68. *ad* 72. XXXVII. V. S. D. CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 586. §. 79. XXXVIII. Testis de visu *Sum. pag.* 587. §. 87. *&* 89. *&* §. 93. *ad* 95. *pag.* 588. §. 96. *ad* 98. XL. Testis V. S. D. *Medicus* de prop. scien. *Sum. pag.* 588 § 99. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* XXI. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 595. §. 160. *&* 161. *pag.* 596. §. 162. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis V. S. D. *Director* de visu *Sum. pag.* 597. §. 178. *&* 179. II. Testis V. S. D. *Director*, *&* CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.*

598.

598. §. 184. *ad* 187. XI. Testis de visu *Sum. pag.* 598. §. 190. *& pag.* 599. §. 191.

505 Quæ cum ita sint dicere jure merito Ligorius poterat cum Apostolo 2. *ad Cor.* 12. 10. *Placeo mihi in infirmitatibus meis &c. in angustiis pro Christo.* Rationem heroicæ hujus patientiæ in Christi Famulis expendit S. Thomas 2. 2. *quæst.* 123. *art.* 8. *in cor.* inquiens: *facit virtus Fortitudinis, ut ratio non absorbeatur a corporalibus doloribus, tristitiam enim animalem superat delectatio virtutis, in quantum homo præfert bonum virtutis corporali vitæ.*

506 Perseverantia demum, quæ Fortitudinis pars est, quæque illam cæteraque virtutes prætioso veluti diademate coronat, in hocce Apostolico Viro dilucide appáret, pulcherrimeque micat. Non enim vitæ ratio ab eo in ipso adolescentiæ flore suscepta ærumnis undique plena, non diurnæ, ac nocturnæ curæ, non jugis, ac numquam intermissa librorum elucubratio, non ipsa denique nonagenaria ætas eum ab instituto fregerunt, vel ab heroicarum exercitatione virtutum hilum quidem retardarunt. Eam angelicam, ut ita dicam, salutationem qua quotidie a teneris unguiculis Mariam colere cœperat; pium illud exercitium, cui se adolescentulum assuefecerat; eam carnis castigationem, qua corpusculum a tenera ætatula domuit, ad senium usque protraxit, ceu videre est *in Summ. num.* 27. *per tot. de Perseverantia.*

507 Ex hacce vero perseverantia Fortitudinem argui nemo certe non videt. Non posset profecto Alphonsus nisi cælesti roboratus Fortitudine tot, tantaque substinere pericula, omnesque virtutes ad heroicitatis fastigium indefesso labore ad extremum usque spiritum exercere. Hinc S. Bernardus *Epist.* 129. *num.* 2. *col.* 139. *vol.* 1. *oper.* scribit, quod Perseverantia *soror est Patientiæ, constantiæ filia, amica pacis, amicitiarum nodus, unanimitatis vinculum, propugnaculum Sanctitatis; tolle perseverantiam, nec obsequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem Fortitudo.* Quæ quidem perseverantia eo clarior in Ven. Alphonso lucet, quo graviora fuere, quæ per totum vitæ spatium substinuit, quoque diuturnior ejus vita fuit. Ex qua quidem diuturnitate non modo uni Fortitudinis virtuti, sed omni omnino virtutibus major splendoris cumulus accedit, uti docet S. Thomas 2. 2. *quæst.* 137. *art.* 1. ibi = *Opus virtutis potest habere bonitatem, ac difficultatem ex duobus; una quidem modo ex ipsa specie actus, quæ accipitur secundum rationem proprii objecti, alio modo, EX IPSA DIUTURNITATE TEMPORIS; nam hoc ipsum, quod est diu insistere alicui difficili, specialem difficultatem habet, & ideo diu perstitere in aliquo bono usque ad consummationem pertinet ad specialem virtutem* = ac prius *qu.* 123. *artic.* 2. *in corp.* de Fortitudine loquens, ait = *Nomen Fortitudinis dupliciter accipi potest, uno modo secundum quod absolute importat quamdam animi firmitatem, & secundum hoc est generalis virtus, vel potius conditio cuiuslibet virtutis, quia sicut Philosophus dicit in* 2. *Ethic. ad virtutem requiritur firmiter, & immobiliter operari.* Et in nostris terminis ponderant Auditores Rotæ in Relatione Canonizationis Sanctæ Theresiæ *part.* 2. *artic.* 9. *de Invict. Fortit.* §. *Primo ex eo.*

DE

DE HEROICA V. S. D. TEMPERANTIA

508 Temperantia altera ex Cardinalibus Virtutibus definitur a Sancto Augustino *de lib. arb. affectio cohærens, & cohibens appetitum ab iis, quæ turpiter appetuntur*. Unde idem scripsit, quod Temperantiæ *officium est contemnere omnes corporales illecebras, laudemque popularem*, ut in *lib. de morib. Eccles. cap.* 19. *tom.* 1. et S. Thomas 1. 2. *quæst.* 61. *art.* 5. docet, quod hæc virtus in eo sistit, *quod terrenas cupiditates neciat*.

509 Nescivit profecto terrenas cupiditates Alphonsus, qui concupiscentiæ motus ita frænavit, ut virginitatis candorem nullo umquam, non dicam crimine, sed ne noevo quidem maculaverit; quemadmodum *Tit. de heroica Castit.* fuse probavimus: Quod quidem heroicæ Temperantiæ argumentum est, ut bene Cornelius a lapide in 1. *ad Corinth.* 7. 34. *pag.* 280. *num.* 231. ibi = *Virginitas, & cælibatus per se est pars Temperantiæ, eiusque actus heroicus elicitus a summa Castitate, fortitudine, et luctu, est perfecta refrænatio concupiscentiæ*. Et S. Gregorius *Oper. tom.* 1. *pag.* 228. *edit. Romæ lit. D. in fin.* ibi = *Nec si se magnis agonibus pudicitiæ corpora subjugantur*, et Card. Bona *in manuduc. ad Cœlum cap.* 31. *num.* 2. = *Castitas ardua est inter tot libidinis incentiva*.

510 Ejus Temperantia maximopere luxit in edomandis iræ motibus. Adversus enim perturbationes animi summa vi collnctatus, eas non modo sedavit, sed subjecit omnino, ac veluti injecto fræno coercuit. In tanta rerum gerendarum varietate homo in diversa distractus in id continenter vigilavit, ne ab ira, vel in ipsis subitis, ac inopinatis eventibus a domestico veluti hoste ex insidiis caperetur. Quare natura donatus cum esset elastico, irritabili, ignitoque temperamento inter innumeras irascendi occasiones, ne subirasci quidem visus est. Quanta porro virtute, ac vi ad igneam compescendam naturam opus ipsi fuerit illud documento erat, quod oris induceret ruborem.

511 Frænavit item oculos qui ab ipsa prima ætate a spectaculis oculorum aciem refugit, totaque vita oculis fere semper humo fixis incessit. Frænavit linguam cum altum silentium nonnisi ad Dei gloriam, et animarum salutem rumperet, ac otiosos sermones constantissime abhorrens cum hominibus non ad animi recreationem, sed ad unam necessitatem conversaretur, et non nisi necessaria verba depromeret. Id porro luculenter probatum est in *superiori Tit. de Fortitudine*; necnon repetunt Testes.

512 *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Famulus de prop. exp. per postremos annos 25. *Summ. pag.* 608 §. 1. XXXVII Testis de visu *Sum. pag* 609 §. 20. XXXIV. Testis *V. S. D. Socius* de visu *Sum. pag* 610. §. 21 XXXV. Testis V.S.D. CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 610. §. 6. *ad* 19. XXXVI Testis V. S. D. CONFES de prop. exp. *Sum. pag cit* §. 30, & *pag* 611. §. 34. & 35. XXXVIII. Test. de visu *Sum. pag. cit.* §. 36., & *pag.* 612. §. 41. XLIV. V. S. D. *Secret.*, & CONFES de visu *Sum pag.* 614. §. 60. *ad* 64. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 615 §. 66. & *seq.* IV. Testis de visu *Sum. pag.* 616. §. 75. & §§. 77. & 78. XXV. Testis V. S. D. Famulus de visu *Sum. pag.* 617. §. 82. XXVI. Testis V. S. D. *Secretarius* de visu *Sum. pag.* 617. §. 88. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* V. Testis de visu *Sum. pag.* 619. §. 101. & *seq.* = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* VIII. Testis de visu *Sum. pag.* 620. § 110. & *seq.* XXIII. Testis de visu, et aud. a viden. *Sum. pag.* 620. §. 115. LI. Testis V. S. D. Cancellarius de prop. exp. *Sum. pag.* 622. §. 131. & *seqq.*

Ex

513 Ex hujusmodi vero passionum mortificatione V. Alphonsi Temperantia Imo huiusce Virtutis heroicitas per sese facile patet. Nam ut inquit Card. de Lauræa disput. 32. art. 6. = *Omnes fideles conantur penitus reprimere passiones, & paucissimi ad hoc perveniunt, ideoque qui id assequuntur dicuntur HEROES, ET SIMILES DEO.*

514 Sed ad virtutes gressum faciamus, quæ ad *Temperantiam tamquam ad genus suum referuntur, & sunt abstinentia, & sobrietas*, ut inquit Benedictus XIV. *lib. 3. cap. 24. num. 39.* quæque suadent *a cibo, potuque pro sola corporis castigatione cessationem*, juxta S. Augustinum *de Fid. ad Petr.* Nam in utriusque exercitatione virtutis tam rigide se se gessit Ligorius, ut ejus acta vetustiorum Anacoretarum vitam exhibeant. Id vero facile assequemur si illius cibi, potusque tum *qualitatem*, tum *quantitatem* paulisper attendamus. Ad qualitatem quod attinet satis superque constat perpetuo more abstinuisse a vino, liquoresque omnes omnino vitasse. Nonnisi enim in inclinata ætate Medicorum, et Moderatorum jussu ad fovendum stomacum, viresque substinendas modico vino usus est. Ejus cibus pravus, parvusquo erat. Ad prandium tam Missionarius, quam Episcopus jentaculo dumtaxat, fructibusque vescebatur. A carne semper abhorruit, vel vix eam degustabat. Delicatiores cibos In Missionibus sibi dono datos vel recusabat omnino, vel si id vetasset urbanitas, ad plures sequentes dies seponebat, donec sibi, sociisque acidi in mensam apponerentur. Sodalibus autem jussit, ut inter Missiones habendas a cupediis, pullis, aliisque delicatioribus cibis ad abstinentiæ exemplum abstineant. Missionum vero præsides præscriptæ mensæ aliquid superaddentes severe objurgabat, puniebatque. In Congregatione cum esset frequenter per hebdomadam humi stratus cibum sumere consuevit. Quotidiano jusculo amarissimum fructicem *aloem*, *absinthium*, aliasque fastidiosas herbas immiscebat, quem morem ab adolescentia susceptum tum inter suos, tum in Episcopatu, tum demum per postremos vitæ annos ad obitum usque servavit; ac ita amarum idem reddebat jusculum, ut ejus reliquias vel ipsi famelici, ipsique feles omnino respuerent. A fructuum primitiis, quæ Deo offerebat, semper abhorruit, ipsosque inde fructus, si gustu forte gratos, sale amaros reddere satagebat. Episcopus, instructa familiaribus suis frugali mensa, industrie ipse ab obsonio, carneque abstinebat; quamquidem comunem mensam caritatis anno ad alendos pauperes imminuit, ad quos opitulandos vel ipso se necessario alimento privabat. Pullos, selectos cibos, ferculosque ita semper a sua mensa procul arcuit, ut etiamsi illi nobiles advenæ assiderent, epulas quidem necessarias apponi jubebat, sed vulgares, quibus plerique hominum comuni usu vescuntur; dicere solitus = Regum non Episcoporum esse lautiorem mensam instruere = Hinc præter cetera oblatum olim acipenserem recusans salitas sibi caras respondit. Nullam sane curam de cibo sibi umquam cepit, nec male conditum abhorruit. Hinc numquam adduci potuit, ut imperitum coquum dimitteret. Et si Antistes sacra lectione cibum condiebat; qua de re in cujuscumque etiam convivæ præsentia anagnoste utebatur; S Augustini imitatus exemplum, qui *in ipsa mensa magis lectionem, vel disputationem, quam epulationem potationemque diligebat*; ut scribit Possidius *in Ejus vita cap. 22.*

515 Senio tandem, morbisque confectus Alphonsus epulas de more amaris herbis depravabat. Quo vero pulte carneo jusculo condita vesceretur tum Medici, tum Moderatoris jussu opus fuit. Eorum item nonnisi jussu

amerieana potione matutinam levavit inediam. Ex pisciculis sibi seni ægrotoque appositis relicta pulpa, caput dumtaxat ore terebat. Peculiares epulas, vel delicatioris quid obsonii respuebat omnino; urgente vero præcepto, illud vix degustatum in sequentes dies industrie cuandabat, donec eo putrido vesceretur.

516 *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Famulus de prop. exp. *per postremos annos* 25. *Sum pag.* 608 § 2., *&* §. 5. *ad* 8. VI. Testis de visu *Sum. pag.* 624. §. 11. X. Test. de visu *Sum. pag.* 609. §. 19. XI. Test V. S. D. CONFES. de visu *Sum. pag.* 624. §. 14. *&* *pag.* 625. §. 15. XII. Testis de aud. a viden. *Sum. pag.* 626. §. 26. XXIII. Testis de visu *Sum. pag.* 626. §. 29. XXIV. Test. de visu *Sum. pag.* 626. §. 30 XXVIII. Testis V. S. D. Socius de visu *Sum. pag.* 627. §. 35. *ad* 38. XXXII. Testis de visu *Sum. pag.* 629. §. 54. *ad* 56. XXXIII. Testis de auditu a viden. *Sum. pag.* 630. §. 61. *ad* 63. XXXIV. Testis V. S. V. *Socius* de visu *Sum. pag.* 610. §. 23. XXXVII. Testis V. S. D. CONFES. de visu *Sum. pag.* 631. §. 78. *ad* 80. XXXVIII. Testis de visu *Sum. pag.* 612. §. 42. 46. *ad* 49. *&* *pag.* 613. §. 50. *ad* 53. XLIV. Testis V. S. D. *Secret.*, *&* CONFES. de visu *Sum. pag.* 615. §. 65., *&* *pag.* 634. §. 99. *&* *seq.* = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 615. §. 69. *ad* 72. II. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 637. §. 124. XXVI. Test. V. S. D. *Secretarius* de prop. exp. *Sum. pag.* 617. §. 84., *&* *seq.* = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis V. S. D. *Director* de prop. exp. *Sum. pag.* 618. §. 91. *ad* 99. II. Testis V. S. D. CONFES. de visu *Sum. pag.* 640. §. 142. *&* *seq.* XXXVI. Testis de visu *Sum. pag.* 619. §. 105. *ad* 108. = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* VIII. Testis de visu *Sum. pag.* 620 §. 112. *&* *seq.* XXI. Testis V. S. D. *Medicus* de prop. exp. *Summ. pag.* 620. §. 114. XXIII. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 620. § 116. XXXVII. Testis V. S. D. Famulus de visu *Sum. pag.* 621. §. 117. *ad* 119. XL. Testis de aud. a viden. *Sum. pag.* 621. §. 122. *&* *seq.* XLIV Testis de visu *Sum. pag.* 621. §. 126. L. Testis V. S. D. *Secret.*, *&* CONFES. de prop. exper. *Summ. pag.* 622. §. 128. *&* *seq.*

517 In mortificando itaque gustu, in se abstinendo a carne, vinoque, in amaris demum reddendis epulis per aloem, absynthium, aliasque fastidiosas herbas, celebriores Apostolicos Viros V. Ligorium æmulatum fuisse videtur, scilicet S. Ludovicum Bertrandum, in cujus causæ *relatione Tit. de Temperantia refertur fere semper immiscuisse (in cibis) aloem fructicem amarissimum*; uti apud Benedictum XIV. *lib. 3. cap.* 28. *num.* 17. S. Petrum de Alcantara, qui *palatum amaris nastruiii foliis*, *& granatiliæ*, *ut dicunt*, *& fellis potu amaricabat*, ceu scribit Card. de Laurea *in 3. sent. tom. 2. disput. 32. art* 10. *num.* 569. ac tandem S. Franciscum, *qui cocta cibaria sanitatis tempore vix admittebat*, *& raro: admissa vero aut conficiebat cinere*, *aut condimenti saporem admistione aquæ ut plurimum reddebat insipidum*, ceu scribit S. Bonaventura in ejus vita *cap.* 5. *de aust. vitæ*.

518 Ex his quæ hactenus de cibi *qualitate* delibavimus, exigua item *quantitas* apertissime patet. Patet enim tam parce cibo uti fuisse solitum, ut perpetuum videatur servasse jejunium. Non hic commemorabo asperum vitæ genus tum maxime ab eo susceptum, cum Congregationis suæ prima fundamenta jecit, quo sane tempore duro, pravoque pane, et aquæ potu se substentavit. Non hic repetam quotidianum in Missionibus morem usque ad occasum solis protrahendi jejunium, quo omnibus omnia factus ad horam usque vespertinæ concionis pœnitentium confessiones exciperet. His aliisque prætermissis de suetis dumtaxat jejuniis loquar in cer-

certis diebus tota vita constantissime tolleratis. Præter enim Ecclesiæ jejunia rigida constantia ad obitum usque servata, ter per hebdomadam a communi obsonio, fructibusque abstinens uno jusculo, paneque vescebatur, itaut inedia vix sistere posset. Singula vero Sabatha in Mariæ honorem pane tantum, et aqua transigebat, abstinebatque prorsus a cæna. Per totum Adventum, perque Pentecostes novendium unis lacticiniis utens rigidum servabat jejunium. Hoc profecto abstinentiæ genus per totam quoque Episcopatus epocham sectatus est.

§19 Senio licet, morbisque attritus, quo magis alimento succisque salubribus indigebat, severius abstinebat. Eamdem porro retinere voluisset victus asperitatem, ac jejunandi morem, nisi Moderatoris præcepto tantisper ab iis temperare cogeretur. Quo enim illi pareret rigido Sabathi jejunio pani jusculum addidit sueto more amaro absynthio depravatum. Eo item in die, aliisque recurrentibus jejuniis ab ipsa americana potione sibi seni necessaria abstinebat. Per postremos tandem vitæ annos a cæna prorsus abstinuit. Prandium vero herbarum pulte, crudisque item herbis definiebat, ac atro pane vesci delectabatur.

§20 *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Famulus de visu *per postremos annos* 25. *Sum pag.* 608. §. 3., *&* 4. *pag.* 609. §. 9. VI. Testis de visu *Sum. pag.* 624. *ante* §. 12. X. Testis de visu *Sum. pag.* 609. §. 13. *&* 14., *&* §. 17. *&* 18. XI. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 624. §. 13., *& pag.* 625. §. 20. XXIII. Testis de visu *Sum. pag.* 626. §. 28. XXVIII. Testis V. S. D. Socius de visu *Sum. pag.* 627. §. 32. *ad* 34., *&* §. 39., *& seq.* XXXII. Testis de visu *Sum. pag.* 629. §. 52. *&* 55. XXXIII. Testis de visu *Sum. pag.* 629. §. 57., *& pag.* 630. §. 64. XXXIV. Testis V. S. D. Socius de visu *Sum. pag.* 610. §. 22. *& seq.* XXXV. Testis V. S D. CONFES. de visu *Sum. pag.* 731. §. 69. *ad* 71. XXXVI. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 611. §. 31. XXXVII. Testis V. S. D. CONFES. de visu *Sum. pag.* 631. §73. *ad* 80. XXXVIII. Testis de visu *Summ. pag. cit.* §. 37., *& pag.* 612. §. 43. *ad* 45., *& pag.* 613. §. 54. XLIV. Testis V. S. D. *Secret.*, *&* CONFES. de visu *Sum. pag.* 634. §. 100. *&* 101. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 615. §. 68. *ad* 70. *&* §. 73., *& pag.* 636. §. 111. *& seq.* III. Testis de visu *Sum. pag.* 638. §. 126. IV. Testis de visu *Sum. pag.* 616. §. 74. VII. Testis de visu *Sum. pag.* 617. §. 80., *&* 81. XXV. Testis V. S. V. Famulus de visu *Sum. pag.* 617. *post* §. 82. XXVI. Testis V. S. D. *Secret.* de visu *Sum. pag.* 617. §. 86., *&* 87. *& pag.* 618. §. 89. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis *V. S. D. Director* de visu *Sum. pag.* 618. §. 90. 94. *&* 99., *& pag.* 619. §. 100. *& pag.* 639. § 132. II. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 639. §. 141. XXXVI. Testis de visu *Sum. pag.* 619. § 103. *&* 107. = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* VIII. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 641. *in fin.*, *& seq.* XXIII Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 621. *init.* XXXVII. Testis V. S. D. Famulus de visu *Sum. pag.* 621. §. 120. XLIII. Testis de visu *Sum. pag.* 621. §. 124. LI. Testis V. S. D. Cancellarius de prop. exp. *Sum. pag.* 622. §. 133.

§21 Mirabilia sunt hæc, mirabiliora vero, quia in viro assiduis laboribus fracto, ut ad rem ponderant Rotæ AA. *in relat. Causæ S. Ludovici Bertrandi* apud Bened. XIV. *cit. lib.* 3. *cap.* 28. *num.* 17. ibi = *In relatione S. Ludovici Bertandi Tit. de Temperantia refertur partem obsonii in mensa eum comedisse, quæ vix ad hominis subtentatationem sufficiebat, quem morem servavit etiam dum munere prædicationis fungeretur.* Sic item S. Caro-

lum Borromæum in postremis vitæ annis *cibum serotinum omisisse* scribit Bened. XIV. *lib. 3. cap. 29. num. 13.* Non modo autem ex laboribus, quibus subtinendis alimentum maxime necesarium erat, sed item ex promptitudine, alacritate, facilitate, ac diuturnitate, qua rem in primis arduam exercuit Ligorius, Illius Temperantiæ heroicitas apertissime evincitur. Nam uti ponderat Card. Bona in manuduct. ad Cœlum *cap. 31.* = *In usu ciborum difficillimum est extra metas necessitatis non abripi. Venter præcepta non audit.* Theophilus Raynaudus *oper. t. 4. pag. 747. §. Quam difficilis moderata undecumque abstinentia ciborum; & n. 70.* ubi post S. Gregorium = *Nihil est proclivius*, inquit, *aut hominibus familiarius, quam in eo genere labi &c. in tam necessaria autem cibi admotione nihil proclivius, quam ab illecebroso objecto abduci ultra modum.* Et Card. Agulrre de Virtut., et vit. *disput. 6. quæst. 2. num. 4.* = *Vix enim unus aliquis etiam eorum, qui frugalissimi habentur, invenitur, qui intra limites adeo angustos se contineat, & sibi tam severas Temperantiæ leges imponat*; Unde Augustinus = *Quis est, Domine* (exclamat *lib. 10. Confes. cap. 13.*) *qui non rapiatur aliquantulum extra metas necessitatis? Quisquis est, MAGNUS EST, magnificet nomen tuum.*

522 Verum V. Alphonsus suo Corpori ærumnis fesso, laboribusque attrito non modo necessarium alimentum, sed debitam item *somni* requiem denegavit. Dum enim in Congregatione commoraretur horas a ceteris quieti datas post editum silentii signum orans ipse transigebat in choro, ac petita inde cella, in privata flagellatione insumebat. Episcopus familiaribus cubatum euntibus plures horas ad multam noctem tum precibus, tum cruentando corpori dabat. Uno verbo: Vix per quinquenas horas somno indulgebat. Quo vero vel ipsam quietem sibi molestam redderet allquando magno lapide pedibus alligato cubabat. Laneam culcitam ita a cubile suo procul arcebat, ut in diversoriis, aut domi alienæ cum esset, ipsam culcitam per se e lectulo noctu tolleret, vel inclinato in angulo capite, nullimode se in lecto sterneret. Constanti vero more uno straminео stragulo pro cubile utebatur, seu ut verius loquar, nonnisi super nudas tabulas somnum carpebat. Industrie enim quoquo vespere ita per straguli latera coacervabat paleas, ut nudo jaceret in ligno. Hinc Episcopus factus molli recusato lecto sibi in Episcopio parato suetum stragulum a Famulo apponi jussit, in quo semper, tenui palea ad angulos demandata, cubavit. Quo tandem ad tabulæ duritiem tormentum adderet lapides in stragulum clanculum inserebat. Hoc profecto martirii genus haud umquam innotuisset, ni forte Airolæ rei familiaris curator Principis Arricciæ lapides forte invenisset in stragulo quo noctu Antistes cubaverat, quos is inter Pastoralis visitationis curas subripere fuerat oblitus. Eo autem in eventu subodoravit, intellexitque famulus causæ quid esset, quod ab eo Antistes per diem lapides postulasset ad fugandos noctu canes ut dictitabat. Accidit item olim quod Secretarius nescio quo eventu intempesta nocte Antistitis cubiculum petens Eum humi cubantem repererit, qua de re frequenter ita ipsum cubare solitum sibi suasit. Id item alter familiaris a clavis foramine rimans adhuc incerta luce attonitus vidit. Præcepto tandem opus omnino fuit, ut ipse arthritide, morbis, senioque confectus lanea culcita uteretur.

523 *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Famulus de prop. exp. per postremos annos 25. *Sum. pag. 624. §. 8. ad* 10. X. Testis de visu *Sum. pag. 609 §. 25* XI. Testis V. S. D. CONFES. de visu *Sum. pag. 625. §. 21.* XII. Testis de aud. a viden. *Sum. pag. 626. §. 27.* XXVIII. Testis V.S.D. Socius de prop. exp.

exp. *Sum. pag.* 628. §. 47. & 48. XXXIII. Testis de visu *Sum. pag.* 629. §. 60. XXXVI. Testis V. S. D. CONFES. de visu *Sum. pag.* 611. §. 38. & *pag.* 613. §. 57. & 58. XLIV. Testis V. S. D. *Secret.*, & CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 635. §. 106. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de auditu a viden. *Sum. pag.* 636. §. 117. XXVI. Testis V. S. D. *Secretarius* de visu *Sum. pag.* 618. §. 89. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis *V. S. D. Director* de prop. exper. *Sum. pag.* 639. §. 137. II. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 640. §. 151. & 152. V. Testis de prop. scien. *Sum. pag.* 641. §. 155. XI. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 641. §. 158. *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* XX. Testis de aud. a viden. *Sum. pag.* 642. §. 162. XXXVII. Testis V. S. D. Famulus de visu *Sum. pag.* 642. §. 167. & 168. I. Testis de visu V. S. D. *Secret.*, & CONFES. *Sum. pag.* 643. §. 175. LI. Testis V. S. D. *Cancell.* de visu *Sum. pag.* 622. §. 133.

524 Exemplum ergo imitatus est Sacer Antistes Ligorius alterius S. Antistitis Caroli Borromæi quem scribit Benedictus XIV. *lib. 3. cap. 28. num. 16. in fin.* = *dormiisse super paleis, & aliquando super nudis tabulis*; necnon S. Petri de Alcantara, *qui in lecto ex lignis, saxis, ac textulis constructo, & cervicali ex lignorum quisquiliis referto cubabat*, ut apud Card. de Laurea in 3. *sentent. tom. 2. disput. 32. art. 16. num. 569.*

525 Præter jejunia, molestasque vigilias omne id corpori suo denegavit, quo ad illud fovendum, tuendumque uti solemus. Nullum unquam corpori levamen dedit. Quare diebus ceteris ad spatiandum datis, ne domo quidem egrediebatur. Itioerans vero, vel progrediente tempore sive Episcopus, sive senex valetudinis causa spatiari jussus nullo oblectabatur spectaculo, objectisque rebus, sed vocali orationi, vel sacræ lectioni incumbebat. Quieti, otioque numquam indulgens postulabitis valetudinis incomodis scriptioni semper, lectionique vacabat. Mira omnino ioerat ei ftigoris, æstusque patientia. Nam ioter æstivos calores, ne aquæ quidem potu sitim extinguebat; Inter hyemales algores oumquum ad prunas accedebat. In Iliceti domo rigido cælo sita rigentes manus ad scribendum impares calido taotisper ferro tepefaciebat, donec nervos molles scriptioni redderet. Eadem sæviente hyeme detecto semper capite incedere consuevit, quem morem in præfervida item æstate servavit. Faciem numquam aqua refrigeravit. Vix enim oculos madido linteo mundabat. Illud quoque memoriæ proditum est adolescentem Alphonsum in Syoensium Collegio commoraotem nonnisi injectis in calceis lapillis, pedibusque stantem studio incumbere consuevisse. De Paupertate autem disserens adeo ipsum vestium horruisse mollitiem retuli, ut nonnisi obsoletis, et reconcinnatis uteretur, ac Episcopus ipsas violaceas caligas, habitumque numquam sericum, sed laneum ioduerat. Intonsa barba semper incessit. Eam enim quoad vixit ter, vel saltem quater dumtaxat sibi novacula abradi passus est; scilicet cum electus Episcopus Romam petiit, cum a Sarnensi Antistite de Novellis, et a Literarum Episcopo Giannini inter habendas in illorum Diœcesi Missiones præcepto adactus est, ac tandem, cum olim Regiæ mensæ debuit interesse. Cæteroquin eam forcipe per sese tondebat.

526 *Ex Proc Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Famulus de visu per postremos annos 25. *Sum. pag.* 609. §. 10. *ad* 12., & §. 16. VI. Testis de visu *Sum. pag.* 624. §. 12. XI. Testis V. S. D. CONFES. de visu *Sum. pag.* 625. §. 18. 19. XXIII. Testis de visu *Sum. pag.* 626. *post* §. 29. XXVIII. Testis V. S. D. *Socius* de visu *Sum. pag.* 627. §. 40. & *pag.* 628. §. 50. XXXIV. Testis *V. S. D. Socius* de visu *Sum. pag.* 610. §. 25. XXXVII. Testis V. S. D.

CON-

CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 632. §. 81. *&* 82., *& pag.* 633. §. 92. XXXVIII. Testis de visu *Summ. pag.* 611. §. 40. *& pag.* 613. §. 55., *& seq.* XLIV. Testis V.S.D. *Secret.*, *&* CONFES. de visu *Sum. pag.* 613. §. 59 *& pag.* 634. §. 112., *& pag.* 635. §. 117. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 637. §. 121. IV. Testis de visu *Sum. pag.* 616. §. 76. VII. Testis de visu *Sum. pag.* 617. §. 79. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis V. S. D. *Director* de prop. exp. *Sum. pag.* 639. §. 133. *&* §. 139. II. Testis V. S. D. CONFES. de visu *Sum. pag.* 640. §. 145., *& seqq.*, *&* §. 153. V. Testis de visu *Sum. pag.* 641. *post* §. 156. XI. Testis de prop. exper. *Sum. pag.* 641. §. 159. XXXVI. Testis de visu *Sum. pag.* 620. §. 109 *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* XX. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 642. §. 164. XXXVII. Testis V. S. D. Famulus de prop. exp. *Summ. pag.* 643. §. 169. XLIII. Testis de visu *Sum. pag.* 621. §. 125. L. Testis V. S. D. *Secret.*, *&* CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 621. §. 127. LI. Testis V. S. D. Cancellarius de visu *Sum. pag.* 622. §. 134. = Quis vero in V. Alphonso heroicum illud contemnendi cultus corporis studium, vestiumque mollitiei horrotem non admiretur, quem de Sancto *Francisco* summis laudibus extulit S. Bonaventura in *Ejus vita cap.* 5. *de aust. vitæ* ibi = *Vestitus horrebat mollitiem, asperitatem amabat asserens propter hoc Joannem Baptistam ore divino fuisse laudatum.*

527 Neque tamen hic mortificationi finis. In studio enim afflictandæ carnis ab ipso adolescentiæ flore suscepto, ita processit quotidie magis, ut heroicitatis vestigium attigerit. Dato vix Ecclesiæ nomine cum adlectis quibusdam Presbyteris omnigenæ virtutis viris ad pietatis opera, ac sese flagellandum remotum secessum petebat, quos ceteros fervore præibat. In Syncsium Collegio abditus omni tormentorum genere innocens corpus domabat. Fundata Congregatione præter comunes flagellationes ter per hebdomadam antelucano tempore, et intempesta nocte sese dire plectebat. In singulis Sabathis, aliisque statis diebus se ferventius cruentabat. Quo vero cruorem per cubiculum undequaque conspersum oculraret calce parietes dealbare satagebat. Ad fugandam olim vanægloriæ tentationem se tam dire flagellavit, ut offenso coxendicis nervo, tantisper tota vita claudicaverit. Præter hæc ciliciis, catenulis, aculeatisque zonis corpus castigabat. Hinc qui in illius gesta curiosus investigabant ex ejus aliquando contorto incessu, subitisque motibus, quod erat, facile suspicabantur. Inter habendas Missiones ad duriora peccatorum corda flectenda se ferviđe flagellabat. Tantum erat in V. Alphonso carnis macerandæ studium, ut ejus pœnitentia in vulgare adagium abiret.

528 Episcopali auctus dignitate ne hilum quidem a sueta carnis castigatione remisit. Mane vix evigilans se Deo pro gregis peccatis in holocaustum offerens nodosis, ferreisque flagris sæviebat in corpus. Obducta item nocte in solitario cubiculi recessu flagellationi operam dabat, cujus strepitu, vibratisque ictibus, qui industrie rimabant vehementer horrebant; cruoris autem guttas a flagris per cubiculum conspersas suo pennicillo calce velabat. Horridis præterea ciliciis, aculeatis catenulis, crinitis zonis, fæmoralibus cuspidibus textis sua membra cruciabat. Res fidem excederet ni Famulus, ac Secretarius, lethaliter ægrotante Domino, hujusmodi tormentorum capsulam subtus stragulum occulte tectam forte reperissent, qui cito ejus veriti indignationem ibi attente reposuere. Lethali reumathe correptus, quo tantisper eo levatus est, statim a Moderatore repetendæ carnis macerationis veniam expetiit.

529 Abdicato Episcopatu, obstipo licet collo, ac multiplici morborum con-

ge-

gerie afflictatus, se tamen flagris, quetisque tormentis exercuiare non destitit. Destitit enim eum prope nonagenarius id ei conscientiæ Moderator pro imperio vetuit. Nam satis tunc enormis herniæ doloribus, surditate, cæcitate, ulceribus, spiritus ariditate, motus impotentia, senio, collique curvatione ad patientiæ usque miraculum tolleratis ejus Corpus afflictabatur.

130 *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V.S.D. Famulus de visu per postremos annos 25. *Sum. pag.* 623. §. 1. *ad* 7. XI. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 625. §. 16. *&* 17., *&* §. 22. *ad* 24. *pag.* 626. §. 25. XII. Testis de aud. a viden. *Sum. pag.* 626. §. 27. XXIV. Testis de visu *Sum. pag.* 626. §. 31. XXVIII. Testis V. S. D. Socius de prop. exp. *Sum. pag.* 627. §. 41. *ad* 43., *&* *pag.* 628. §. 44. *ad* 46, *&* §. 49. XXXIII. Testis de visu *Sum pag.* 629. § 58. *&* 59., *&* *pag.* 630. §. 65. *&* 66. XXXIV. Test. V. S. D. Socius de prop. exper. *Sum. pag.* 630. §. 67. *&* 68. XXXV. Testis V. S. D. CONFES. de visu *Sum. pag.* 931. §. 72. XXXVII. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 632. §. 83. *ad* 88. XXXVIII. Testis de visu *Summ. pag.* 633. §. 93. *ad* 95. XLIII. Testis de prop. exp. *Summ. pag.* 633. §. 96., *&* *pag.* 634. *init.* XLIV. Testis V. S. D. *Secret.*, *&* CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 634. §. 97. *&* 98. *&* §. 103. *&* *pag.* 635. §. 104. *&* *seq.* = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de visu *Summ. pag.* 635. §. 108. *ad* 110., *&* *pag.* 636. §. 114. *ad* 119., *&* *pag.* 637. §. 120. *ad* 122. II. Testis de visu *Summ. pag.* 637. §. 123., *&* *pag.* 638. §. 125. III. Testis de visu *Sum. pag.* 638. §. 127. XXV. Testis V. S. D. Famulus de prop. exp. *Sum pag.* 638 §. 130. XXXII. Testis de prop. exp. *Sum. pag. cit.* §. 131. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* I. Testis V. S. D. *Director* de prop. exp. *Sum. pag.* 639 §. 134. *ad* 138. II. Testis V. S. D. CONFES. de prop. exp. *Summ. pag.* 640. §. 147. *ad* 150. V. Testis de aud. a viden. *Sum. pag.* 641. §. 154. *&* 156. XI. Testis de prop. exp. *Summ. pag.* 641. §. 157. = *Ex Proc. Ord. S. Agathæ* VIII. Testis de prop. scient. *Sum. pag.* 642. §. 160., *&* *seq.* XX. Testis de aud. a viden. *Summ. pag. cit.* §. 163. XXXVII. Testis V. S. D. Famulus de visu *Summ. pag.* 642. §. 165. *&* *seq.* L. Testis V.S.D. *Secret.*, *&* CONFES. de prop. exp. *Sum. pag.* 643. §. 170. *ad* 176.

131 Dicere ergo Alphonsus cum Apostolo poterat 1. *ad Cor.* 9. 27. = *Castigo Corpus meum, & in servitutem redigo, ne forte cum aliis prædicaverim ipse reprobus efficiar.* Multiplices autem afflictationes quibus V. Alphonsus corpus suum castigavit, ut maximam Temperantiam, sic heroicam quoque sanctitatem ostendunt; eodem dicente Apostolo *ad Rom. cap.* 8. *vers.* 13. = *Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis; Hoc est opus nostrum*, subjicit Augustinus *Serm.* 156. *alias* 13. de verbis Apostoli, *in hac vita actiones carnis spirita mortificare, quotidie affligere, minuere, frænare, interimere*, et serm. de utilit. jejun. cap. 5. = *Ita ergo agamus, Fratres, temperemus &c. cessando a lætitia carnis, acquiritur lætitia mentis.* Sed ad alteram Temperantiæ partem, quæ juxta Augustinum *lib. de morib. Eccles. cap.* 19. tota est in contemnenda populari laude, scilicet *Humilitatem* progrediamur.

DE

DE HEROICA V. S. D. HUMILITATE

532 HUMILITATIS virtus, quemadmodum Christianæ perfectionis radix est, ac fundamentum, ita etiam Temperantiam apprime coronat, quia scilicet *temperat, & refrænat animum, ne immoderate in excelsa tendat*, ceu docet S. Thomas 2. 2. *quæst.* 161. *art.* 4. Hanc porro virtutem ad heroicitatis usque fastigium sectatus Alphonsus est, uti ex recensendis actibus constat. Nec mirum. Quum enim ipse omnium omnino virtutum radiis colluceret, debuerat sane, quantum in ipso erat, sibi per humilitatem heroice vilescere. Nam *Spiritus Sanctus quo majori luce virtutum Electorum corda irradiat, eo & abundantiori dono humilitatis ditat*; ceu observat S. Gregorius *lib.* 4. *in* 1. *Reg. cap.* 5.

533 Atque ut ab Humilitatis actibus intra religiosa penetralia exercitis exordiamur, licet ipse omnium Præses numquam de præeminentia sollicitus, neque loco, neque cibo, neque alia ulla in re ab aliis distingui sinebat. Per sese verrere cubiculum, cubileque sternere in more sibi fuit; imo vero in vilioribus obeundis muneribus Laicis, Famulisque opitulabatur. Hinc paropsides abluere solitus ferventi olim aqua suas manus adussit. Ab imperio semper abhorrens mira urbanitate, comitate, et charitate ab ipsis laicis necessaria postulabat. Ad missiones pergens rheda, sociis cessa, vili jumento utebatur; quo facto a Populis non Superior, sed equus habebatur.

534 Ita autem dignitates, et honores aufugit, ut de iis recusandis votum emiserit. Re quidem vera, uti alias innuimus, ut primum rescivit se Missionibus in Neapolitana Diœcesi vacantem requiri, ut renunciaretur Episcopus, illico sese e Missionibus in remotam Juranorum domum abdidit. Plurimum item apud Cappellanum Majorem Rosa egit ne Archiepiscopus eligeretur; tanta demum sollicitudine studioque sategit apud Regem, Regiosque administros, ut Episcopalem dignitatem detrectarer, quanta ambitiosus quisque ad eam assequendam fuisses usus. A. sa. me. Clemente XIII. S. Agathæ Gothorum Episcopus creatus renuit illico; quum vero præcipienti Pontifici parere debuisset, præ humilitate tanto dolore affectus est, ut in lethalem morbum incideret. Abdicato tandem Episcopatu ne alterius quidem Ecclesiæ in Infidelium partibus sitæ titulum ullo modo quæsivit.

535 Episcopus cum esset ab omni fastu abhorrens laneis semper vestibus utebatur, ac ædificiis sua impensa excitatis, pretiosisque supellectilibus Cathedrali dono datis gentilitium suæ familiæ insigne velut alter Borromæus apponi vetuit. In corrigendis autem sontibus ita male feriatorum hominum subivit injurias, ut ne subirasci quidem aut verbo conqueri visus sit.

536 Etsi doctrina nemini secundus, personam tamen Magistri nec cum ipsis inferioribus induebat, ac tunc maxime angebatur, cum ejus opera quis laudibus prosequeretur. Splendidissima familia natus sui ortus claritatem extolli haud patiebatur, eamque verbis extenuare satagebat. Sanctitatis fama ubique celebratissimus, se omnium maximum peccatorem identidem appellabat, nihilque habuit antiquius quam heroicas virtutes, ac superna charismata hominum oculis occultaret. Hinc postremis vitæ annis ad eludendam Sanctitatis famam, ac summorum virorum concursum

ad

ad eum ægrotum fieri solitum, S. Philippi Nerii imitatus exemplum sese imbecillem simulabat, nisi Dei gloriæ, vel proximi boni urgeret occasio. Hoc enim in eventu tam apposite disserebat, ut non homo, sed Angelus videretur. Constant hæc omnia *ex Sum. num. 30. de Humilit. per tot.*

537 Hæc profecto heroicæ humilitatis certissima sunt argumenta. Nam, ut inquit S. Laurentius Justinianus *lib. de Humilit. cap. 9. pag. 1032. lit. A: Humiles, & blandi istius contemptores omnem quantum valent, & corde despiciunt & corpore, atque conversatione declinant hujus vitæ sublimitatem, & gloriam, non considerantes honoris præeminentiam*. Hinc S. Gregorius *lib. 22. Moral. cap. 29. & Serm. 13. in Cantic.* summis laudibus extollit voluntariam hominis opinionem de propria vilitate = ibi = *Magna, & rara virtus profecto est, ut magna operantem magnum te nescias, & manifestam omnibus tuam, te solum latere Sanctitatem, mirabilem te apparere, & contemptibilem reputare, hæc ego ipsis virtutibus mirabilius judico*: necnon S. Jo. Chrysostomus *Hom. 5. de incomprehensib. nat. Dei*, ibi = *Nulla humilitas est, ut cum peccator sit, peccatorem te opineris; humilitas est, quoties quidpiam rerum præclararum sibi conscius, nihil magni de se ipso existimat. Hæc est humilitas, si te excelsum per virtutum officinam, humilem per opinionem reddas*. Ac idem ponderarunt Auditores Rotæ *in relationibus Causarum* S. Catherinæ de Ricciis *part. 3. tit. de Humil. §. Primo cum.*, S. Philippi Nerii *part. 3. eod. tit. §. Sanctitatis*, et S. Andreæ Avellini *cap. 13. § quod attinet*.

DE DONIS SUPERNATURALIBUS

538 *Dei amici tamquam perfectiores, sicuti uberiori replentur gratia, ita potioribus ornati sunt donis*, ait S. Laurentius Justin. *de Cast. connub. verb. & anim. cap. 17. pag. 247.* Inter Dilectos Dei amicos fuisse Alphonsum, cum hactenus ex heroica exercitatione virtutum, tum etiam ex charismatum donis luculenter apparet.

539 *Bilocationis* dono dum Neapoli commorabatur Nuceriæ Paganorum cuidam fœminæ stypem elargitus est. Dum vero Nuceriæ versaretur, in templo domus Jurinorum Mulieris cujusdam confessionem excepit. In Amalphitana tandem Urbe dum e suggestu verba faciebat ad Populum, domi pœnitentibus aurem præbebat.

540 Prophetiæ dono illustris futura prævisit. In Amalphitana Urbe Missiones habens populum monuit si in crastinum dœmoni e ferraria officina prædeunti assensum præberet, terræmotus flagellum subiturum. Postridie prædictionis, educta e ferraria officina in forum ad ludendum bubula, dum populus ad eam debaecabatur ingenti terræmotu quatitur Urbs, ac non ita multo post novo terræ tumultu concutitur, omnibus vaticinii veritate obstupescentibus.

541 Eadem in Missione Amalphitanæ cuidam Mulieri a morbo quo afflictabatur haud se fore evasuram, fœminam parituram eamque monialem futuram, necnon unicum quem habebat masculum ante status electionem moriturum prædixit; ac singula juxta vaticinium evenere.

542 Ad Missiones olim pergens a quodam Antistite jussus secum spectaculo interesse, theatri ruinam non obscure minitatus est. Vaticinio ab eo Antistite spreto illico successit eventus.

543 Vetustam navem cujusdam Benigni de Cesare Cavensis contrario vento agitatam e Siciliæ fretu incolumem ad Portum perventuram prædixit, resque cessit ex voto.

544 P. Fabii Bonopane Genitori Dei Famulus in somnis apparens flagellum minatur si illius filii alteriusque vocationi obsisteret; novamque prolem ipsi spopondit. Is visioni acquiescens filiorum vocationi annuit, ac ambo V. S. D. Institutum amplexi sunt. Ut Vir Ille Alphonsum de facie novit eumdem fuisse a se in somnis visum sibique minitantem obstupescens deprehendit. Post hæc juxta sponsionem alios quatuor liberos suscepit.

545 Anno 1754. adolescenti Virgini Moniali apud S. Mariam Magdalenam Neapolis leviter ægrotanti perpetuam ægritudinem usque ad obitum prædixit. Ac revera post triginta quatuor annos adhuc virginis morbus juxta vaticinium perdurabat. Ejusdem vero Monialis cubiculum post V. S. D. ingressum per triduum suavem spiravit odorem.

546 Nutantem in vocatione puellam Felicem Calenda Neapolitanam nec in claustro, nec in seculo se locaturam præsignificavit. Ejusdem prædictionis postridie lethali casu luxato fœmore ad extremum adducta est. Ut vero se tantisper convaluit e claustris ad paternos lares misella reversa inferiorum artuum amisso sensu motuque, super carrucam reliquam vitam ad quinquaginta circiter annos traduxit.

547 Hujus vero fratrem Franciscum Calenda saueiatum, licet se melius haberet, brevi moriturum vaticinavit evenitque.

548 Bene valenti Presbytero ad Neapolitanum iter comparato vicinam mortem prædicit. Ejus vero comiti, nil tale opinanti, Parochi dignitatem præsignificavit; nec singulorum sors fuit vaticinio dissimilis.

549 Nobilem puellam Delphinam Guevara filiam Ducis Bovinensis brevi nuptui tradendam, claustralem vitam amplexuram Matri prædixit. Eventus dicto fidem adjunxit.

550 Cuidam Mulieri Diœcesis Salernitanæ de nuptiis cum conclve contrahendis eum consulenti, non alibi, quam Neapoli nuptias ipsam contracturam, masculum parituram, eumque Carmilitam futurum aperte respondit. Vaticinio in omnibus successit eventus.

551 Electus Episcopus Agathensis tum Sodalibus tum Nucerino Populo suum discessum amare flentibus se Nuceriæ moriturum fidenter, clareque prædixit. Ac re sane vera non obstantibus lethalibus morbis, quibus Episcopus ad interitum properavit, Nuceriæ tamen juxta vaticinium obiit.

552 Episcopus quum esset anno 1763. præter omnium expectationem moremque magnam leguminum copiam provisit, quam postea insequenti anno famelicis dira annonæ caritate pressis larga manu distribuens, omnibus futuræ calamitatis fuisse præscium facto probavit. Eodem caritatis anno Canonicum Tabularium in ordinem digerentem, inopinato infectaque re, Argentium, maxima urgente necessitate, statim petere jussit. Eo adventus ille Annonæ Præfectum a tumultuante populo ad necem conquisitum invenit, eum ab ejus manibus eripuit, aperteque novit futurum viri discrimen Sacro Antistiti fuisse superne notum.

553 Ægrotam Hortensiam Lelio S. Agathæ invisens eam certo morituram tum viro suo, tum adstantibus patefecit, eventusque vaticinii veritatem comprobavit,

554 Argentii nobilem virum Joannem Mariam Puoti, quem Medici brevi sanum evasurum ipse brevi moriturum aperte uxori prædixit. Postridie nil tale Medicis, domesticisque opinantibus, improviso moritur æger.

555 Anno 1768. Carolo Mango Airolæ Civi lethaliter ægrotanti, cui celebris

Pe-

Peritus mortem, ipse vitam ominatur. Eventus cui præstanda fides patefecit. Nam æger brevi evasit incolumis. Sic item ejusdem Caroli Fratrem Joannem Mango in extremis agentem haud moriturum, uti evenit, aperte prædixit.

556 Airolæ visitationis causa commorans ægroto adolescentulo post triduum mortem prædicit. Exacto triduo æger cum se melius haberet lectuloque surgere pararetur, inopinato diem supremum obivit.

557 Suæ Diœcesis Diaconum arguens ipsum vino periturum vaticinavit, ceu paulo post evenit.

558 Sodalibus inter persecutionum procellas Congregationis interitum metuentibus stabilitatem in Deo promisit.

559 Anno 1772. sibi, licet morbis, senioque fracto diuturnam superesse vitam sociis contrarium metuentibus claris verbis patefecit. Ejus obitus, qui nonnisi Cal. Augusti anni 1787. accidit, vaticinii veritatem comprobavit.

560 Post abdicatum Episcopatum ad Nucerinum Populum alcitate pressum sermonem habens proximam pluviam, statamque pluviæ diem publice spopondit. Hac adveniente dum aer sueta serenitate pluviam omnino remotam ostendebat, illico obductis cælo nubibus ingentes imbres effluxere.

561 Anno 1785. sui Nucerini Medici ægrotantis mortem, quin eum invisisset, clare vaticinavit, eveniteque.

562 Nucerinæ puellæ Monasterium ingredienti haud ibi sed domi cælibem vitam ducturam prædixit, et accidit.

563 Pluries item haud obscure futuras afflictationes, eventus, vocationem patefecit. Frequenter etiam consultus non modo locum in quo puellæ nuptui tradendæ erant, sed ipsius quoque fortunæ varietatem vaticinavit. Sic item ægrotos invisens eorum vel valetudinem, vel mortem haud obscure significabat ac in singulis dicti veritas agnita est.

564 Eodem prophetiæ dono ditatus præsentia quoque prorsus occulta, longeque remota novit.

565 Absentes olim Socios Agrigentum versus novæ Fundationis causa profectos infesto mare vagantes, et in vitæ discrimen adductos eo quo accidit momento superne vidit, cæterisque patefecit. Eventus inde veritatem sequens infortunii nunclum aperuit.

566 Argentii concionans repente Populum pro felici obitu Casertani Antistitis precem fundere jussit. Eo autem momento obiisse Casertæ Antistitem sequentes Epistolæ renunciarunt.

567 Nescio qua nocte occultum expulsæ meritricis reditum cælitus penetrans, eidem missa stype statim e Diœcesi abire jussit.

568 Argentii eum esset Regium administrum Marchionem de Marco a Medicis Neapoli conclamatum se noctu melius habuisse superne novit, eique a Deo vitam V. Episcopum *Lucci* obtinuisse absenti nunciavit. Quoad singula rei eventus prædictioni respondit.

569 Agnellus Vertueci V. S. D. Famulus mente recogitans, quod *non est in culpa, quem pœnitet ante fuisse*, juxta illud quod Tertull. tribuitur *in carm. de Senat. ad Idolatr. transfuga*, ad majorem Dei, suique Heri gloriam in Apostolicis Agathensibus tabulis juratus retulit, se quadam baccanalium nocte ope cujusdam Josephi Savastano clam in Episcopii penetralibus prava mente adduxisse mulierculam. Dum itaque illam ad turpia allicere tentat horrido catenarum strepitu, ventique fragore perterrefactus est. Vix ea perturbatione sedata amatoriam iterum vesaniam repetit,

tit, iterumque eodem audito rumore, strepituque, omnes ingenti metu afficiuntur. Quamobrem is in se reversus perditi pudoris mulierculam a se procul abjecit. Mirum eventum suus item comes Joseph Savastano ingenue contestatur. Mirabilius vero illud quod V. Antistes post triduum eumdem Famulum ad se accitum de occulto facinore eo noctis momento a se cognito severe redarguit, additque se licet ægrum surrexisse e lectulo, ac Deum fuisse precatum ut Eum ab inferorum faucibus eripere dignaretur. Ad hæc reus Famulus crimen occultare tentat, sed ab Antistite sibi reponsum audit = oblitus es ne obstrepentium catenarum fragoris, quem tremens audisti? Tunc ille verecundia suffultus culinam repetens crimen amare flevit.

570 Accidit alias quod quædam puella in qualibet hebdomada accipiendæ elemosynæ causa V. Antistitem adire solita hyberno frigore algens ad se calefaciendum mansionem ingrederetur, qua idem Famulus Agnellus Vertucei ad prunas assidebat. Hic cum ea vix ingressa turpiter agere dum alta mente revolvet statim a suo Hero vocatur. Tum præteriti memor suspicatus quod erat tremens Antistiti sistit, qui eum de prava, turpique intentione ignito zelo redarguit, iratique Numinis flagella minatur. Tanto timore tunc ille perculsus est, ut bis experientia edoctus suum Herum internas cordis, mentisque intima introspicere, nulli amplius postea turpi cogitationi præbuerit assensum.

571 Julius Selvaggi suam navem omnium sententia adverso æquore naufragam intime dolens Neapoli cum esset V. Antistiti Argentii edmmoranti per Epistolam infortunium exposuit. At ab eo responsum accepit navem ab infesta tempestate incolumem evasisse, diemque præsignavit qua ea ad Portum erat appulsura; atque ut prædixit, evenit.

572 Anno 1786. die octava Octobris P. Magistri Caputo Dominicani Neapoli commorantis obitum superne cognitum Nuceriæ patefecit; sic item absentis Laici Francisci Tartaglioni mortem Sodali suo significavit; necnon obiisse Pontificem Clementem XIV. eadem die qua id Romæ accidit, familiaribus prænunciavit; quemadmodum allata de singulis muncia cælestis charismatis veritatem comprobarunt.

573 Senio confectus, et ob malam valetudinem lectulo cubare coactus superne novit non ita procul a domo prostitutam esse mulierem. Accitus propterea Parochus rei veritatem detexit, ac supernum V. S. Dei lumen est demiratus.

574 Paucis ante diebus, quam e vita migraret, laboribus, senio, morboque attritus mulierculam in Nucerina Domo clam fuisse introductam cæpit inclamare. Rei veritatem cunctis omnino ignotam reus ipse patefecit. Quidam enim secularis adolescens, qui in ea domo pœnæ nomine commorabatur, personatam mulierem clam ibi introduci sategerat, quam protinus procul emandavit.

575 Occulta etiam noscens *cordium scrutationis* inclarescebat. Innumeris enim intimas cordis anxietates, occultas cogitationes, ipsaque peccata, secreta admonitione aperiebat.

576 *Ecstasum* quoque donum suo dilecto Deus dignatus est impertiri. Pluries inter orandum vel e solo elevatum, vel statuæ simillimum, ac sensibus omnino expertem fuisse repertum testibus suo loco probavimus. In comperto autem est hocce dono publice item eum fuisse ditatum. Coram universo Amalphitano populo duobus fere cubitis e suggestu elevatus in aera, ejusque facies miro splendore e Deiparæ Imagine prodeunte irradiata cunctis apparuit.

In

577 In Foggiæ Templo visibili B. V. apparitione, ecstasi, miroque splendore coram populo est decoratus.

578 Argentii ad Confratres B. V. de Monte Carmelo sermonem habens subita luce splendescere, ac extra sensus rapi visus est.

579 In Oppido item S. Gregorii Salerni miro lucis radio a Deiparæ Imagine in ipsum ducto, vultu coruscantem conferto populo se dedit intuendum.

580 Scalæ V. Virum B. V. apparitione in quadam crypta fuisse recreatum constans fama tenet.

581 Familiares tandem crebrosque cum Beatissima Matre instituisse sermones ab eaque in quacumque aggredienda re consilia recepisse, ipsemet Alphonsus sciscitanti P. D. Joanni Baptistæ de Costanzo Confessario in exhomologesi habita die 19. Octobris 1786. candide fassus est, ceu ille de facto proprio deponit.

582 *Gratia sermonis* mirum in modum fuisse Ligorium a Deo ditatum luculenter cum de illius Charitate in Proximum agerem testibus comprobavi. Innumeras enim peccatorum conversiones non in sublimitate sermonis, sed in nuda Evangelii prædicatione peregit. Confessiones autem excipiens suis monitis vel saxea corda ad contritionem excitabat. *Nam erat verbum ejus, velut ignis ardens penetrans intima cordis, omniumque mentes admiratione replebat, cum non humanæ inventionis ornatum prætenderet, sed divinæ revelationis afflatum redoleret*, ut verbis utamur S. Bonaventuræ *in vita S. Francisci cap.* 12. §. *aderat*. Validissimum vero hoc esse argumentum ad *sermonis* donum adstruendum docet Benedictus XIV. *lib.* 3. *cap.* 43. *per tot.*, ac præsertim *num.* 7., ubi inter cætera exemplum adducit *S. Ludovici Bertrandi* ex ejus Bulla Canoniz. (Cod. pag. 435.) petitum, ibi = *Rapiebat audientium mentes, neque enim hominis sed Angeli spiritum verba ejus redolebant*.

DE MIRACULIS IN VITA

583 Quidam vir Dominicus nomine Procurator rei familiaris D. Mariæ Trajano Cavensis lethali, malignaque febre correptus, ac loquela, sensibusque penitus destitutus erat, cum V. Alphonsus eo se forte contulerat. Accitus ergo ipse ægrotum nomine vocat, qui per triduum licet antea mutus clare vocanti respondet. Conclamati jam ægroti voce audita gaudio gestiere Domestici. Imo vero invocata per Alphonsum Mariæ ope procs ægrotus voce prosequebatur. Ita sensibus, et loquela recuperatis paulo post V. Viri visitationem sanus prosiliit e lectulo.

584 Dum idem Alphonsus sacris expeditionibus vacans Amalphitanam oram petebat accitus ad invisendum *Vitum Infante* a medicis jam desperatum, sacris extremis ad vitæ exitum communitum, sensibusque prorsus destitutum, super ipsum ægrum manum imposuit, ei benedixit, illicoque discessit. Mirabile dictu! eo ipso momento ægrotus e mortis faucibus eripitur, revocatur ad sensus, ac surgit incolumis. Instantanea hacce desperati Viri sanatione omnes obstupuere.

585 Emanuelæ de Cesare viei de *Raito* Salerni enormi tumore in ore affectæ V. Alphonsus licet absens apparet, S. Aloysii aquam deglutiendam porrigit, eamque sanam reliquit.

586 Anno 1754. V. Vir Apostolicæ prædicationis causa hospitio exceptus apud Medicum Physicum Franciscum Mariam de *Saragnano* Salernitanæ Diœcesis,

sis, ne pullos in sua, ac sodalium mensa permitteret, exiguam carnis portionem tam mire multiplicavit, ut triginta tribus hominibus satiatis inde superfuerit; Ubi Pater familias tantulam illam carnis portionem *ultra septulum* multiplicatam vidit, illacrymans obstupuit. Eumdem vero miraculum alte extollentem Alphonsus monet non sibi, sed providentissimo Deo tribuendum, eumque semper Divinæ Providentiæ fidendum jussit.

587 Romæ dum Alphonsus apud Pios Operarios in Collegio S. Mariæ ad Montes diversaretur, die Veneris, infirmæ valetudinis causa, *pullum* manducare jussus illum in mensa sibi appositum per crucis signum in *Cæpbalum* immutavit. Ejus Famulus Dominicus Antonius Jannella qui subitam illam immutationem suis oculis vidit, juratusque deposuit, cæterique adstantes miro eventu obstupuere.

588 Antequam crearetur Episcopus horrendum incendium per viciniam furens una Deiparæ Imagine in flammis injecta momento temporis extinxit.

589 Antistes quum esset quocumque transibat ad ipsum miraculorum fama celebratissimum ægros, tum adultos, tum infantes populi afferebant. Super eos ipse manus imponente ii bene habebant. Ad suos autem reversus domoque egredi non valens, ægrotos parvulos ad principem domus portam allatos perque sodales ad sese ductos una benedictione sanabat.

590 Thomas Bruno Urbis S. Agathæ quinque annos natus, et a nativitate mutus ad Deiparæ Imaginem de illius nomine a Sacro Antistite interrogatus, *Mariam* respondit; sicque imposterum loquela usus est.

591 Alias item mutis loquelam, surdis auditum, pthysicis valetudinem restituit.

592 Inops ægrotusque vir caligas V. Viri Missionem habentis in Angritana Terra suis cruribus insanabili morbo affectis admovens, gressum, valetudinem, fortunamque recuperavit.

593 Plures ægroti Viri, et Mulieres per Alphonsi adhuc viventis indusia evaserunt incolumes.

594 In Amalphitana Urbe puerulum Crucis Signo ab epylectico morbo liberavit, eumque operosum Presbyterum, uti evenit, futurum prædixit.

595 In eadem Urbe S. D. pallium a devoto viro clam in frusta comminutum, paulo post omnino integrum repertum est.

596 P. D. Josepho Morgillo e Piis Operariis Argentil commorans ob fractum crus non adhuc bene coalitum acerbis excruciabatur doloribus. Triste nuncio ad Dei famulum delato Deiparæ Imaginem ad ægrotum misit certam valetudinem ipsi spopondens. Viva spe fretus ille B. V. obsecratur, ut per Alphonsi merita ab eo se discrimine liberaret. Hæc vix bene dixerat, ac subitam tranquillitatem obtinuit.

597 Admodum R. Dominus Carolus Bruno Cathedralis Santagathensis Canonicus diuturno cruento vomitu lectulo cubans ad absentis V. S. D. Reliquiam ei sese commendans sanus illico extitit; imo de valida illius intercessione per supernaturale signum certior effectus est.

598 Post Episcopatus abdicationem bituminosos flammarum globos e Vesuvio nimis alte erumpentes, ac ruinam undequaque minitantes Crucis signo protinus extinxit.

599 D. Joseph Ligorius V. S. D. Nepos una Patrui benedictione a diuturnis pectoris doloribus extemplo libere evasit.

600 P. Xaverius Rossi Congregationis Presbyter in Juranorum domo jam a

Me-

Medicis conclamatus per obedientiæ schedulam a Dei Famulo Nuceria missam ut bene haberet, convaluit illico.

601 D. Theresiæ Liguori V. S. Dei neptis ejus Nuceriæ accepta benedictione ab inveterato ulcere in pede repente sanatur.

602 Nolanus Puer surdus a V. Alphonso Nuceriæ benedictus statim audivit.

603 Dominicus Villani Canonicus Cathedralis Nucerinæ inveterato crurum dolore ad motum impar, multiplici pharmacorum genere inutiliter adhibito, Mense Julio 1787, paucis diebus ante Alphonsi mortem ad extremum tentamen ad ægrotantis lectulum orat, ejusque contactu statim liber incessit.

604 Sed in immensum protraheretur oratio si omnes singulasque mirabiles sanationes a Ven. Alphonso peractas recensere contenderemus. Hic itaque sistimus, illud animadvertere exorantes, ex tot, tantisque Miraculis heroicis Ven. Alphonsi virtutibus maximum splendoris cumulum accedere; juxta verba *Joan. 3. 2. Nemo potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo*; et tradit S. Thomas 2. 2. *quæst.* 178. *art.* 2. *in corp.* ibi = *Secundo autem modo non fiunt miracula, nisi a Sanctis ad quorum Sanctitatem denunciandam Miracula fiunt, vel in Vita eorum, vel etiam post mortem*, et expendunt Rotæ Auditores *in Relat.* S. Francisci Borgiæ, S. Andreæ Corsini, aliisque pluribus.

DE FAMA SANCTITATIS IN VITA

605 Si *gloria virtutem quasi umbra sequitur*, ut ait Hieronym. *ad Eustoch. part.* 1. fieri nullo modo poterat, ut Ven. Alphonsus quem heroicis Virtutibus, et multiplici charismatum dono illustrem hactenus prosecuti sumus, nominis celebritatem non adipisceretur; Et re sane vera jam tum ab adolescentia Sanctitatis Famam obtinuisse ob egregiam pietatis indolem *in vitæ Commentariolo* patefecimus. Postquam nomen Ecclesiæ dedit quacumque faciebat iter dum sacris expeditionibus operam dabat, non modo locorum incolæ, sed Primores, ipsique Antistites eum quammaxime suspiciebant. Quo vero magis virtutum fama per hominum ora pervolitabat, eo magis per urbes, oppida, pagosque crescebat. Non modo enim in uno alteroque loco, sed per totum, qua late patet, utriusque Siciliæ Regnum, imo vero per universam Italiam, exterasque gentes nobile ejus nomen celebrabatur.

606 Nemo erat ex Regni Episcopis, Religiosis, Magnatibus, cui Sanctitas Alphonsi lateret. Plurimi fuere Sacri Antistites, qui eum consultum adibant, suas oves ejus precibus commendabant, ejusque Institutum in propriam Diœcesim transferre satagebant, inter quos præsertim *V. S. D. Antonius Lucci* Episcopus Bovinensis quem morum similitudo cum Alphonso intima familiaritate conjunxerat. Cajetanus autem Episcopus *Bergamo* coram Alphonso sibi obviam veniente genuflectere, ejus manibus oscula figere, eique sacrificanti ministrare in more, et deliciis habebat. Absentes quoque ipsi eum per epistolas consulere certatim avebant. Regii omnes Consiliarii eum velut *Sanctum* ac vivam *Borromæi* imaginem venerabantur. Hinc Marchio Brancone supremus Regni Secretarius tanti eum faciebat, ut ipsi Missam celebraturo sacras vestes ministraret, ac alter supremus Regius Secretarius Bernardus Tanucci viventem Alphonsum *Sancti* titulo Regio in Diplomate decorare non dubitavit,

vit. Innumeri quoque S. R. E. Cardinales ipsum velut Sanctum existimabant. Maximam autem de eo opinionem fovebat gl. me. CAROLUS III. tunc utriusque Siciliæ, inde Hispaniarum Rex, qui illum ob præclara merita zelumque Apostolicum jamdiu thiara dignum existimaverat; ac Ejus Inclytus filius Serenus FERDINANDUS IV., qui Dei Famulum suamque Congregationem plurimis beneficiis cumulavit. Maximi tandem fecere Alphonsi sanctitatem Romani Pontifices BENEDICTUS XIV., qui ejus Instituto Apostolicæ firmitatis robur adjecit. CLEMENS XIII., qui eum vel invitum ob Sanctitatis opinionem ad Episcopatum evexit, eumque post obitum inter *Sanctos* relatum iri præsentiit. CLEMENS XIV. qui Alphonsi Sanctitatem tanto habuit in pretio, ut ejus ægrotantis preces magis quam mille Diœcesis visitationes valere existimavit, ac tandem immortalis PIUS SEXTUS, qui re, scriptoque ipsum ejusque Institutum innumeris paterni amoris argumentis prosecutus est.

607 Quamobrem in Ven Alphonsi vita egregie impletum vidimus illud Davidis Psalm. 138. 17. *Nimis honorati sunt amici tui Deus*, necnon illud *Ecclesiast.* 50. 5. = *Adeptus est gloriam in conversatione gentium*. Quantum vero conferat Sanctitatis Fama ad judicium de heroicis virtutibus ferendum, qui ignoret arbitror esse neminem, et recte notat Scacchus. *Tract. de not.*, *& sign. Sanct. sect. 9. cap. 5. pag.* 707. §. *quod quæro*; Lezana *Consult.* 1. *num* 122., et Rotæ Auditores in Relat. S. Pii V. *part.* 3 *tit. de aliis indiciis Sanctitatis* §. *Quarto publica*, aliisque innumeris.

DE PRETIOSO V. S. D. OBITU

608 *Illud maxime, & præcipue observandum est, ut videatur exitus vitæ illius, qui petitur canonizari, quoniam, cum, ut dici solet, exitus acta probat, si finis vitæ illustris, ac Sanctimonia plenus, et publica præsertim testificatione sit notatus, argumentum erit, quod actiones anteactæ potuerunt esse sanctæ*, verba sunt Decretorum Generalium *pag.* 53. Bene habet. Talis profecto fuit nostri Alphonsi obitus. Quo vero id clare demonstrem *antecedentes*, *concomitantes*, *& subsequentes* circumstantias exponam.

609 Consideranti mihi ANTECEDENTES pretiosi Ven. Alphonsi Obitus circumstantias occurrit primo *Perseverantia* in heroica Christianarum omnium exercitatione Virtutum, et Angelica V. S. D. vitæ innocentia ad Obitum usque servata, quemadmodum *tit. de Charit. in Deum*, *& de Fortitudine* Testium dictis ostendi. Nam *non potest male mori*, *qui bene vixit*, ut inquit Augustinus *de Doct. Christ.* estque indubium adagium = *mors est echo vitæ*; ut notat Card. Bona *de præparat. ad mort.* §. 2. *num.* 1. ubi = *Si vita dixerit bonum*, *bonum respondebit & mors*. Quamobrem heroicæ Virtutes a Dei Famulis per totam eorum vitam exercitæ pro fundamento pretiosi obitus, et Sanctitatis passim habentur in Canonizationum Bullis, per tradita a Benedicto XIV. *lib.* 3. *cap.* 38. *per tot.*

610 ALTERA circumstantia pretiosum Ligorii obitum antecedens fuit, diuturnum illum gravemque morbum, quo per postremos *decem*, et *septem* vitæ annos afflictatus est, ob salutis animarum zelum contraxisse. Probavimus enim *Tit. de Charit. in Prox.*, *& de Fortitudine* bonum hunc Pastorem posthabitis sciaticæ doloribus, quibus actu excruciabatur, per sese octiduas Missiones Argentii habuisse eoque labore dolorosam contraxisse arthridem, qua per solidum annum fuit excruciatus; ita ut acri humore con-

tor-

tortis colli vertebris obstypo collo in reliquam vitam ad obitum usque remanserit, quin bibere sine fistula posset. Hæc profecto circumstantia habitualis hujusmodi ægritudinis ad obitum usque tolleratæ, et ex animarum zelo contractæ tanti facienda est, ut ex ea pretiosus aliorum Sanctorum Obitus fuerit comprobatus, ac præsertim in causa *S. Joannis Francisci Regis* apud Benedictum XIV. *lib. 3. cap. 3. num. 6.* In Bulla *S. Francisci Xaverii* ut in Cod. Ganoniz. *Constitut. 87. pag.* 848., ac demum in Bulla *S. Caroli Borromæi* in cit. Cod. *Constitut. 13. pag. 296.*

611 TERTIA circumstantia ex heroica illa patientia petenda est, qua V. Antistes Ligorius per postremos *duodecim vitæ annos*, ac præsertim per annos quinque ante obitum non modo habitualem colli incurvationem, sed item auditus, visusque ammissionem, molestissimam herniam, et omnimodam membrorum immobilitatem perfectissime Deo conformatus hilariter tulit; ceu fuse per Testes probatum est in superiori *Tit. de Fortitudine*. Diuturna siquidem habitualium morborum tollerantia acerbum martyrii genus est, quo Alphonsus ad obitum se præparabat, ut apud Raynaud. *de Martyrio per pest. par. 1. cap. 2. Oper. tom. 18. pag. 374.* ibi = *Inter specialia quædam aspera, quorum perpessionem SS. PP. Martyrii appellatione cohonestarunt primatum tenere videtur PATIENTIA IN MORBO, quæ eo operosior est, quo sibi quisque est conjunctior; ut proinde non immerito patiens hac in parte perpessio, præsertim IN MORBO GRAVIORE, aut DIUTURNIORE, AD MARTYRII DECUS referatur a Patribus*, et late sub Tit. *Patiens morbi perpessio admodum ardua, ideoque ad Martyrium spectat*, et prius in Tract. *de virtut. Oper. Tom. 4. pag. 663.* Tit. *Quam ardua in morbis constantia*, Cornel. a Lapid. in *Proverb. cap. 23. v. 1, §. Quinto.*

612 QUARTA circumstantia ex futuri obitus *præcisione* oritur. Cum enim de donis agerem retuli Ligorium Nuceria discedentem, quo suam Agathensem Ecclesiam peteret, mærenti Nucerino Populo sociisque suis aperte significasse sese ad moriendum Nuceriam reversurum. Non obstantibus revera lethalibus morbis, quibus ter Episcopus ad obitum properavit, abdicato Episcopatu Nuceriam reversus ad duodecim alios annos vitam protraxit, ac supremum diem inter suos obivit. *Sum. pag. 685. §. 76., & 77.* Sic item anno 1772. sodalibus ob gravissimam ab eo perpessam arthritidem, et inclinatam ætatem vicinum illius obitum metuentibus diuturnam sibi superesse vitam clare respondit. *Sum. pag. 693. §. 117.* E contra vero P. Joseph Imparato e Carmelita familia, qui eum quotannis visitare solebat, die 13. Septembris anno 1786. suum obitum sequenti anno eventurum clare significavit. Quemadmodum enim S. Malachias Hiberniæ Episcopus Fratribus suis dixit: *Oportet hoc anno Malachiam exire de corpore*, uti scribit S. Bernard. *in ejus vita cap. 31. num. 70. col. 695 oper. vol. 1.*, ita V. Episcopus Ligorius eidem P. Imparato anno ante obitum dixit = *P. Giuseppe l' anno venturo mi troverete morto, ne ci vedremo più in vita, pregate Iddio per me, e Maria Santissima addolorata*; ceu ipse de facto proprio deponit, *Sum. pag. 736. §. 73. & 74.* Vaticinio successit eventus. Nam mense Septembris, quo Religiosus Vir anno 1787. V. Ligorium de more adire statuerat, præmortuus jam erat; quippe qui Kalendis Augusti ejusdem anni ad superos evolaverat. Paucis tandem diebus antequam postrema ægritudine correptus se lectulo sterneret suum properare obitum sodalibus patefecit, *Sum. pag. 746. §. 144.* Durante item lethali ipsa ægritudine sui obitus certitudinem circumstantibus affirmabat. Hinc exhibita ipsi cujusdam sui Alumni Imagine Sanctitatis fama præde-

functi, ut corporis valetudinem imploraret clare dixit non posse eum amplius se ab interitu revocare. Cunctis vero ab eo sciscitantibus quomodo se haberet non aliud responsum dabat, quam = *Consummatum est* = *Sum. pag.* 732. §. 41., *pag.* 736. §. 75., *pag.* 748. §. 157. Hanc autem obitus prædictionem alteram esse pretiosi illius circumstantiam docet Benedictus XIV. *lib.* 3. *cap.* 38. *num.* 18. et notat Scaccus *de not. & sign. Sanct. test.* §. *cap.* 6. = ibi = *His prædictionibus subindicatur Servos Dei æternorum desiderio jam multo ante teneri, ac proinde Deum enixe rogasse, ut hinc ipsis abire liceret Deumque ad Servorum suorum consolationem id eis revelasse. Quapropter certi de die gaudia gestientes mortem appetunt, de morte loquuntur, eamque etiam prædicunt.*

613 QUINTA circumstantia, quæ postremum morbum immediate præcessit ea est, quod licet Ligorius frequenti exhomologesi conscientiam expiare tota vita sategerit, triduo tamen antequam lethaliter ægrotaret, imminentem obitum superne sentiens generalem Confessionem emisit apud P. Vincentium Magaldi, in qua quidem ille deprehendit V. suum Fundatorem baptismalem innocentiæ stolam nulla umquam peccati labe maculasse, ceu ipse de facto proprio deponit *Sum. pag* 390. *ante* §. 12., *& pag.* 752. §. 197., ac alii Testes referunt *Sum pag.* 388. §. 2. *pag.* 727. §. 3., *pag.* 743. §. 119. *pag.* 747. §. 152., *& pag.* 751. §. 189. Hanc autem circumstantiam *Confessionis ante obitum* a S. Thoma Aquinate peractæ, ac Confessarii testimonii *de baptismali innocentia* maximi fecit Joannes XXII. in ejus Bulla Canoniz. *apud Fontanin.* §. 4. In relatione etiam Causæ *S. Caroli Borromæi* ad Ejus obitum illustrandum refertur = *Eum quasi præcium propinquæ mortis &c. Confessioni generali se ad mortem præparasse*; uti legitur apud Bened. XIV. *lib.* 3. *cap.* 24. *num.* 11.

614 SEXTA pretiosi obitus circumstantia (ut DE CONCOMITANTIBUS loquar) fuit, quod postremi morbi dolores heroica patientia tulerit. Ad cæteros enim immobilitatis, surditatis, cæcitatis, incurvationis colli, enormisque herniæ cruciatus decima quarta die suum obitum præcedente quæ fuit 18. Julii 1787. gravis accessit dissenteria, acuta febris, interna viscerum cancrena, et ærumnosa iscuria, sive Urinæ suppressio. Inter hæc autem tanta fuit Ligorii in Deum conformitas, tanta patientia, vultusque hilaritas, ut nullam umquam, vel exiguam querulam vocem emiserit, imo vero adstantibus omnibus se ulcerato *Jobe* supparem admirandum præbuerit; uti Testes omnes narrant, ac præsertim *Ex Proc. Apost. Nuc.* Testis V. V. S. D. Famulus de prop. exp. *Sum. pag.* 727. §. 2. *pag.* 729. §. 17. VI. Testis de visu *Sum. pag.* 730. §. 25. *ad* 29., *& pag.* 732. §. 32. IX. Testis de visu *Sum. pag.* 731. §. 36. XI. Testis V. S. D. CONFES. de visu *Sum. pag.* 735. §. 64. XXVIII. Testis V. S. D. Socius de prop. exp. *Sum. pag.* 737. §. 76, *& §.* 81. *pag.* 738. §. 86. XXX. Test de visu *Sum. pag.* 740. §. 102. XXXIII. Testis de visu *Sum. pag.* 743. §. 116. XXXVIII. Testis de visu *Sum. pag.* 744. *init.* XL. Testis V. S. D. *Medicus* de visu *Sum. pag.* 745. *post* §. 133. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de visu *Sum. pag.* 746. §. 143. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* II. Testis V. S. D. CONFES. de visu *Summ. pag.* 747. §. 150. V. Testis de visu *Sum. pag.* 750. §. 182. VII. Testis *postremus* V. S. D. CONFES. de visu *Summ. pag.* 751. *post* §. 190.

615 Evenit itaque in Ægrotante Alphonso quod de S. Francisco scribit S. Bonaventura in Ejus *vita tit. de patientia ipsius, & transitu* = quod = *Videbatur Fratribus quod quasi alterum Job viderent, cui cum languor crescebat carnis, crescebat simul & vigor mentis.* Ex hacce vero patientia, he-

heroica V. Ligorii Spes æternæ Beatitudinis quantociùs obtinendæ luculenter evincitur juxta Apostolum *ad Rom. cap. 5. Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem, spes autem non confundit.* Quamobrem eamdem extremi morbi patientiam in pretiosi obitus tesseram retulerunt Summi Pontifices *in Bullis Canoniz.* præsertim S. Franciscæ Romanæ apud *Cod. Fontanin. Constit.* 82. *pag.* 282. S. Ludovici Bertrandi, S. Joannis a Cruce, S. Vincentii a Paulo *Constit* 93. 110. 112.

616 SEPTIMA circumstantia ex eo exurgit quod præter heroicam patientiam cæteras item virtutes per postremæ ægritudinis dies exercuit. Intensos enim fervidosque actus Fidei, Spei, et Charitatis quovis fere momento repetebat. Cum Deo semper unitus devotos crebro sensus ab assidentibus Sociis expetebat. Habituali autem surditate per postremos eos dies prorsus amissa ad suggestos sensus perfectum auditum ostendens, promptus respondebat. In Crucifixum, quem tenere complectebatur, et in Mariæ Imaginem identidem vibratis oculis osculisque, ac tenerrimo dulcique colloquio ignitas aspirationes ingeminabat, totoque vultu coruscans Seraphini præseferebat imaginem. Modo brachiis supra pectus in crucem conformans, modo Mariæ corollam in pugnum constringens, modo cœlum suspiciens cœlestem Patriam inhiabat. In altissima tandem contemplatione fere semper absortus fervidis suspiriis, ac jaculatoriis precibus in Deum ferebatur, a quibus profecto actibus numquam cessavit donec loquendi facultatem perdiderit, ceu Testes narrant *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V.S. D. Famulus de prop. exp. *Sum. pag.* 727. §. 2., *&* 5. *pag.* 728. §. 19. VI. Testis de visu *Sum. pag.* 730. §. 28., *pag.* 731. §. 31. IX. Testis de visu *Summ. pag.* 731. §. 38. *&* 39. XI Testis V. S. D. CONFES. de visu *Sum. pag.* 735. §. 64., *&* 65. XXVIII. Testis V. S. V. *Socius* de prop. exp. *Sum pag.* 737. § 76. *ad* 79. XXXIII. Testis de visu *Sum. pag.* 743. §. 117. *& seq.* XXXVIII. Test. de visu *Sum. pag.* 743. §. 123. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Test. de visu *Sum. pag.* 746. §. 142. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* II. Testis V. S. D. CONFES. de visu *Sum. pag.* 747. §. 154. *ad* 156. *& pag.* 749. §. 170., *& seq.* VII. Testis V. S. D. CONFES. de visu *Sum. pag.* 751. §. 190. Suspiria vero, virtutumque actus in postremo morbo exercitos tamquam pretiosi obitus signa esse advertenda eum Scaccho, docet Benedictus XIV. *lib. 3. cap. 38. num.* 2, ubi præfati Scacchi verba refert, ibi = *In extremo autem agone, & lucta in Dei Servis, ac Famulabus habitus virtutum, æternorum desiderium, & temporalium contemptus aperte dignoscitur &c. in extremo agone imprimis micant, ac splendent virtutum habitus in vita acquisiti, quando nimirum naturales sensus, & naturales potentiæ tam interiores, quam exteriores, morbi violentia præpeditæ impediuntur quominus suas exerant operationes.*

617 OCTAVA circumstantia ex mira illa V. S. D. sollicitudine habetur Sacramentalis absolutionis ab altero ex sodalibus suis R. Laurentio Negri sæpe sæpius per extremi morbi dies expetitæ, licet (ut alias diximus) triduo ante ægritudinem conscientiam expiasset. Quemadmodum vero desiderat cervus ad fontes aquarum, ita se quotidie Deo unire desideravit Alphonsus. Voluit enim per totum ægritudinis spatium sacra se Sinaxi munire, quam ingenti semper animi fervore suscepit, donec ad id convulsione triduo ante obitum superventa non fuerit præpeditus, uti referunt *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Famulus de visu *Sum. pag.* 727. §. 3. *&* 4. VI. Testis de visu *Sum. pag.* 730. §. 24., *&* 30. IX. Testis de visu *Sum. pag.* 731. §. 37. XI. Testis V. S. D. CONFES. de visu *Sum. pag.* 735. §. 66. XXVIII. Testis V. S. D. Socius de visu *Summ. pag.* 737.

§. 77. , & 83. XXX. Testis de visu *Summ. pag.* 740. § tot., & *pag.* 741. §. 104. XXXIII. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 743. §. 119. XL. Testis de visu *Summ. pag.* 745. §. 134. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de visu *Sum. pag.* 746. §. 142. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* II. Testis V.S.D. CONFES. de visu *Sum. pag.* 747. §. 152 V. Testis de visu *Summ. pag.* 751. *post* §. 183. VII. Testis V. S. D. CONFES. de visu *Summ. pag.* 751. §. 188.

618 NONA circumstantia fuit, quod licet per postremum vitæ quinquennium velut aurum in fornace a Deo probatus ariditate spiritus, crebris tentationibus, animique anxietatibus vexatus vixisset, per lethalem ægritudinem reddita illico tranquillitate, ac veluti infusa sibi æternæ mercedis securitate spei actus quasi tryumphans ingeminabat. Id alte demiratus P. Vincentius Magaldi qui postremum ejus confessionem audierat eum interrogavit an amplius conscientiæ stimulis vexaretur, eique hilaris Alphonsus ingenue negavit. Quemadmodum *de facto proprio* idem Confessarius deponit *Sum. pag.* 752. §. 197. Tanta profecto conscientiæ tranquillitas una cum postremo morbo Alphonso reddita, tanta serenitas, animique pax unis omnino Justis in vitæ exitu reservatur; ut bene advertit S. Gregorius PP. *Homil.* 13. *in Evangel.* ibi = *Qui de sua Spe, & operatione securus est, lætus judicem subsinet, & cum tempus propinquæ mortis advenerit de gloria retributionis hilarescit.* Quamobrem Card. Federicus Borromæus *de vera, & occulta Sanctitate lib.* 2. *cap.* 12. exponens Sanctorum timores, et anxietates apposite docet eas in morte omnino cessare, concluditque = *In ipso mortis articulo omnia evanescere, & tranquille mori*, ut apud Benedictum XIV. *lib.* 3. *cap.* 28. *num.* 18.

619 DECIMA circumstantia eximium illud fuit Alphonsi studium, et sollicitudo, quo puritatis lilium ad extremum usque vitæ anhelitum servare satagit. Ingravescente enim morbo, ac magis in dies sæviente cancrena, tum vissicatoriis utrique coxendici, tum cathaplasmate imo ventri applicitis, is pudoris Virginalis zelo ne ab ipso fido suo Socio Alexio Pollio, vel Francisco Antonio Romito curationis causa tangi patiens linteum firmiter manu tenebat. Obedientiæ præcepto adactus ut sibi mederi permitteret, obtemperabat quidem, eo autem in eventu licet morbis fractus, viribusque omnino destitutus, tremulis tamen manibus heroicæ modestiæ exemplo se induso, linteoque tegere satagebat, idque in ipso agone paucis ante obitum horis peregit. Quo vero extinctus etiam pudorem servaret valetudinariis suum corpus post mortem lavari, mundarique vetavit; ceu concinunt Testes *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Famulus de facto proprio *Summ. pag.* 729. §. 15., & *pag.* 730 §. 21 IX. Testis de visu *Summ. pag.* 734. §. 56. *ad* 58. X. Testis V. S. D. Socius de facto proprio *Summ. pag.* 735. §. 60. XXVIII. Testis de facto proprio *Sum. pag.* 739. § 89., & *seq.* XXX. Testis de prop. exp. *Sum. pag.* 742. §. 112. XXXVIII. Test. de visu *Sum. pag.* 744. § 129. XL. Testis V.S.D. *Medicus* de visu *Sum. pag.* 745. §. 137. Talis porro tantusque puritatis candor, quo se ægrotum nulla in corporis parte passus fuit a quoquam videri, ad obitum *S. Philippi Nerii* illustrandum retulere Rotæ Auditores apud Benedictum XIV. *lib.* 3. *cap.* 24. *num.* 60. = ibi = *Ob candorem suæ puritatis etiam cum æger esset nullam sui corporis partem passus est a quoquam videri.*

620 UNDECIMA circumstantia est, quod eo usque puritatis, et modestiæ amor in Alphonso pervenit, ut illum suæ ipsius vitæ detrimento antetulerit. Cum enim Chirurgus quidam Nucerinus suppressam ei urinam per suetam Chirurgicam fistulam excernere vellet, is constantissime re-

cu-

cusavit, et mori potius quam pudoris jacturam subire decrevit, uti fuse narratur *Sum. pag.* 734. §. 57. Si autem juxta Card de Lauræa *in lib.* 3. *Sent. tom.* 2. *disput.* 32. *art.* 16. §. 2. et Benedictum XIV. *lib.* 3, *cap.* 24. *num.* 56. *in fin.* = *Plerique Sancti HEROICE CASTI fuerunt, licet adacti non fuerint ad servandam castitatem prædictis periculis*, scilicet *vitæ aliorumve incommodorum*; quanto nam splendore inter hujusmodi Sanctos *heroice castos* castus Ligorius eminet, utpote qui virgineum pudorem, quem ab incunabulis servavit illæsum, sub extremo vitæ termino fortiter asseruit? quique atrocissimos suppressæ urinæ dolores ipsamque mortem inverecundæ chirurgicæ operationi postposuit? Singulari certe illa castitatis, et virginei pudoris laude cæteros heroice castos anteceliuit, suumque obitum coronavit, qua celebratur *S. Casimirus* Regis Poloniæ filius qui = *virginitatem, quam ab incunabilis servavit illæsam sub extremo vitæ termino fortiter asseruit, dum gravi pressus infirmitate mori potius quam castitatis jacturam ex Medicorum consilio subire constanter decrevit*; uti legitur in ejus actis *ad diem* IV. *Martii*.

621 DUODECIMA circumstantia fuit eximius ille fervor, ac intimæ devotionis sensus, quo tum SS. Christi Corpus ad æternitatem *Viaticum*, tum extremam unctionem suscepit. Nam die 23. Julii ad interitum properante morbo Collegii Rector eum ad Sacram Sinaxim tunc recipiendam morbo impeditum exeunctium oleo munivit, quam quidem sacram actionem devoti animi sensibus is est prosecutus. Insequenti autem die vigesima quinta illius mensis e profundo veluti lethargo expergefactus iterata prece viaticum postulavit. Præ vehementia porro desiderii sese Dilecto uniendi interea dum Sacer Minister tantisper cunctaretur illud impatiens pie admodum usurpabat = *Veni Domine noli tardare*. Eodem Collegii Rectore celestem panem deferente vix ejus cubiculum ingresso, Senex optimus inclamat *Veni Domine veni*. Cum jam ille Sacrum Viaticum ori ejus ingereret V. Patrem, interna amoris flamma foris subito erumpente, coruscare vultu obstupescens advertit; Quemadmodum idem ipse qui est P. Nicolaus Mansione Testis XXX. *Proc. Apost Nuc.* juratus deponit in *Sum. pag.* 741. §. 108. *ad* 110., et cohærent ex cit. Proc. Testis V. V. S. D. Famulus de prop. exp. *Sum. pag.* 727. §. 7. X. Testis de visu *Sum. pag.* 743. §. 59. XI. Test. V. S. D. CONFES. de visu *Sum. pag.* 735. §. 67. XXVIII. Testis V. S. D Socius de visu *Sum. pag.* 737. § 77., *pag.* 738. §. 87. *ad* 89. XXXIII. Testis de visu *Sum. pag.* 743. post §. 119. & *Ex Proc. Ord. Nuc.* II. Testis V. S. D. CONFES. de visu *Sum. pag.* 748 §. 159. *ad* 161. V. Testis de visu *Sum. pag.* 751. §. 184. VII. Testis V.S.D.CONFES. de visu *Sum. pag. cit.* §. 192. Patet itaque V. Ligorium eodem in sumendo Viatico amoris impetu fuisse actum quo olim ægrotus S. Philippus Nerius Viaticum sumpsit, uti refert Petrus Jacobus Baccius in ejus vita *lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 4. = ibi = *Dum ille* (Baronius) *panem cælestem in cubiculum defert senex optimus &c. apertis oculis, elataque voce fatius illacrymans: en inquit amor meus &c. Sed eum jam Card. Sacrum Viaticum ori ejus ingereret: Veni Domine, ait Philippus, veni*, Hæc vero altera fuit ex circumstantiis, quibus Rotæ AA. S.Petri de Alcantara obitum pretiosum pronunciarunt, uti apud Benedictum XIV. *cit. lib.* 3. *cap.* 38. *num.* 12. = ibi = *Incredibili spiritus fervore Sacrum Viaticum recepit; magna reverentia extremæ Unctionis Sacramentum excepit*.

622 DECIMATERTIA circumstantia ex eo depromitur quod cum Excellentissimus Dominus Joseph Ligorius V. Viri ex Fratre Nepos eum visitatum advenisset ipsi ad Patrui lectulum amoris pignus expetenti ægrotus Anti-

stes, morbi licet gravitate oppressus, divino spiritu fervens gratias egit, salutaria monita dedit, et ad extremum veluti legatum, *salvandæ animæ* monitum peramanter reliquit. *Sum. pag.* 732. §. 44. *pag.* 739. §. 88. *pag.* 749. §. 166. *pag.* 752. §. 194. Hanc vero circumstantiam heroicam in ipso obitu V. Alphonsi Charitatem in Deum, et Proximum apprime probat; uti ad rem advertit Scacchus *de not. & ting. Sanct. sect.* 5. *cap.* 6. *pag.* 337., *& seq.* quod *contigit plerumque, ut zelo Christianæ Fidei, & ex Jesu Christi ferventi amore Dei Servi morituri, sui ipsius quodamodo obliti, de aliorum salute in agone positi, sint solliciti, ac propterea in exhortatoria verba ad adstantes aliquando prorumpant &c. Ex quibus sane Servorum Dei exemplis ac monitis PLANE CONSTAT DEUM QUANTUM DILIGERENT, ET QUANTO AMORE PROXIMOS PROSEQUERENTUR.*

623 DECIMAQUARTA circumstantia ex Charitate prodit, qua V. Alphonsus morti proximus præsentibus, et absentibus benedixit. Rogatus enim a famulis, ut eis benedicere vellet promptus annuit. Mox ab altero ex assidentibus Sodalibus expetitus ut omnes singulosque suæ Congregationis Alumnos tum præsentes, tum absentes, nec non Sanctimoniales Instituti SSmi Redemptoris, ac S. Agathæ Diœcesim eo tempore Pastore orbatam sua item benedictione donaret, statim extensa manu tacitus benedixit. Paulo post reintegratis illico viribus a nemine rogatus, et Apostolico fervore indutus hæc protulit verba: *Benedictionem impertior Congregationis Alumnis tum Regni, tum Pontificiæ ditionis, Regi, singulisque Dynastis, Administris, & Judicibus, qui Sanctorum opem implorant, & sectantur Justitiam.* Pari charitate singulis id expetentibus benedixit; uti deponunt = *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Famulus de facto proprio *Sum. pag.* 728. §. 11., *ad* 13. IX. Testis de facto proprio *Sum. pag.* 732. §. 42., *& 43.* XXVIII. Testis de facto proprio *Sum. pag.* 738. §. 91. *ad* 97. XXX. Testis de visu *Sum. pag.* 742. § 111. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* II. Testis V. S. D. CONFES. de propr. exper. *Sum. pag.* 748. §. 162. *ad* 164. *& pag.* 749. §. 165. VII. Testis V. S. D. CONFES. de visu *Sum. pag.* 751. §. 193. Hanc vero circumstantiam notatu dignam existimavit S. Bonaventura in transitu *S. Francisci* Assisiensis, et *S. Malachiæ* Hiberniæ Episcopi. Nam in vita S. Francisci *tit. de Transitu num.* 53. ita scribit = *Circumsedentibus omnibus Fratribus extendit super eos manus &c., & omnibus Fratribus tam præsentibus, quam absentibus in Crucifixi virtute, & nomine benedixit.* De S. Malachia autem narrat in ejus vita cap. 31. *num.* 73., quod morti proximus *suspiciens in cœlum, Deus, inquit, serva eos in nomine tuo, non solum autem eos, sed & omnes, qui per verbum, ac ministerium meum tuo te mancipavere servitio. Deinde imponens manus singulis, & benedicens omnibus pausatum ire jubet.*

624 DECIMAQUINTA circumstantia ex miro illo concursu petitur virorum Ecclesiastica dignitate præstantium, necnon Nobilium Civium tum Civitatis Nuceriæ, tum e vicinis, remotisque locis consulto advenientium, qui ad ægrotantem Alphonsum venerabundi accedentes illius lectulo Rosaria, Corollas, lintea, pileolos admovebant, ut sibi reliquiæ loco servarent. Id vero clam ac secreta circumspectione exequi satagebant, ne heroicæ Alphonsi humilitati jacturam afferrent. Inter hujusmodi præstantes viros convenit præsertim Cavensis Antistes, qui pridie Alphonsi mortis ejus manui devota oscula fixit, eamque suo capiti imposuit. *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Famulus de visu *Sum. pag.* 728. §. 9. VI. Testis de visu *Sum. pag.* 730. §. 29. XXVIII. Testis V. S. D. Socius de vi-

su *Sum. pag.* 737. §. 82. XXX. Testis de visu *Sum. pag.* 740. §. 103. & *pag.* 741. *init.* XXXVIII. Testis de visu *Sum. pag.* 745. §. 136. = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de visu *Sum. pag.* 746. §. 145. = *Ex Proc. Ord. Nuc.* II. Testis V. S. D. CONFES. de visu *Sum. pag.* 747. §. 151. V. Testis de visu *Sum. pag.* 751. §. 183. Tantus vero præstantium virorum concursus ad exhibendas morienti Alphonso postremas obsequii significationes illius obitum *illustrem* reddunt, et *publica testificatione* notatum, uti exigunt generalia decreta *pag.* 53., et S. Hieronymus advertit de obitu S. Hilarionis *in ejus vita num.* 44 *tom.* 2. *Oper. Col.* 39. = ibi = *Venerunt ad ægrotantem de Papho multi Religiosi viri, & maxime quod eum dixisse audierant jam se ad Dominum migraturum, & de corporis vinculis liberandum.*

625 DECIMA SEXTA circumstantia pretiosæ Alphonsi mortis ea fuere miracula, quæ ad ejus agonizantis merita Deus patratus est. Cum enim inter innumeros illos Ecclesiasticos viros, qui ad illius lectulum lintea, pileolos, corollasque devotionis causa admovebant, esset item Rinus D. Dominicus Villani Nuceriæ Cathedralis Canonicus inveterato crurum dolore ad liberum gressum impar, is ad Alphonsi lectulum genuflexus tacita precatione a Deo valetudinem imploravit. Nec frustra. Nam ad ægroti scapularis contactum sanus omnino surrexit. Afflictabatur item per eos dies gravi gutturis exulceratione P. Buonopane Congregationis SSmi Redemptoris Alumnus. Devotus ergo male affecto gutturi admovet lintei frustulum madidum pure ulcerosi gutturis morientis Alphonsi, illicoque convaluit. Alia quoque evenere miracula ad V. S. D. lintea, et subuculas furtim in reliquias decerptas, et ægrotis applicitas. *Summ. pag.* 746. §. 145. *ad* 148. Quæ cum ita sint si generalia decreta exoptant, quod Servorum Dei *finis vitæ* sit *illustris, & sanctimonia plenus*, nonnisi sanctus fuit Alphonsi exitus illum *contestante Deo signis & portentis*, ut ait Apostolus ad *Hebræos* 2. 4.

626 DECIMASEPTIMA circumstantia fuit supernaturale signum quod in Alphonso jam in agone posito apparuit, cælestis scilicet Deiparæ visio. Pridie enim mortis sub vesperum exhibita ei B. V. Imagine, clausis jam oculis improviso laxatis, et in Mariam inversis, miros lucis radios scintillare, igniti carbonis instar vultu accendi, jucundoque risu affici assidentes Sodales demirati fuere. Miro ergo eventu ad horæ fere quadrantem protracto cœli Reginam se amanti suo in agone posito dedisse intuendam fidem merito authumarunt. Cessato prodigio iterum agonizantis vultum induit. Sed paulo post ad repetitum Deiparæ intuitum ex agone reviviscere, reserare oculos, ridere facie, et clara luce radiare visus est. Quamobrem adstantes haud a lacrymis temperare valentes uno ore clamarunt = *Ecce quomodo moritur Justus.*

627 *Ex Proc. Apost. Nuc.* V. Testis V. S. D. Famulus de visu *Summ pag.* 729. §. 18., & 19. IX. Testis de visu *Sum pag.* 732. §. 46. & 47. & *pag.* 733. §. 48. X. Testis V. S. D. *Socius* de visu *Sum. pag.* 735. §. 62. XI. Testis V. S. D. CONFES. de visu *Sum. pag.* 736. §. 71. XXVIII. Testis de visu *Sum. pag.* 739. §. 94. XXXVIII. Testis de visu *Sum. pag.* 744. § 125. *ad* 128. *Ex Proc. Ord. Nuc.* II. Testis V. S. D. CONFES. de visu *Sum. pag* 749. §. 172., & *pag.* 750. §. 173. *ad* 176. XXII. Testis de visu *Sum. pag* 752. §. 198. *ad* 200. Hujusmodi autem visiones in felicissimi obitus tesseram revulere Rotæ Auditores in causa S. Franciscæ Romanæ, ut in relat *part.* 3. *art.* 4., necnon in causa S. Petri de Alcantara *tit. de felicissimo obitu*, in qua referentes visionem ab eo morti proximo habitam Bmæ Virginis,

et

et S. Joannis Evangelistæ ad ejusdem visionis veritatem arguendam addi-
dere = & *illius vultus fuit plenus quadam cœlesti lætitia*. Veritas ergo
visionis ejusdem Bmæ Virginis morienti Alphonso factæ ex eo patet, quod
illius vultus fuit plenus, non modo *cœlesti lætitia risuque*, *sed miro ra-
diante splendore*, quæ circumstantia tanta est, ut licet Ecstases, et Vi-
siones a Sanctis habitæ ab Apostolica Sede pro *miraculis specialibus* non ap-
probentur; adprobantur tamen si fuerint splendore comitatæ, uti docet
Bened. XIV. *lib. 3. cap. 49. num. 14.* = ibi = *Nisi forte aliquo supra na-
turam signo comitante contigerint, puta SPLENDORIS IN VULTU*.
Multo magis id obtinet in V. Alphonso in cujus vita *quater* Bma Virgo
publice coram universo Populo se dedit intuenda, ejus vultu miro splen-
dore irradiato. Nam *in Sanctis suis, qui divinis visionibus in vita eorum
consolabantur*, *Deus in eorum morte operari solitus est*. *Quia in vita
semper eos protegendo direxit, ac ipsos multis Virtutibus, & miraculis
adornavit; in morte quoque per aliquam singularem gratiam, QUASI
QUODAM ADPROBATIONIS JUDICIO eos mirifice clarificavit*, ut
scribit Episcopus Giennensis apud Benedictum XIV. *lib. 3. cap. 52. num. 10.*

628 DECIMAOCTAVA circumstantia quæ Ven. Alphonsi agonem illustra-
vit ea est, quod cum Sacerdos ejus lectulo assidens SSmæ Trinitatis no-
men invocaret, morientem Alphonsum improviso quodam saltu qua-
tientem obstupuit. Paucis ante obitum horis jamjam morlturus SSmæ
Triadis nomen iterum audiens, iterum intermortuis membris quassus est;
ceu ille ipse, qui morienti Alphonso assidebat P. Paschalis Caprioli de fa-
cto proprio deponit *Sum. pag. 733. §. 49. & 50.* Si autem ex Fortunato
Scaccho de *not.*, & *sign. Sanctit. Sect. 5. cap. 6.* = *In extremo agone,
et lucta in Dei Servis, ac Famulabus habitus virtutum &c. aperte co-
gnoscitur &c. Ac propterea ab illius extremi agonis actibus virtutum ha-
bitus jam acquisiti cognoscantur necesse est. Hæc de causa Servorum Dei in
agone positorum acta omnia attendenda diximus verba scilicet, corporis
motus &c.* Quid profecto Improvisi illi saltus ab intermortuo jam Al-
phonso ad *SSmæ Triadis* nomen præseferunt nisi heroicum ejus fidei habi-
tum, et heroicæ charitatis in Deum luculentissimum signum? uti docet
Bened. XIV. *lib. 3. cap. 49. num. 10.*

629 DECIMANONA circumstantia pretiosi Ven. Alphonsi obitus fuit mira
illa vultus hilaritas, atque serenitas, qua placide abdormivit in Domino.
Per noctem enim obitum proxime antecedentem in altissima contempla-
tione positus ad Beatæ Virginis, et S. Michaelis nomen, necnon ad Cru-
cifixi simulacrum suo ori admotum reviviscebat, clausos oculos reserabat,
et cœlesti perfundebatur dulcedine. Mane tandem diei primæ Augusti
illius anni 1787. hora meridiana manu Crucifixi, et Deiparæ Imaginem
firmiter tenens, ac cœlestis spiritus similitudinem vultu præseferens in-
ter dolentes Alumnos suos et felicem exitum deprecantes, tam placide
expiravit, ut adstantes de illius exitus certitudine dubii aliquantulum hæ-
serint. Sul itaque Apostolatus cursum consumavit annos natus 90. men-
ses 10. dies 5. = *Ex Proc. Apost. Nne.* V. Testis V. S. D. Famulus de prop.
exp. *Sum. pag. 727. §. 1., & 8. & pag. 730. § 22. & 23.* VI. Testis
de visu *Sum. pag. 730. §. 26., & pag. 731. § 33.* IX. Testis de visu *Sum.
pag. 733. §. 52., & 53., & pag. 734. §. 54. & seq.* X. Testis de visu *Sum.
pag. 735. §. 61.* XI. Testis V. S. D. CONFES. de visu *Sum. pag. 735. §. 68.
& pag. 736. §. 70. ad 72.* XXVIII. Testis de visu *Sum. pag. 739. §. 95.*,
& pag. 740. §. 96. ad 99. XXX. Testis de visu *Sum. pag. 742. §. 113. ad
115.* XXXIII. Testis de visu *Sum. pag. 743. §. 120., & 121.* XXXVIII.

Te-

Testis de visu p. 744. §. 130. *ad* 132. XL. Testis de visu *Sum. pag.* 745. §. 138. *& seq.* = *Ex Proc. Apost. S. Agathæ* I. Testis de visu *Sum. pag.* 746. §. 147. *& seq.* = *Ex Proc. Ord. Nuc.* II. Testis V. S. D. CONFES. de visu *Sum. pag.* 750. §. 178. *ad* 180. V. Testis de visu *Sum. pag. cit.* §. 181., *& pag.* 751. §. 184. *& seq.* VII. Testis V. S. D. CONFES. de visu *Sum pag.* 752. §. 196. Hoc porro præclarum, et evidens signum fuit, quo Ven. Ligorium vere in Domino obdormiisse intelligitur ex iis, quæ tradit Cornelius a Lapide *in Genes.* 49. 32. super verbis illis de Jacob = *Collegit pedes suos super lectulum, & obiit*, ubi = *Vide hic*, inquit, *quam placida sit mori JUSTORUM*, et S. Bernardus *in vita S. Malachiæ* = *Feliciter obdormivit in Domino. Vultus placidus placidi exitus indicium fuit* =

630 VIGESIMA circumstantia (ut de SUBSEQUENTIBUS loquar) ea est, quod illius obitus fuit *publica testificatione notatus*. Vix enim per sacri æris sonitum illius mortis edito signo, statim Nucerina Civitas *Sanctum, & egenorum Patrem* obiisse dolentissime inclamans, suis evulsa sedibus ad sacrum Antistitem venerandum occurrit. Quamobrem ad arcendam populi vim militari cohorte opus fuit. Interea a Sodalibus innumerisque Presbyteris sacrum cadaver ad inferiorem domus Cappellam defertur. Illucescente die secunda Augusti cum fama illius mortis nunclum ad vicinas, remotasque regiones pertulisset, Nucerina ipsa Civitas advenis undique redundavit. Non modo enim plebeli homines, sed Nobiles item, Presbyteri, et Regulares devotionis causa Nucerinum iter e suis regionibus suscepere. Solemni autem ritu, et maxima celebritate fuerunt parentalia persoluta. Inter totius Nucerinæ Urbis campanarum sonitum e Collegio ad illius templum S. Michaelis Ven. Alphonsi cadaver Pontificalibus amictum vestibus perlatum fuit. Nam ab utroque Clero, Seminario, et Cathedralis Canonicis sacro agmine facto, ductaque longo ordine pompa nobile feretrum, cujus funebris culcitræ lemniscatos Urbis Magistratus substinebat, prosequebatur Nucerinus Antistes Pontificali habitu indutus, et conferta populi multitudo. Ubi ad templum ventum est alto in tumulo, innumeris circumlucentibus cereis, sacro corpore imposito, solemnia justa celebrata fuere, quibus docta funebris oratio finem imposuit. Inter hæc confertissimo adventante populo certatim quisque flores, rosaria, linteola, corollas Cadaveri per Sacerdotem admoveri, sibique reliquiæ loco restitui satagebat; alii feretrum reverenter attrectare; alii ipsas guttas e cereis manantes sumere; alii illius vestium frustula exquirere; alii alia in eum pietatis, et devotionis signa ostendere. Ejus tandem Virtutum præconiis templum, totaque Civitas personabat. Quo itaque populi devotioni satisfieret, cujus concursus magis magisque in horas crescebat, sacrum corpus per totam eam diem inhumatum permansit = Constant hæc *ex toto Sum. num.* 35.

631 Patet ergo V. Ligorii obitum fuisse publica testificatione notatum juxta Bened. XIV. *lib.* 3. *cap.* 38. *num.* 19. ibi = *In decretis &c. advertendum decernitur, an obitus Servorum Dei publica præsertim testificatione fuerit notatus, quæ verba intelligenda sunt, & explicanda de fama Sanctitatis in Obitu, & de pio populorum concursu ad funus, & multo magis de prodigiis, aut miraculis, si qua funeris occasione contigerunt.*

632 VIGESIMAPRIMA circumstantia ex prodigiis habetur, quæ *funeris occasione contigerunt*. Ac primo quidem mirabile omnibus singulisque spectaculum erat Ven. Alphonsi corpus dum viveret morbis, carnisque afflictatione pallidum, exanime floridam viventis imaginem induisse, itaut jucundo dormientis aspectu æternæ felicitatis effigiem præseferret. Depo-

sito

sito vero e tumulo corpore illius carnis vivacitatem, ruborem, mollitiem omniumque artuum flexibilitatem, qui aderant experti sunt; Inter vero urentes æstivi illius temporis æstus nullus fætor ex eo manabat, qui diro ulcere, viscerumque cancrena consumptus fuerat; quod quidem omnes obstupescentes demirabantur *Sum. pag.* 754. §. 10., & 11. *pag.* 755. §. 20., & 22., *pag.* 757. §. 40., *pag.* 758. §. 42. *pag.* 759. §. 54: *pag.* 761. §. 69. = Simile autem prodigium in mortuo S. Malachia perpendit S. Bernardus *Oper. vol.* 1. *cap.* 31. *num.* 74 ibi = *Mortuus vivere, & vivent mortuum putabatur; adeo nil intercedit, quod alterutrum determinaret. Eadem vivacitas vultui, serenitas eadem, qualis apparere solet in dormiente.* Et de S. Francisco narrat S. Bonav. *in cit. vita cap.* 15. quod = *Caro ipsius, quæ prius tam ex infirmitate, quam ex natura ad nigredinem declinabat, candore nimio nitescens illius secundæ stolæ pulchritudinem prætendebat. Membra ipsius mollia &c.*

633 Illud vero mirabilius cunctis visum est, quod pomeridianis horis funebris pompæ quidam Pictor Ven. Alphonsi obitus nuncio motus Neapoli Nuceriam eo consilio perventus ut ejus effingeret vultum, cum in id gypseam larvam ex facie retrahens V. S. D. nares decorticasset, vivus extemplo sanguis efluxit, ac tam abunde, ut plures linteola reliquiæ causa madefecerint; Eo item in eventu totus venerabilis vultus ruborem induit, quem ad multas inde horas, et ad tumulum usque retinuit. *Summ. pag.* 757. §. 40. *pag.* 759. §. 54. Utamur ergo verbis Cornelii a Lapide in cap. 19. S. Joan. = *Naturaliter hoc fieri non poterat, quia sanguis in mortuo ex frigore condensatur, & congelascit*; ac Suaresii *in* 3. *part.* D. Thomæ *quæst.* 51. *disput.* 41. *sect.* 1. = ibi = *Non poterat de corpore mortuo naturaliter sanguis effluere.*

634 Præter hæc Joseph Maria Fusco unius anni puerulus ardenti febre, lethalique diarræa pene exanimis V. Alphonsi Cadaveri admotus reviviscit illico, statimque convaluit. Is obstupescentibus omnibus per sese domum adire voluit, ibique perventus, licet adhuc per ætatem verba promere non valeret V. Viri intuens imaginem in mentis excessu = *Alphonsus* inclamat, *Alphonsus in cælo*; idque bis ac tertio repetit infans. Adstantes omnes puerulum illum tunc primo solventem linguam ac ignotum sibi Alphonsum *Sanctum in cælis* inclamantem demirati uno ore fatentur Deum ex ore Infantis sui famuli laudem perfecisse, ac cœlestem ejus beatitatem hominibus manifestasse; ceu fusius retulimus in *Vitæ Comment.*, ac probatum legitur in *Sum. num.* 37. *per tot.* Impletum propterea vidimus in Alphonsi obitu, quod legitur Sapient. 10. 11. *Linguas Infantium fecit disertas*; et psalm 83., ac Matthæi 21. 16. *Ex ore Infantium, & lactentium perfecisti laudem.*

635 VIGESIMASECUNDA circumstantia, quæ in V. Alphonsi obitu præteunda non est illa fuit, quod inter gravissimimos viros, qui V. Ligorii res utpote reliquias certatim expetivere amplissimus Amalphitanus *Puoti* stamineum Alphonsi cingulum sibi sumens eo inde in solemnioribus anni festis ad Pontificales functiones pretiosæ instar suppellectilis quoad vixit usus est. *Sum. pag.* 765. §. 16. Eo autem vita functo idem cingulus devotionis causa ab illius Metropolitanæ Canonicis religiose asservatur. Hujus vero circumstantiæ jure hic mentionem fecimus, quia eamdem notatu dignam existimavit Ecclesia in obitu *S. Pauli primi Eremitæ* ad illius sanctitatis famam significandam. Legimus enim in ejus actis ad diem xv. Januarii quod Antonius *tunicam Pauli secum auferens eo vestitu diebus solemnibus Paschæ, & Pentecostes quoad vixit usus est,*

DE

DE FAMA SANCTITATIS POST OBITUM.

636 *Sepulchra eorum, qui Crucifixo servierunt Regias Aulas splendore vincunt, non magnitudine, aut pulchritudine ædificiorum; nam hac parte illa superant, sed quod multo majus est, COEUNTIUM STUDIO* scribit S. Jo. Chrisostomus *Hom. 26. in Epist. 2. ad Cor.* Sic Alphonsi sepulcrum, qui Christo servivit *coeuntium studio* honoratur. Illud enim quotidie domestici non modo, sed exteri quoque, ac peregrini vel opem imploraturi, vel de acceptis gratias acturi supplices adeunt. Hi vero non ex infima plebe sunt homines, sed nobiles, graves, et Ecclesiastica dignitate fulgentes. Quoniam vero omnes Alphonsum valido esse apud Deum patrocinio firmiter tenent, sic quotidie quodcumque hominum genus ejus reliquias expetit, ejusque opem implorat. Tum Neapoli, tum alibi, fere innumeræ Alphonsi imagines pictæ, aut essæ sunt, et a pluribus summorum virorum personis ardenti studio quæsitæ. Quæ porro sit in universo utriusque Siciliæ Regno de illius Sanctitate universalis opinio vel unæ docent supplices litteræ ad ejus Causæ Commissionem assequendam numero CCCCVIII. a Serenissimo Rege, S. R. E. Cardinalibus, Archiepiscopis, Episcopis, Regularibus Præsulibus, Civitatibus, Capitulis, Principibus datæ. Quamobrem virtutum heroicitati hæc ingenti fama splendoris cumulus accedit; ut egregie ponderat Panvin. *in Relat. Canon.* S. Leopoldi Austriæ *cap.* ibi = *Qualis vita hominum, talis est fama, quando nequaquam obscurior annis multis subsequentibus est facta.*

DE MIRACULIS POST OBITUM.

637 Humano heroicarum Alphonsi Virtutum testimonio, Divinum item accessit. Loquutus est enim Deus per Miraculorum linguam, suique Famuli sanctitatem hominibus manifestavit. Innumeri pene sunt ii, qui in vitæ discrimine constituti, Alphonsi implorato auxilio, repente perfecteque convaluere. Hisce miraculis plenæ sunt Inquisitionum tabulæ. Ne tamen immani volumine sapientissimis Judicibus molestiam afferrem dumtaxat XXVIII. in eathalogum relata exhibere putavi *Sum. num.* 37. Ex Miraculis autem heroicam Alphonsi sanctitatem probari nemo est, qui ignorat. Nam, ut ait S. Thomas 2. 2. *quæst.* 178. *art.* 2. *in Corp.* = *Deus operatur miracula ad demonstrandam Sanctitatem alicujus, quem vult proponere in exemplum virtutis.*

Quare etc.

Hyacinthus Amicius

REVISA

A. Gardellini Sub-Promotor Fidei.

Digitized by Google

NUCERINA PAGANORUM

Beatificationis, et Canonizationis

VEN. SERVI DEI

ALPHONSI MARIÆ DE LIGORIO

Fundatoris Congregationis SSmi Redemptoris, ac olim Episcopi S. Agathæ Gothorum.

ANIMADVERSIONES

R.P. PROMOTORIS FIDEI

SUPER DUBIO

An constet de Virtutibus Theologalibus Fide, Spe, & Charitate in Deum, & Proximum; & Cardinalibus Prudentia, Justitia, Fortitudine, & Temperantia, earumque adnexis in gradu heroico, in casu, & ad effectum, de quo agitur?

BEATISSIME PATER

1 De *heroismo* virtutum Ven. Dei Servi ALPHONSI MARIÆ DE LIGORIO in hodierna concertatione quærendum est. Eo autem rigidius, atque maturius sit examen oportet, quo sublimiora fuere officia, simulque difficiliora, in quibus is vivens versatus est. Siquidem pro varietate conditionis, status, munerum in perscrutando, & judicando tenendus est modus. Porro Ven. Vir fuit *religiosæ Congregationis Institutor*, *Missionarius*, *Episcopus*; qua auctus dignitate pavit sibi creditas oves, nec tamen suæ Congregationis regimen deseruit, sed utrumque onus & sociavit, & sustinuit. Quamobrem ut iis honoribus dignus habeatur, quibus Ecclesia insignes pietate Viros distinguit, ita mores suos composuisse probandus est *in omni vitæ genere*, ut numquam a recto declinaverit, alios ejusdem conditionis, & gradus anteiverit, omnibus exemplo fuerit, & tanquam lucerna ardens lucis suæ radios ubique diffuderit. Quamquam vero libenter fatear mihi in expendendis actis plura occurrisse, quæ vere sublimia sunt, & ad Evangelicæ perfectionis formam videntur exacta; quia tamen mei muneris ratio postulat, ut si quæ sunt ab hac perfectione aliena, vel eidem minus conformia, Vobis, quorum consilium exquiritur, ex ordine exponam, ea qua potero

brevitate vestro subjiciam judicio, quæ forte infirmant probationum vires, aut obnubilare videntur vitæ, actionumque præstantiam.

DE PROBATIONIBUS.

2 Si quæ causa est, quæ documentis, publicisque attestationibus abundet, ea profecto est, de qua modo agimus. Vix enim septem supra decem elapsi sunt anni ab Ven. Servi Dei obitu, qui contigit Calendis Augusti anni 1787., & interea temporis omnes expletæ sunt Inquisitiones; præjudiciales quæstiones expensæ, feliciterque absolutæ; omnia demum disposita, quæ ad gravissimi hujus dubii disquisitionem sunt necessaria. *Quatuor* exhibentur *Processus*, *duo Ordinaria*, totidem *Apostolica auctoritate* in Diœcesibus Nuceriæ Paganorum, & S. Agathæ Gothorum constructi. Prostant in his plurimi Testes cum domestici, tum extranei, quorum fuit rogata fides; & si paucos excipias, reliqui omnes oculati sunt. Sibi non defuerunt egregii Postulatores, dum factus fuit locus *Inquisitioni Apostolicæ*, ut iterato eos inducerent, qui cum testimonium dixissent *in Ordinaria*, lucis adhuc fruebantur usura; legalibus vero documentis docerent ex hac vita migrasse reliquos, qui propterea iterum audiri nequibant, Actorum validitatem non moror, aut compulsationis defectum, De illa suum protulit Judicium Sac. Congregatio die 17. *Septembris anni* 1803., Proposito ea de re dubio, respondendo *affirmative* (*a*). Ab hac vero Apostolica Auctoritate dispensatum video, decretumque, *ut licèt Processus Informativi compulsati non fuerint in Apostolicos perinde habeantur, ac si compulsati fuissent* (*b*). Neque urgebo conditionem alteram, quam servari jubent Generalia Decreta, ne scilicet de Virtutibus disputatio instituatur, nisi elapsi sint *quinquaginta anni* ab obitu illius, de cujus quæritur sanctitate; Nam petente egregio Postulatore, *ut anni, qui desunt ad complendum quinquaginta annorum spatium Impedimento non sint, quominus Causa proponatur in Sac. Rituum Congregatione; SANCTITAS SUA gratiam petitam benigne concessit* (*c*).

3 Quoniam igitur nulla ex iis conditionibus, quæ extrinsecæ sunt, desideratur, facilis concedam æque Testes Apostolicos, & Ordinarios nullo facto discrimine admitti posse *in linea æqualis probationis*. Verum videndum superest, utrum plenam fidem, auctoritatemque iidem Testes queant sibi conciliare. Dixi, fere omnes esse *oculatos*, Sunt præterea tanto in *numero*, ut si qualitas nulli eos faciat exceptioni obnoxios, & cum idonea scientiæ causa, quam singuli proferunt, rerum copia copuletur, nil amplius desiderandum supersit ad rem, de qua disputatur, transigendam. Equidem non inficior Testes nostros, ac illos præsertim, quorum dictis *Summarium* coalescit, esse moribus integros, & nonnullos etiam dignitatibus eminere, atque doctrina. Concedam insuper, multos ex illis, qui sub ejus disciplina vixere, diuturnam cum ipso consuetudinem habuisse, sanctaque ejus conversatione satis longo annorum spatio fuisse usos; quamobrem de vita, rebusque ab eo præclare gestis sane

(*a*) *Summ. pag.* 2. §. 2.
(*b*) *Summar. pag.* 3. *num.* 3.
(*c*) *Summ. pag.* 3. *num.* 4.

ne plurima juridicis tabulis consignarunt. Hinc Defensoribus magis adlaborandum fuit, ut in adornando *Summario* compendio uterentur, quam ut necessaria ad judicandum colligerent. Vera sunt hæc; displicet nihilominus animadvertisse in aliquibus nimium fortasse studium, & propensionem in Causam, quam agunt.

4 Non enim intra quosdam limites se continent, sed exaggerationis vitium minime declinantes, ita *Alphonsum* nostrum extollunt, ac si is, Sanctos illos, quos ob illustre nomen, quod sibi comparaverant, eximiaque exempla Virtutum, quæ nullo ævo oblivioni tradenda dederunt, præ ceteris veneramur, non æquaverit modo, sed longe etiam superaverit. Audio propterea = *che le penitenze di D. Alfonso Liguori erano tali, che oscurar dovevano quelle di S. Pietro d'Alcantara* (a). *Ardisco dire che parlandosi della Vergine forse il Servo di Dio ha superato S. Bernardo nella dolcezza dei termini, e nell'affluenza* (b). *Non sò cosa debba più farsi da Monsignore per farsi Santo, nè sò se ci sia stato nella Chiesa, chi sia vissuto tanto applicato sì coll' interno, che coll' esterno nell' esercizio eroico di tutte le Virtù* (c). Quis autem æquo animo ferre poterit hujusmodi comparationes, quæ non aliam agnoscunt originem præter exuberantem affectionem, quæ quo magis tendit in objectum quod diligit, eo etiam magis detrahit veritati. Numquid *Ven. Alphonsus* omnes supereminet Sanctos? Exceptio hujusmodi tanti fieri oportere videtur, ut una sufficiat, ne pronis auribus excipiamus quæ ad celebrandum Dei Famuli nomen, actionesque exornandas Testes nostri, ac potissimum ejus Consodales tabulis consignarunt.

5 Expendite *PP. Summarium*, singulorum dicta considerate; facile intelligetis plures occurrere Testificationes, quæ studiosam hanc exaggerationem præseferunt. Quasdam non persequar hyperbolicas loquutiones = *trentasei anni consumò prima d'esser Vescovo, vomitando sangue per le Anime* (d): *quelli del Servo di Dio* (spirituales sermones, antequam Congregationem fundaret) *parevano tante saette infuocate* (e) = *mi ricordo benissimo, perchè detto molte volte dal Servo di Dio, che egli soffriva un calore tale nella sua testa, che anche sarebbe capace squagliare una montagna di neve* (f). Has, hisque similes loquutiones tribue, si vis, vel figurato dicendi modo, vel genio Nationis. Non repugnabo. Numquid vero ab omni censura immunes depositiones, quibus Virtutum probatio innititur, existimabis? Nil profecto minus. Nam etsi hyperbolicæ loquutiones, diffusissimæ quandoque narrationes, & unius ejusdemque rei frequentissimæ repetitiones hominum, regionisque mori tribuantur, sciscitandi tamen locus relinquitur; num ad gravissimam quæstionem de Virtutum heroismo absolvendam cœca fide excipi, & admitti debeant Testium dicta, qui studium omne contudisse videntur, ut Ven. Alphonsum plus æquo commendarent? Si eos audis, is fere ab infantia, & longe antequam ecclesiasticæ militiæ adscriberetur, multum jam in Virtutum palestra profecerat, de quo tamen merito dubitari posse infra ostendam. Eosdem ingenium acuisse fa-

(a) *Summ. pag.* 83. §. 95.
(b) *Summ. pag.* 297. §. 94.
(c) *Summar. pag.* 625. §. 22.
(d) *Summar. pag.* 429. §. 343.
(e) *Summar. pag.* 84. §. 72.
(f) *Summar. pag.* 311. §. 16.

teberis, ut res longe dissitas memoria repeterent, avideque acciperent quidquid de eodem narrari audiebant, ut nullam esse virtutem evincerent, in qua Ven. Vir longa exercitatione, & multiplicibus actibus non refulserit.

6 Recole quæ ab iis dicta sunt de *prima ætate*, de *statu Sæculari*, de *vocatione ad statum Ecclesiasticum*, de *Fundatione Congregationis SSmi Redemptoris*, de multiplicibus *contradictionibus*, quas offendit, de *jurgiis*, & *contumeliis*, quibus hac de causa factus fuit ob noxius, de asperis modis, quos adhibuerunt tum ejus Genitor, ut ipsum a proposito deserendi forum revocaret, tum gravissimi Viri, qui ejus improbabant consilium novam Congregationem instituendi. Tam diserte de his, & similibus eos loquutos fuisse intelliges, ut tecum reputes eosdem, non secus res exponere potuisse, si suis eas oculis percepissent. Siquidem circumstantias enumerant, recitant prolata verba, gestus, & motus quandoque graphice describunt, ac in illud studia contulisse videntur, ut omnia, quæ ipse gessit, eique contigerunt, non secus haberi debeant, quam ut totidem argumenta sanctitatis. Cum autem de iis agentes nequeant esse *de visu*, si excipias *P. Joannem Mazzini Testem II. Processus Informat. Nucerini*, qui iniit cum famulo Dei familiaritatem paulo post quam is clericalem habitum induerat (*a*); facile consequitur, eosdem ob amorem, quo in suæ Congregationis Institutorem ferebantur, nedum undique conquisiisse notitias ad anteactam ejus vitam pertinentes, verum etiam sine ullo vel examine, vel delectu, vel discrimine pronis auribus excepisse, ultroque admisisse quidquid de eo loqui audiebant, ac ad ejus nominis commendationem conferre posse arbitrabantur.

7 Hæc aliquali Animadversione digna visa sunt mihi de *probationum* viribus, quia nimium studium, affectio, exaggeratio efficiunt, ut minus fidei, & auctoritatis concedatur Testibus, qui etsi moribus probi, doctrinisque exculti, hanc tamen non effugiunt censuram. Potissimum vero quia, ut magis idoneo loco videbimus, cum intelligant ipsi non leve Causæ incommodum accidere posse ex eo imbecillitatis statu, in quem Ven. Vir postremis vitæ suæ annis devenerat, acuunt ingenii vires, ut eandem imbecillitatem ad virtutem referant. Quod si vos, Patres, exceptionem hujusmodi nullo, parvove in pretio habendam esse existimetis, in ea non amplius insistam, sermonemque transferam ad quæstionem alteram multo graviorem, quæ est *de heroismo virtutum*, atque in ea simul colligam, quæ forte demonstrant, non in omnibus æque Testes nostros plenam sibi conciliare fidem.

DE HEROISMO

8 Quum res sit de gestis Ven. Viri, qui usque ad *nonagesimum primum ætatis annum* vitam protraxit, ac diversis, iisque gravissimis officiis pro varietate status, conditionis, ac munerum functus fuit; ut clara methodo utamur, & agnoscere simul possimus, num is sem-

(*a*) Examinatus Testis mense April. 1788. agebat annos 83, natus proinde anno 1705, ac annis novem junior Dei Servo, qui primum viderat diem anno 1696.

semper profecerit in semita Virtutum, & gradum illum fuerit consequutus, in quo coram Ecclesia perfectio consistit, *quadrifariam* partiri oportet universum ejus vitæ stadium. Etenim *primum* quærendum est *de statu Seculari ad vigesimum sextum ætatis annum* protracto. Initium sumit *altera Epocha* a susceptione habitus *Clericalis*, & *quadraginta ferme annos* complectitur, quot enumerantur *ad annum usque* 1762., quo jussu San. Mem. *Clementis XIII.* ad regimen Ecclesiæ S. Agathæ Gothorum venit: quo sane tempore nedum sibi perficiendo incubuit, sed animarum lucro totus vacavit, & Congregationem SSmi Redemptoris instituit. *Tertia* succedit multo brevior *annorum* scilicet *tredecim*, quos impendit in Pastorali munere adimplendo. *Quarta* demum *reliquos* exhibet *duodecim Annos*, metiendos *ab anno* 1775. quo senio confectus, & ad grave onus sustinendum viribus imparem se agnoscens, ab Ecclesia sibi credita, annuente Pontifice, recessit, & ad suos convolans Nuceriam Paganorum, ibi permansit usque *ad annum* 1787. quo in Domino decessit. De singulis agendum.

DE PRIMA VITÆ EPOCHA, SIVE DE STATU SECULARI

9 Etsi non multum intersit argumenta exigere Sanctitatis quoad primam ætatem in Causis præsertim Servorum Dei, qui ad senectutem pervenerunt, dummodo ea non desiderentur, & vere illustria sint quoad reliquum, satisque diuturnum vitæ stadium; prætereundi tamen non sunt, si qui occurrunt defectus in Adolescentia, ut habita eorumdem ratione decerni possit, num quæ subsecuta sunt egregia Christianarum virtutum opera, ad judicandum de Sanctitate sufficiant. Itaque Testes, quos habemus in *Summario*, de ea ætate agentes iis coloribus pingunt *Adolescentem Alphonsum*, ut plane suadeant eumdem uberiori gratia præventum, in seculari statu non vulgaria miræ innocentiæ, animique candoris proebuisse argumenta, prætereaque in Religionis studio, in pietatis fervore, nemini fuisse secundum. Sed quamquam ego nolim contendere ipsum gravi aliqua culpa inquinatum, immo concedam nunquam loethaliter deliquisse, veluti testantur ii, qui ipsi fuerunt a confessionibus; nequeo tamen ultro exclpere Testium dicta, & Sanctitatis primordia usque ab ea ætate repetere. Fuerit pius, fuerit religiosus *Alphonsus*, tamen, cum religione, & pietate composuit etiam quæ mundi sunt. Animum a Seculi oblectamentis non habuisse alienum, ludrica Theatralia spectacula frequentasse, otiosis interfuisse conventibus, quos dicimus *Conversazioni*, aleas adamasse non obscure ex actis colligimus: Nam Dei famulo, qui novo suscepto vitæ genere a seculi strepitu remotus suum habitaculum in solitudine selegerat, occurrens Avellini Domina = *come fate voi*, dixit, *che SIETE USATO ALLE COMMEDIE, E CONVERSAZIONI, in una Montagna* (a)? Dictio illa *siete usato* secum fert consuetudinem, propensionem, inclinationem. Idem Dei Famulus narravit sodali suo *Patri Tannoja* Testi XXVI. Proc. Informat. S. Agathæ = *che era amantissimo della Musica, e che a questo effetto SI PORTAVA SPES-*

(a) *Proc. Ordin. Nucerin. fol.* 1632.

SPESSO AL TEATRO di S. Bartolomeo, sed simul addidit *ma che per misericordia di Dio non ci aveva mai commesso un peccato veniale* (*a*).

10 Aleis præterea plus æquo delectabatur, quod ejus Genitori molestissimum erat. Ita Testis I. Proc. Apostolic. S. Agathæ = *Se non che mi ricordo, essermi stato detto dal di lui Fratello D. Gaetano di Liguori, che sebbene il loro comun Genitore permettesse, che il Servo di Dio andasse ogni sera a divertirsi col solo anzidetto D. Baldassarre Cito per un ora al giuoco di Ombre; pur nondimeno oltrepassava i liuiti del tempo prescritto; del quale difetto ammonito, ed avvertito destramente dal Padre, il quale una sera avendogli tolti tutti i Libri dal Tovolino di studio, glie lo fece ritrovare coperto di varj mazzetti di carte da giuoco; se ne corresse specialmente al sentirsi dire dal Padre: questi sono i libri tuoi, e questi ti fo ritrovare* (*b*). Id ipse Dei Famulus fassus est = *Disse* (P. Tannoja) *che era amantissimo del giuoco, ma solo quello d'ingegno, e sì perfetto, che per ischerzo diceva di volerne stampare; ma che Iddio non permetteva mai per esso una carta buona, di modo che i suoi eguali lo abborrivano per compagno, come certi di perdere, e che così si allontanò da ogni giuoco* (*c*). Quid ultra quærimus ad probandum propensionem Dei Famuli in alearum ludum?

11 Quamobrem non tantum ad humilitatem, quam ad veritatem referenda esse videntur quæ dicta sunt a Famulo Dei, ut audientium animos erigeret & ad meliorem frugem revocaret = *non ebbe difficoltà, di dire, avanti di tutto il Popolo, e di me: Giovane io pure aggio fatto le mie: La Madonna mi ha chiamato a questo stato: a Mamma aggio tutta l'obbligazione* (*d*); ipseque Dei Famulus in præfatione ad aureum Opusculum inscriptum *della visita al Sagramento* sic fatur: *bisogna, che io palesi in questo Libretto almeno per gratitudine al mio Gesù Sagramentato questa verità. Io per questa divozione di visitare il SSmo Sagramento . . . . mi trovo fuori del Mondo, dove per mia disgrazia sono vivuto fino all' età di Anni 26. . . . . Festini, Commedie, Conversazioni, Spassi, questi sono i Beni del Mondo, ma bensì tutti pieni di fiele, e di spine; Credete A CHI NE HA L'ESPERIENZA, e la stà piangendo* (*e*).

12 Prætereo cetera, quæ in idem argumentum colligi possunt, veluti illud est erroris in patrocinanda gravissima Causa a Famulo Dei commissi, quo vehementer commotus forum deseruit, aliamque inire viam, quæ tutior est ad vitam, sibi proposuit, propositumque exequutioni mandavit, quin semel posita ad aratrum manu umquam retro respiceret. Neque animadvertam in Alphonsum, quod cum iratum nimis in famulos proprium Genitorem videret, forte imprudenter effervescentem iram compescere studuit, unde alapam reportavit = *e vedendo, che ancora non la finiva gli disse: Gnore che cos' è? quando la cominci non la finisci; bisogna anche compatire. Ma ritrovandosi il Padre alterato di animo avendolo a fianco, gli tirò uno Schiaffo* (*f*). Illud potius videtur censura dignum, quod Ven. Vir

(*a*) *Proc. Ordinar. S. Agathæ fol.* 1045. *ter.*
(*b*) *Proc. Apostol. S. Agathæ fol.* 267. *terg.* & *Proc. Informat. S. Agath. fol.* 1041.
(*c*) *Proc. Informat. S. Agathæ fol.* 1041.
(*d*) *Proc. Ordinar. Nucerin. fol.* 1868. *ter.*, & *Proc. Apostol. Nucerino fol.* 1375. *ter.*
(*e*) *Proces. Apost. Nucerin. fol.* 2064. *ter. junct. fol.* 2068.
(*f*) *Proc. Informat. S. Agath. fol.* 1042.

Vir in seculari statu neglexerit Sacramento Confirmationis muniri; natus namque mense Septembri *Anni* 1696. nonnisi *Anno* 1722. fuit sacro Chrismate munitus = *poi in Settembre* 1722. *fu cresimato da Monsig. Positano Vescovo d'Acerra, come ho veduto dagli Atti delle Ordinazioni di detto Servo di Dio fabbricati nella Curia Arcivescovile di Napoli* (a). *In essi Atti* (Curiæ Archiepiscopalis) *sta ancora la fede della Cresima, che egli ricevè in detta Città* (Neapoli) *nel* 1772. *nel dì* 21. *Settembre per mano del fu Monsig. Positano Vescovo della Acerra in nome del fu Card. Pignattelli Arcivescovo di Napoli* (b): agebat igitur *vigesimum sextum ætatis annum*; unde consequitur de susceptione hujus Sacramenti cogitasse postquam meliora charismata æmulari sibi constituit. Ego quidem crassam hanc negligentiam nequeo a culpa immunem dicere, nec intelligo quomodo ea componi possit cum laudibus, quibus eximiam ejus pietatem etiam in seculari statu nostri cumulant Testes. Agitur namque de Sacramento, quod licet necessarium non sit necessitate medii, est tamen necessitate præcepti cum divini, tum Ecclesiastici, ac proinde negligi procul a culpa non potest, nisi deficiat qui illud ministret. Quod si peccant Parentes nimis differendo, multo magis peccare dicendus est ille, qui ut ad idoneam pervenit ætatem, & facile potest Episcopo se præsentare, Confirmationemque suscipere, id negligit (c). Noster autem Dei Famulus haud potest excusari ignorantia, cum esset scientiis excultus, & Causis in Foro patrocinaretur.

13 Hæc erant de Seculari statu exponenda potius, quam animadvertenda. Nam si ostensum fuerit, Ven. Virum reliquo vitæ suæ tempore ita heroicis refulsisse Virtutibus, ut siquid minus recte gesserat, aut etiam, si vis, in aliquo peccaverit in Seculari Statu, per subsequens poenitentiæ studium abunde compensaverit; non erit amplius, cur de prima illa Epocha simus solliciti.

DE SECUNDA EPOCHA AB ANNO 1722. AD ANNUM 1762. SIVE DE STATU ECCLESIASTICO, ET REGULARI

14 De hac epocha acturus non immorabor in iis, quæ passus est Dei Famulus a Patre, qui, ejus proposito de novo vitæ genere instituendo, fortiter repugnabat. Laudandus immo est, si, ut Deo famularetur, propriæque saluti prospiceret, carnem, & sanguinem non respexit, alacri animo adversa sustinuit, & quæ obversabantur obstacula invicte superavit. Neque ei vertendum est probro, si parum abfuit, quin in vincula conjiceretur, post quam Sacerdotio fuit initiatus. Siquidem zelo salutis Animarum æstuans, ut rudes infimæ conditionis homines recte instituere, una cum aliquibus sociis, quos sibi delegerat, pari zelo informatis, eos colligebat, cunctosque in unum locum collectos docebat monita salutis. Qua de re exorta suspicio est, sectariorum conventum fieri, & querela delata ad Præsides

(a) *Summar. pag. 59. post §. 33.*
(b) *Proc. Informat. Nucerino fol. 409.*
(c) Vide, quæ colligit in rem hanc *Natal. Alexander Theologic. Dogmatic. Moral. de Sacrament. Confirmat. Cap. 4. proposit. 2.* cum adjunctis regulis consectariis ad praxim.

sides, jussum, ut omnes comprehensi in Judicium venirent. Detecta autem suspicionis inanitate, eorumdem innocentia, & fine, quem sibi proposuerat Dei Servus, omnes dimissi sunt (*a*). Factum hoc est; videtur tamen *Alphonsus* aliqualis forte imprudentiæ arguendus, si suo innixus consilio, nulla petita venia, hoc sibi onus dederat, seque, socios, & qui illuc simul conveniebant, gravi periculo exposuit: forte etiam peccatum est in docendo, iis adhibitis loquutionibus, quæ in pravum sensum poterant interpretari. Video namque, non male feriatos homines, sed religiosos Viros = *alcuni Padri Paolotti* = quibusdam auditis quæ ipsis erronea visa sunt = *si credettero obbligati a darne parte al Cardinale Arcivescovo, sospettando male di questa Adunanza* = Video etiam Archiepiscopum Dei Famulo præcepisse, ne imposterum hujusmodi fierent conventus = *Il Cardinale, che peraltro ne stava prevenuto* (quia in eo discrimine resciverat Alphonsum illum esse, qui conventui præerat) *se ne consolò bensì, ma nel tempo stesso gli ordinò, che se ne fosse astenuto* (*b*).

15 De fundatione Congregationis SSmi Redemptoris quid dicam? Miror in tanto negotio disponendo, maturando, absolvendo animi constantiam, invictam intueor Ven. Alphonsi fortitudinem. Utrum vero satis prudens ejus fuerit consilium cum in opere suscipiendo, tum in seligendis mediis tam ad illud perficiendum, quam ad præcavendum, ne hac de causa excitarentur turbæ, neve offensiones, & scandala orirentur idoneis, merito quis poterit dubitare. Etenim ut primum innotuit *Alphonsum*, deserto Sinensium hospitio, in quo morabatur, cogitationes suas convertisse ad novæ Congregationis institutionem, omnes fere Ecclesiastici primi nominis, & ordinis viri in eum insurrexerunt: Nam = *FU STIMATO MATTO da Uomini grandi &c.* (*c*), qui proinde eum appellabant = *PAZZO OSTINATO, che in vece di seguire l'ispirazione di Dio, abbracciava una tentazione del Demonio* (*d*), *fino ad essere chiamato FANATICO, OSSESSO, ILLUSO, VANAGLORIOSO, che PER FARSI NOME NEL MONDO voleva fondare questa Congregazione* (*e*), *arrivarono a chiamarlo FANATICO, BORIOSO, SUPERBO, PIENO DI SE', VANAGLORIOSO* (*f*), *SVANITO DI MENTE, che avevasi POSTO IN TESTA DI FARE IL FONDATORE . . . . che USCITO DI MENTE, si faceva dirigere DA UNA MONACA ILLUSA, credendo ALLE DI LEI ILLUSIONI* (*g*). Hinc putabatur = *aver intentato il Servo di Dio una mossa così STRAVAGANTE con SCANDALO DI TUTTO IL PUBLICO* (*h*), & nemo ex cujuslibet conditionis, & ordinis hominibus forte erat, qui eum dementem non diceret = *TUTTI, non eccettuandosi qualunque ceto, gridavano AL MATTO, AL MATTO* (*i*).

16 Eo res devenit, ut pixc cujusdam sodalitatis alumni, cum de albo dele-

---

(*a*) *Summar. pag. 77. §. 19. pag. 95. §. 137. Proces. Apost. Nucerin. fol. 837. Informat. Nucerin. fol. 1731. ter. Infor. S. Agathæ fol. 1059. ter.* & alibi tam in Summar. quam in Proces.

(*b*) *Summar. Obiection. pag. 1. num. 1. & Summ. Infor., ac Proces. loc. supra citat.*

(*c*) *Proc. Informat. S. Agathæ fol. 203.*

(*d*) *d. Proc. fol. 359. terg. 1070. ad 1072.*

(*e*) *Summr. Objectional. pag. 2. num. 2. §. 1.*

(*f*) *Ibid. §. 2.*

(*g*) *d. num. pag. 4. §. 7.*

(*h*) *d. num. pag. 5. §. 11.*

(*i*) *d. num. pag. 4. §. 10.*

delere, & Cappellania, qua potiebatur, privare cogitarunt, quod & fecerunt, nam publico edicto conventus indictus fuit (*a*): & omnes Sodales, nemine excepto, convenere = *in quel giorno, non ci mancò persona in Congregazione*. Neque existimes aliquos venisse, ut *Alphonsi* partes tuerentur, nam = *TUTTI AD UNA VOCE LO VOLLERO PER ESPULSO, e privato della Cappellania, e per togliersi ogni sutterfugio in contrario cercarono la Bussola secreta* = quin immo = *Persona di riguardo* (forte fuit ejus avunculus Canonicus Gizzius) *disse: io mai ho dato voto di morte in Congregazione, ma questa volta AFFINCHE' SI UMILII ce lo metto, e metto con piacere: così dicendo pose a vista di tutti nella Bussola la pallottina nera* (*b*). Quod si Congregationis decretum exequutioni datum non fuit, ita factum est, quia Antistes mandaverat = *si fosse dato corso alla Congregazione*, reservando sibi resolutionis adprobationem. Quamquam & idem Antistes eum acriter redarguit, ac superbum dixit, præsertim quia in tam gravi negotio propriun Pastorem, ut maxime decebat, consulere neglexerat = *Essendosi poi portato il Servo di Dio dall' Emo Pignattelli per licenziarsi gli fè nota la sua risoluzione, e quello vi passava. Pignattelli gli disse: Come? dai questi passi, e non ti sei venuto a consigliare da me? Rispose scusandosi il Servo di Dio, che l'Eminenza sua stando sommamente occupata, non aveva voluto incomodarla. Il Cardinale ripigliò: SUPERBO, SUPERBO come? Io do udienza A TUTTI, e voi dite non avermi voluto incomodare? Si umiliò il Servo di Dio &c.* (*c*).

17 Cetera, quæ in rem hanc colligi possent libenter prætereo (*d*); nam ex his, quæ allata sunt, satis superque patet, non immerito universum fere Neapolitanum Populum, proecipue vero primi nominis Ecclesiasticos Viros, non exceptis ejus Avunculo Canonico Gizzio *Rettore in quel tempo del Seminario di Napoli, e luminare ben conosciuto del Clero Napoletano*, Canonico Julio Torni *poi Vescovo in partibus Superiore in quel tempo della Congregazione di Propaganda, stato anche suo Maestro nelle Dottrine Teologiche* (*e*), ejusque Patruo *fu Monsig. di Liguori Vescovo della Cova, che da quel punto non lo volle più vedere* (*f*) ei se proebuisse infensos, ac acerrimos contradictores. Et sane nequibant ii probare consilium hominis, qui ita suæ innitebatur prudentiæ, ut ne cum Episcopo quidem tantum negotium communicaverit, a quo proinde jure fuit appellatus *superbo, illuso, pazzo, Uomo pieno di se stesso* (*g*). Satis hoc est. Unum tamen addam, videlicet; tantam fuisse diffamationem, ut nedum in privatis colloquiis, & conventibus appellaretur *TESTARDO, ILLUSO, GONFIO DI SE STESSO, AMBIZIOSO DI VOLER LA GLORIA DI FONDATORE*, verum etiam *taluni ANCHE DAL PULPITO portandolo in esempio: ecco dicevano un Uomo così illuminato ove si è ridotto per essere CAPARBIO, E ADULATORE DI SE STESSO* (*h*).

18 Qui vero opus incœperat, omnibus contradicentibus bonis, proprioque Pastore inconsulto, illud tandem ad optatum finem perduxit,

(*a*) *d. num. pag.* 5. §. 12.
(*b*) *Ibid.* §. 13.
(*c*) *Proc. Informat. S. Agathæ fol.* 1072.
(*d*) *Summar. Informat. pag.* 106. §. 55. *pag.* 316. §. 61.
(*e*) *Summar. Objectional. pag.* 4. *n.* 2. §. 7.
(*f*) *Ibid.* §. 1.
(*g*) *Summar. Informat. pag.* 103. §. 37.
(*h*) *Summar. Object. pag.* 5. *num.* 2. §. 14.

ipso adprobante Archiepiscopo, plaudentibus iisdem, qui ei se præbuerant Adversarios, fatentibus spiritualis vitæ magistris a Deo fuisse ordinatum, ad animarum bonum promovendum. Non intercedo. Id tamen satis non videtur ad purgandum *Alphonsum* a qualibet *imprudentiæ* nota, quam ferventiori zelo indulgens saltem principio contraxit; unde Antistitis, gravissimorum hominum, cunctique Populi indignatio, querelæ, turbæ. Quod si in prima id accidit fundatione, non secus evenit in erigendis religiosis novæ Congregationis Domibus. Tot offendit ipse ubique locorum contradictores, ut molestissimis fuerit implicatus litibus, quas ad solidos viginti annos debuit sustinere (*a*). Ut quælibet a Servi Dei capite removeatur invidia, *duo* a Defensoribus clarius sunt demonstranda, videlicet, hujusmodi lites fuisse cum justas, tum necessarias; & Ven Alphonsum invitum, & reluctantem, ne Dei opus desereret, suorumque jura tueretur, ad dimicandum coactum, ea usum fuisse moderatione, quæ in omnibus, præsertim vero in iis, qui in sortem Domini vocati sunt, elucere debet.

19 Sed & *alterum* demonstrandum est, scilicet Ven. Virum, ut primum in uno, alterove loco sui Instituti domum fundare cogitabat, ab iis non declinasse regulis, quæ, prudentia duce, servandæ erant priusquam opus aggrederetur, ne postquam posuerat fundamentum, a cæpto desistere cogeretur, neve immaturo consilio turbas, quæ numquam ab offensa Dei sunt immunes, immo scandala gignunt atque peccata, in se, suosque concitaret. Audio namque ipsum ambitionis atque rerum temporalium cupiditatis fuisse insimulatum. Audio minas de evertenda fundata Domo. Audio vel Ecclesiæ usum ei, sociisque interdictum. *Chiamato... AMBIZIOSO, e desideroso non già di Anime, ma DI ROBBE sino a minacciargli di voler fare saltare in aria con un barile di polvere la fabbrica incominciata, e di proibirgli a se, ed ai suoi primi Compagni la Chiesa beneficiale ec.* = Ne existimes hanc in eum exortam tempestatem opera hominum vel mali moris, vel de fæce plebis; nam excitata fuit = *dal Capo di questo Clero fù D. Domenico di Majo, e da molti altri di detto Clero* = (*b*). Non me commovet id quod refert Testis I. Proc. Apostolici S. Agathæ = *In quella* (novæ Domus fundatione) *della Villa, che poi dimise, fù attaccato, come m'attestò l'Arciprete della med. Terra, dai malevoli, che Esso, e li suoi si godevano una Donnaccia, e che esso più di tutti se ne abusasse, e la tenesse ben regalata. Pervertita* LA DONNA ATTESTO' QUESTO ANCHE IN GIUDIZIO (*c*). Iniquum est id vel leviter suspicari, ipsaque improba Fœmina Dei punitionem non effugit, calumniamque detexit. Verumtamen, cum Dei Famulus Domum illam, quam pro Congregatione instituerat, debuerit deserere, hinc validior oritur suspicio, quod non satis cautus, non satis prudens fuerit in aggrediendo; nec cogitaverit vel num ei vires suppeterent ad perficiendum; vel num ita res essent dispositæ, ut posset sibi blandiri de fausto, felicique exitu.

20 Vereor etiam, ne in regenda Congregatione aliquod dederit imprudenden-

---

(*a*) *Process. Apostolic. Nucerin. fol.* 580., 784, 943., *Process. Inform. Nucerin. fol.*373, 595. *t.* 820. 1309. 1323. 1368. *Proc. Inform. S. Agathæ fol.*204. 825. 830. 1212. *t.* 1227. 1331. & *alibi passim tam in Summar. Informat., quam in altero Object. num.*2.

(*b*) *Summ. Objectional. pag.*3. *n.*2. 4.5.

(*c*) *Proc. Apostol. S. Agath. fol.*563.

dentiæ argumentum. Nam = *un Sacerdote zelante della sua Congregazione contrariavalo o nelle sue dottrine, o sentenze di Teologia morale, o per altri punti Regolari appartenenti al buon governo della Congregazione* (*a*). Quis verò eum commendabit, qui publica in Ecclesia jussit concionatori, ut concionem abrumperet, & e suggestu descenderet, quod vix, ac ne vix quidem fieri poterat sine maximo illius rubore, & adstantis Populi scandalo? Ne quis putet jure id factum, quia Orator aliqua erronea expressione fuisset usus, aut docuisset sententias fidei puritati minus conformes. Nihil minus. Non alia fuit tantæ indignationis causa, nisi elegans, & perpolitus stilus, quo ille in Oratione utebatur. At Dei Servus, licet de defectu ageretur simplici lenique monitione coercendo; publica illa animadversione haud contentus, eum per triduum, post acrem reprehensionem, a faciendo Sacro suspendit, = *e lo condannò a trè giorni di ritiramento* = (*b*).

21 Equidem optandum, ut qui sacris missionibus animas Deo lucrifacere student, eo utantur stilo, qui divino convenit eloquio, nec nomen sibi aveant conciliare, & propriam quærant gloriam, sed Proximorum saluti unice intenti Christum annuncient, & hunc Crucifixum. Hinc numquam satis laudandus est Ven. Dei Servus, qui hanc methodum voluit servari a suis, & ut ab aliis servaretur, vehementer concupivit, quod ut obtineret, librum inscripsit, evulgavitque *de Concionatorum Rethorica*. Verum in hoc etiam aliquis excessus dignoscitur, ac videtur Dei famulus nimis sui propositi tenax, si quemlibet eloquentiæ flosculum, & politioris stili ornamentum ita voluit a sacris concionibus eliminatum, ut illos, qui hoc sibi præsidium quærebant, aspere redargueret, atque damnaret, ut visum est; magisque patet ex eo, quod narrat *Testis XXVI.* Processus Informativi S. Agathæ. = *Mi disse il nostro Padre D. Celestino de Robertis Testimonio di veduta, che essendo stato invitato il Servo di Dio in Napoli, a voler fare un sermone familiare in una rispettabile Congregazione di Missionarj, avendoli animati a zelare l' onore di Dio, e salute delle Anime, entrò ancora circa lo stile, che in qualcheduno si vedeva adulterato in quella Congregazione, e che da tanti, come diceva, si cercava imitare un certo famoso Oratore, ed accendendosi di zelo, incominciò ad inveire contro questo disordine, e tra l'altro disse: Io mi contento, che N. N. stiu in purgatorio sino al giorno del Giudizio per questo stile, che adottò nelle sue Orazioni panegiriche* = (*c*). Eloquentia, stilus, figuræ, aliaque id genus artis subsidia dummodo opportune, & discretè adhibeantur, vim addunt Orationi, eamque efficaciorem faciunt, ad reportandum fructum, quem Orator sibi, ut suorum laborum finem proponit. Quamobrem si rectus bonusque sit finis intentus, videlicet, ut audientium excitetur attentio, & magis persuadeat oratio; cur damnandus Apostolicus præco, ac si gravis piaculi reus habendus sit? Dicendum potius zelum Servi Dei non agnovisse fines, si in judicem mortuorum se erigebat, ajendo de Oratore, quem aliqui illius Congregationis Alumni imitari studebant = *io mi contento che NN. stia*

(*a*) *Proc. Informat. Nucerino fol.* 1931.
(*b*) *Summar. pag.* 412. §. 197. *pag.* 432. §. 373. *Proc. Apost. Nucerin. fol.* 468. *t.* 624. *t.* 773. 881. 1592. *t.* 1968. *t. & alibi.*
(*c*) *Proc. Informat. S. Agath. fol.* 1181.

in Purgatorio sino al giorno del Giudizio, per questo stile, che adottò nei suoi Panegirici.

22 Vide etiam tum quæ habet *Testis XXII. Proc. Ordinarii Nucerini* in ejus prodentiæ commendationem = *Da Maestro dei Novizj, notai la sua gran prudenza in avermi fatto cacciar dal Noviziato un Giovane Nipote di un Vescovo, per certi difetti di poco notabile peso, ma pregiudizievoli all'osservanza d'allora, dicendomi, che la sua conversazione noceva più, che dieci Eretici, e cento Demonj, non ostante fosse difeso dal Rettore della Casa suddetta* = (*a*): tum quod narrat Testis XXVI. Processus Informativi S. Agathæ= *trattandosi un giorno di non sò che di uno dei nostri Giovani, che esso non aveva in quel credito, che si voleva, ed avendogli detto un Padre: questo fù compagno del Fratello Blasucci: rispose il Servo di Dio: che importa questo? anche Giuda fù compagno di Gesù Cristo* = (*b*). Ego quidem dum hæc lego, jure metuo, ne quandoque Dei Famulus nimio fortasse zelo certans pro Regulari Observantia, ultra debitos fines processerit, & in alias virtutes peccaverit. Nam si primi illius tyronis defectus = *erano* DI POCO NOTABILE PESO, cur potius ejusdem emendationi non studuit? Cur maluit eum a Congregatione expulsum = *non ostante che fosse difeso dal Rettore della Casa* = (quo magis comprobatur defectuum levitas, qui non absolute dicuntur *pregiudizievoli all' osservanza*, verum *all' osservanza D'ALLORA*) quam ipsimet, & Congregationi a vitiis illis purgatum utilem reddere? Constat namque juvenem illum jussu Dei famuli e Congregatione fuisse dimissum: hand tamen constat, num ad extremum expulsionis remedium, certè adhibendum si nulla supererat emendationis spes, deventum fuerit duntaxat postquam monitiones, & correctiones opportune repetitæ nullius evaserant efficaciæ. Præterea si res erat *de' difetti di poco notabil peso*, multum saltem habet exaggerationis, valdèque contumeliosa est expressio illa, qua ad suum cohonestandum propositum usus est Dei Servus, *che la sua conversazione noceva più, che dieci Eretici, e cento demonj*. Id ipsum dicendum quoad alterum: quippe, nedum manifestavit sinistram opinionem, quam fovebat *di uno dei nostri giovani* secus ac alii existimabant; verum etiam nihili fieri debere contendit rationem illam quæ ad eum tuendum afferebatur, inquiens non sine illius dedecore= *che importa? Anche Giuda fu compagno di Gesù Cristo* =.

23 Dices fortasse superno illustratum lumine illius infelicem exitum prævidisse, hujus vero penetrasse secreta. Id tamen non prodest. Nam si primus e Congregatione expulsus, alia inita vitæ ratione occisus occubuit, ex eventu non consequitur præscientia facti, in relatione enim ne vola quidem, aut vestigium prævisionis occurrit; & fortè miser ille, si ex eo non fuisset ejectus Christianæ perfectionis asilo, monitionibus & exemplis mores suos ad regulæ formam composuisset, & grande illud, quo peremptus est, infortunium evitasset. Ad alterum quod adtinet nihil est, unde conjici possit sinistram opinionem ex eo processisse, quia *Alphonsus* illius cordis latebras intime perscrutatus, & occultorum cognitione insignitus, id intuebatur, quod alii minime videbant. Testis namque sola, nudaque facti expositione

(*a*) *Proc. Inform. Nucer. fol.* 1540. *t.* (*b*) *Proc. Inform. S. Agathæ fol.* 1206.

né contentus ne verbum quidem addit, ex quo sequatur, prudens fuisse Servi Dei judicium. Illud tantummodo scimus, quod ipse *non aveva (uno dei nostri giovani) in quel credito, che si voleva*= Atque id satis est, ne omnino innoxium *Alphonsum* existimemus.

24 Prætereo minus accuratum dicendi modum, cum appellaverit Judam *compagno di Gesù Cristo*. Impropriè enim usurpatur denominatio *compagno*, quæ nonnisi lato modo accipi potest, quandoquidem Judas ad Apostolatum vocatus inter Christi Discipulos numerabatur. Id, inquam, prætereo, quia licet impropria sit loquutio, posse tamen eamdem defendi non diffiteor. Quamquam de illius Virtutibus actio est, qui etsi omni disciplinarum genere esset excultus, quandoque tamen iis utebatur vel in monendo, vel in docendo loquutionibus, quæ certe erroneæ sunt, si intelligi velint prout verba sonant, atque idcirco, ut sanum suscipiant sensum, explicatione indigent, & interpretatione. Sæpius ajebat = *Che chi non stimava la Congregazione, e la Regola, non stimava nemmeno Gesù Cristo, e che la Congregazione, e la Regola erano lo stesso, che Gesù Cristo* (a) = *Chi non stima la Congregazione, e non stima la regola, non stima neanche Dio. Che cosa è la Congregazione? che cosa è da Regola? è Gesù Cristo* = (b). Ita ne verò? Unum idemque sunt Congregatio ab *Alphonso* instituta, & Christus Dominus? Numquid regula ab ipso Consodalibus data referenda est in sacrum Evangeliorum Canonem, aut Congregatio repræsentat Ecclesiam? Declara igitur, qui sit genuinus verborum sensus.

25 Sed durior est altera propositio, si accipiatur ut jacet = *senza l' intercessione di Maria SSma, e QUASI IMPOSSIBILE, che uno possa salvarsi; e chi è devoto di Nostra Signora è IMPOSSIBILE, che possa dannarsi* (c). Prima propositionis pars modificata vocabulo *quasi*, potest declinare censuram; non item altera, quæ absoluta est, & perniciosissimos potest producere effectus. Equidem puto Dei Famulum non aliud significare voluisse, quam devotionem illam, quæ cum operibus conjuncta est, cum implemento legis, & perseverantia usque ad finem: nihilominus nuda illa, simplex, & absoluta propositio, rudibus præsertim, esse poterat perditionis occasio. Etenim, heu! quot sunt, qui materialiter colentes Deiparam a culpis, peccandique consuetudine non abstinent, falsa freti fiducia, quod cultus illi impensus ipsis profuturus sit ad salutem.

26 Nec quamlibet effugit censuram, immo aliquam redolet vanitatem expressio illa, = *d' ogni altra cosa ne debbo dar conto a Dio, ma non del predicare: ho predicato in modo da potermi far capire da tutti anche dalla più rozza vecchiarella* (d). Longe secus loquebatur Apostolus, inquiens *sed neque meipsum judico, nihil enim mihi conscius sum; sed non in hoc justificatus sum: Qui autem judicat me Dominus est* (e). Haud urgerem, si *Ven. Alphonsus* usus fuisset moderatis vocabulis *spero*, *confido*; sed cum absolute dixerit = *d' ogn' altra cosa ne debbo dar conto a Dio, ma non del predicare*, videtur nimis de se, suisque factis præsumpsisse. Quid tamen? Nonne

(a) *Proc. Apostol. Nucer. fol.* 2683.
(b) *Proc. Informat. S. Agathæ fol.* 1084.
(c) *Proc. Informat. Nucerino fol.* 1367. *ter.*
(d) *Summ. pag.* 431. §. 367.
(e) 1. *ad Cor. IV.* 3. 4.

ne quandoqne vulgari nimis dicendi modo suorum indignationem offendit, qui verecundia perfusi de eo sunt obloquuti ? = *In un' giorno di Sabbato, come egli era solito sempre predicare di Maria SSma in detta Chiesa di S. Michele . . . . ci fù un concorso grande . . . . ci vennero molti Uffiziali Militari, Sacerdoti, e Galantuomini a sentirlo. Egli in vedere tali persone fece una Predica così bassa, e popolare, come se avesse predicato un ragazzo. Tutta la Comunità in sentirlo si arrossì, e mormorò di quel basso modo di predicare, e parlare di Maria SSma* (a). Ita factum audio, ut Ven. Vir humanas laudes evitaret. Sed ut humiltati consuleret, haud debebat eam tenere rationem, quæ loco, personis, & actioni nullatenus conveniebat, & subjecto, de quo agebatur, erat prorsus indigna, quandoquidem = *La Comunità si arrossì, e mormorò di quel modo sì basso di predicare, e parlare di Maria SSma*.

27 Quoniam vero Dei Famulus ferventiori suo genio indulgens facilis nimis erat in vovendo, modumque non servabat in carnis maceratione, videndum num utraque de causa, aliquam mereatur censuram. Nam = *Ogni giorno, E NE AVEVA VOTO, recitava il Rosario= si confessava PER VOTO ogni Sabbato = VOVERAT di non prendere cioccolato, nè bever acqua in tutto quel giorno di Sabbato=AVEVA FATTO VOTO di predicare le glorie di Maria in ogni Sabbato=Essendosi ben anche ASTRETTO COL VOTO d' assistere gli appestati in caso di bisogno=VOVERAT di non perder mai tempo=VOVERAT di non mangiar frutti nel Sabbato*=Derelictus a suis *CON VOTO SUB GRAVI s'obbligò ancora ancorchè solo proseguir l' opera = di più FE' ANCHE VOTO SUB GRAVI di punto non appartarsi dalla direzione di Monsig. Falcoja* (b). Multiplicitas ista Votorum, quæ gravem secumfert obligationem erga Deum, in magnum utique tendit virtutis profectum; sed etiam exponit periculo declinandi a promissis. Cauto idcirco opus est in vovendo, & satius est suum continere fervorem, quam sibi pondus imponere, ad quod sustinendum quandoque vires deficiunt. Sategit quidem Dei famulus, ut Deo redderet quod promiserat; sed quum actio sit de Virtute heroica, quam vel levis nubecula commaculat, maxime opportunum videtur, ut Defensores egregii, Votis enumeratis, stricto calamo ostendant, Dei famulum omni vitæ suæ tempore stetisse promissis.

28 Ad *Mortificationis* studium quod adtinet, vereor, ne Dei Famulus in sese cruciando quandoque per excessum peccaverit. Etenim modum non servans = *facendosi la sua ORRIDA disciplina a sangue . . . . si offese gravemente un nervo del femore in modo, che per un mese dovè stare seduto anche in tempo di orazione nel Coro; e tante altre volte si dava colpi sì forti, che si rendeva inabile a camminare = si offese un nervo della gamba per cui rimase quasi inabile a camminare* =; Quamobrem reliquo vitæ suæ tempore claudicavit (c). Quum autem maceratio proprii corporis non sit proprie & di-

---

(a) *Proc. Inform. Nucerino fol.* 1934. *& Apostol. pariter Nucerino fol.*806.

(b) *Summ. pag.*297. §.94., *pag.*298.§.104. *pag.* 386. §. 407., *pag.*393. §. 301., *pag.*575. §.30., *Process. Apost. Nucerino fol.*387. *terg.* 458. *ter.* 460. 873. *ter.* 874. 1026. *ter.*1586. *ter.* 1713. 2102. 2188. *ter.* 2344. *ter.*, *Proc. Apost. S. Agath. fol.* 804. 897. *ter.* 1492. *Proc. Informat. Nucerino fol.* 489. 709. *ter.* 811. *ter.* 1398. *ter.* 1923. *Proces. Informat. S. Agath. fol.* 1080. 1225., *& alibi*.

(c) *Summ. pag.* 632. §. 84. *pag.* 623. §. 4. *pag.* 628.§.45. *Proc. Apost. Nucerino fol.*894. *ter. fol.* 1829. *fol.* 2695. *ter.*

& directe per se virtus, sed potius virtutis instrumentum, debita cum moderatione est adhibenda; si moderatio deest, arguendum potius, quam probandum videtur Mortificationis studium (a). Atqui Dei Famulus nimis, & indiscrete se flagellando nedum SI RENDEVA INABILE A CAMMINARE, verum etiam ineuendabile suo corpori vitium intulit: quis ergo ex hoc heroicæ Virtutis argumentum desumi posse existimabit?

29 Ut autem erat *Alphonsus* in suæ Congregationis bonum semper intentus, ne juvenes deficerent, quos eidem noverat profuturos, eorum parentibus inopia laborantibus opitulabatur temporalibus subsidiis, quæ detrahebat ex eleemosinis pro celebratione missarum destinatis = *Arrivò sino per non far perdere la vocazione a qualche povero Congregato a contribuire alla sua necessitosa casa SOPRA L'ELEMOSINA DELLE MESSE* = (b). *Contribuiva un tanto l'anno ai parenti poveri di qualche Congregato, PRENDENDOLO DA SOPRA L'ELEMOSINA DELLE MESSE* = (c). Equidem puto Ven. Virum, dum caritatis opus exercebat, non defuisse justitiæ, & iniquum fore arbitror suspicari, quod sibi licere existimaverit in alios usus convertere eleemosynas traditas pro celebratione Missarum; nihilominus in re tam gravi non inutile erit Defensorum studium, ut si quod obscurum est in Testium dictis, ipsi declarent, & illustrent.

30 Afferant præterea privilegium dispensationis à quotidiana recitatione Divini Officii, tempore Missionum, quo videtur usus fuisse Dei Servus = *In tutto il tempo di Missione prima di ottenersi il privilegio di dispensa dell' Ufficio . . . . pure non lo lasciava &c.* (d). Afferenda etiam est publica Attestatio, quam dedit Dei famulus de quodam prodigio, quod contigisse fertur in quadam *B. Mariæ Virginis Imagine*, dum ipse de ejus laudibus ad populum sermonem habebat (e). Videndum quippe, num in expositione facti ea moderatione usus sit, ut quidquid in sui laudem verti poterat, evitare curaverit.

31 De hac epocha satis multa dixisse videor. Non enim detrahit virtuti, & sanctitati, quod quandoque Ven. Vir aliquod sibi, suisque creabat solatium pulsando cymbalum, cujus erat peritissimus (f). Neque ei culpæ vertam, si quandoque morem gessit Amalphitano Antistiti, qui eum compulit, ut adesset *ad una Comedia non sò, se sacra, o profana*. Constat namque primum restitisse, cessisse postea *non potendo evitare l' invito*, nec comœdia recitata fuit, licet cuncta essent disposita, ob tabulati ruinam, quam Dei Famulus prævidisse visus est (g). DUO tamen adhuc remanent, quæ diligentem desiderant animadversionem. PRIMUM illud est, quod Dei Servus sæpe affirmaverit, CHE NON SI RICORDAVA DI AVER LICENZIATO QUALCHE PENITENTE *senza il benefizio dell' assoluzione* (h); Itane? Aut dicendum est Virum venerabilem in tam multiplicium locorum ac temporum confessionibus nullum offendisse occa-

(a) Id probat *S. Mem. Benedictus XIV. de Servor. Dei Beatificat. &c. lib. III. Cap. XXIX. per tot.*
(b) *Summar. pag.* 411. §. 188.
(c) *Proc. Apost. Nucerino fol.* 878. *ter.* 1591. *ter.* 2090. *ter.* 2288. 2659. *& alibi.*
(d) *Proc. Apostol. Nucerino fol.* 465.
(e) *Summ. pag.* 294. §. 76. *ad* §. 79. *Proc. Apostol. Nucerino fol.* 461. *ter.* 2189.
(f) *Summ. pag.* 255. §. 141. *pag.* 340. §. 74. *pag.* 526. §. 22. *Proc. Apost. Nucerino fol.* 869. *ter.* 979. *ter.* 1955. 2155. *& alibi.*
(g) *Summ. pag.* 686. §§. 83. *&* 84.
(h) *Summ. pag.* 413. §. 212.

casionarium, & *consuetudinarium* recipiendæ absolutioni minus aptum; quod omnino *inverosimile*, ac plane *impossibile* est; aut perperam ab *Innocentio XI.* propositiones 60. & 61. damnatas fuisse; quod est absurdum & impium, ac laxismo amplissimam sternit & lubricissimam viam.

32 Alterum autem est, quod quidam Laicus e Congregatione expulsus *denunciò . . . . , che nelle nostre Case di Nocera, Ciorani, e Caposele, vi erano (forse così credendo) cantaja, e cantaja di Tabacco contrabando*. Id ut renunciatum fuit Rectori Nucerinæ Domus; *perchè nel giardino vi era una quantità di piante di Tabacco, il P. Ministro si pose a strapparle; ma essendosene avveduto il Servo di Dio, fè subito desistere dicendo: non và bene; quello ha fatto la denuncia sul vero, e non conviene farlo ritrovare bugiardo* (a). Justitiam Dei famuli hac in parte commendo; verum, si ipse non ignorabat Legem, quæ vetabat culturam plantarum, & Nicosiani pulveris fabricationem, cur permisit, ut in suarum Domorum hortis plantatio fieret? Omnes debent Principis Legibus, iis etiam, quæ pœnales tantummodo sunt, obtemperare; sed illi potissimum, qui perfectioni incumbunt, aliisque exemplo esse debent. Res hæc indiget explicatione,

DE TERTIA EPOCHA AB ANNO 1762. AD 1775. SIVE DE EPISCOPATU.

33 Ad eam devenimus V.S.D. vitæ epocham, quæ præcipue spectanda est, nostraque excitat studia; quippe destinatus *Alphonsus* ad regimen Animarum, ita implevisse Pastoris officia probandus est, *ut in Ecclesia Dei, instar benigni cujusdam sideris non solum in se solis justitiæ, & veritatis radios exceperit, sed & eos in Populum Christianum refuderit, animasque sibi creditas luce illa cœlitus accepta illustraverit* (b). Nam, ut ajebat magnus Gregorius, *pertrahi ad Episcopatum, est pertrahi ad educatum Populorum, ad exemplar vivendi, ad normam irreprehensibilem Evangelicæ vitæ* (c). Quod si in omnibus Episcopis illæ Dotes quærendæ sunt, quas Apostolus commemorat, (d) singulari quodam modo emineŗe debent in eo, qui reputatur dignus, ut non modo gregi Dominico, sed & ipsis Pastoribus, Apostolicæ Sedis oraculo, tamquam perfectionis exemplum proponi possit. Equidem hominem intueor, qui vocatus tamquam Aaron sibi imposito gravissimo oneri, ne divinæ voluntati, Pontificis formali præcepto patefactæ, resistere videretur, cervicem inflectit. Hominem video de grege sibi commisso sollicitum, illius bono semper intentum, non sua quærentem, sed quæ Dei sunt, hospitalem, sobrium, benignum, continentem, exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate. Ergo Alphonsus usque ad heroicitatis fastigium pervenit? Nequeo id affirmare, nisi quædam ejusdem Actiones, quæ aliqualem censuram pro-

me-

(a) *Proc. Informat. S. Agath. fol.* 1188. *Proc. In format. Nucerino fol.* 490. *ter.*

(b) *Ludovicus Abelly Ruthensis Episcopus in Enchiridio Pastoralis sollicitudinis.*

(c) *In Pastoral. part.* 1, *cap.* 1.

(d) 1, *ad Timoth. cap.* 3, *ad Titum cap.* 1, & 2.

mereri videntur, ab omni labe immunes declarentur. Etenim etsi concedam Ven. Virum haud peccasse per defectum; per excessum tamen non deliquisse, non item dare possum: Siquidem in Virtutum exercitio media tenenda est via, & ab iis declinandum, quæ licet ab amore virtutis proficiscantur, & in bonum tendant finem, sunt tamen vel circumstantiis inopportuna, vel incongrua subjectis, vel muneri difformia, vel quoad exitum periculosa. Sed & alia occurrunt, quæ documentis sunt illustranda, ne videatur Dei Famulus ea neglexisse, quæ districtè Pastoribus præcipiuntur, & nequeunt sine reatu omitti, nisi justa omissionis causa intercedat.

34 Exordiar ab eo, quod postremum posui. Præcipit *Tridentina Synodus* omnibus Episcopis, *ut singulis annis, vel saltem quolibet biennio universam Diœcesim perlustrent, & sacrorum Canonum servata forma omni studio, omnique diligentia, visitationem perficiant* (*a*). Equidem Testes adfirmant hoc Œcumenici Concilii Decretum a Dei Famulo fuisse servatum, eumdemque per se ipsum, cum vires suppeterent, hujusmodi Pastoralis sollicitudinis Officium implevisse, per alios vero, dum senio confectus, ac ægritudinibus oppressus, ad illud subeundum impar evaserat (*b*). Verum res hæc est, quæ non tantum Testium dictis, quam documentis est transigenda. Legalis igitur afferenda est attestatio ex Visitationum Codicibus deprompta cum specifica indicatione temporum, ad hoc, ut intelligamus, num revera ad Legis normam Dei Famulus suam perlustraverit Diœcesim. Multum etiam proderunt relationes, quæ dicuntur *ad limina*, quæque *in Tabulario Sac. Congregationis* asservantur. Id præterea necessarium est, quia non deest ratio dubitandi. Siquidem ait *Testis XXXIV.* Proc. Informat. S. Agathæ = *Nelle visite fatte in questa Città, che mi pare fossero state QUATTRO VOLTE in diversi anni, diede sempre per otto giorni gli Esercizi &c.* (*c*). Numerus harum Visitationum annis non respondet, quibus Dei Servus eam rexit Ecclesiam. Forte Testis loquutus fuit de Visitationibus illis tantummodo, quas Ven. Vir in bona valetudine per se ipsum explevit. Ita forte est: nihilominus, ut authenticis tabulis demonstretur, quammaxime interest.

35 Jubent etiam Œcumenici Concilii Patres = *Synodi quoque Diœcesanæ quotannis celebrentur* = comminata pœna adversus illos, qui obtemperare prætermisissent = *Quod si in his tam Metropolitani, quam Episcopi, & alii supradicti negligentes fuerint, pœnas sacris Canonibus sancitas incurrant* (*d*). Quæro ego: paruit ne Dei Famulus hujusmodi præcepto? Id negant Testes, qui eumdem nunquam potuisse Synodum convocare adfirmant; causas tamen reticent, quæ ipsi impedimento fuerunt, ne eam cogeret, et si vellet, & generice nimis temporum circumstantias accusant (*e*). Unus est *Testis I. Proc. Apostol. S. Agathæ*, qui & Servi Dei propositum, & rationes, ob quas consilium mutavit, enunciat. = *Era nella risoluzione il Servo di Dio sin da che terminò la visita generale della Diocesi*;

(*a*) *Trident. Synodus sess. 24. cap. 3. de Reformat.*

(*b*) *Summ. pag. 133. §. 37. pag. 135. §. 48. pag. 137. §. 63. pag. 138. §§. 72. 73. pag. 145. §. 122. & sæpe alibi.*

(*c*) *Proc. Informat. S. Agathæ fol. 1480.*

(*d*) *Sess. 24. cap. 2. de Reformat.*

(*e*) *Summ. pag. 137. §. 64. pag. 149. §. 151. pag. 156. §. 205. pag. 161. §. 242. & alibi passim tam in eod. Summ. quam in Inquisitionum Actis.*

di tenere un Sinodo per dare riparo a varj abusi, che ci aveva rilevato. Destinò me in Napoli, per consigliare sù di questo Monsig. Borgia Vescovo di Aversa, il P. D. Gennaro Fatigati Superiore de' Cinesi, ed altri Uomini savj; ma ne fu sconsigliato sul riflesso &c. sentendo questo mi disse: Quello, che far dovrei col Sinodo, lo farò con tante notificazioni. Di fatti con molte di queste riparò &c., e credo, che queste si produrranno dal P. Postulatore in contesto della verità da me asserita (a). Si hujusmodi Documenta sunt penes Postulatorem, exhibeantur oportet, ut PP. judicent, sint ne apta ad gravissimam hanc difficultatem enodandam.

36 Nam etsi Doctores non desint, qui putant, Concilii Decretum non esse ita stricte, rigideque accipiendum, ut numquam fas sit Synodum prætermittere, & in longius differre; id tamen non prodest. Primum dico, non in hac Causa esse locum excusando; nam ubi de Virtutibus in gradu heroico quæritur, esset plane ridiculus qui urgeret hoc, vel illud quamquam lege jussum, vel vetitum, tamen per aliquorum sententiam fieri, vel omitti potuisse. Virtus enim non communis sed heroica, non quæ excusabilia sunt, sed quæ sunt optima quærit. Dico deinde neminem esse, a quo excusatus habeatur Episcopus, qui integro diuturnoque sui regiminis tempore numquam præceptam Synodum celebravit, nisi præsto sint gravissimæ legitimæque causæ, quibus demonstretur, illam, adnitente licet Episcopo, cogi non potuisse. Ita nos monet inter alios eternæ memoriæ *Pontifex Benedictus XIV.* = *Nos vero*, inquit, *quamquam non negemus potuisse Decretum Tridentinum contraria consuetudine non nihil emolliri, & temperari, non idcirco tamen opprobamus effrenem istam licentiam, quam privati Doctores sibi usurpant, illud pro libitu, etiam contra expressa ejusdem verba, interpretandi, & limitandi, neque illos excusamus Episcopos, qui, cum nihil sit, quod eos impediat, ex sola socordia, & negligentia Synodum facere prætermittunt; eosque magis redarguimus, qui per plures annos Diœcesim gubernaverint, ne de cogenda quidem Synodo unquam cogitarunt &c.. Neque audiendi sunt, qui ad propriam obtegendam ignaviam se consulto, & prudenter abstinere dictitant a Synodi coactione &c.* (b)

37 Equidem non is ego sum, qui velim Ven. Virum ex sola negligentia, & socordia Synodum facere prætermisisse, aut in illorum putem venisse sententiam, qui sibi licentiam tribuunt *Tridentini Decretum* pro libito etiam contra expressa ejusdem verba interpretandi, & limitandi: immo legitimas non defuisse Episcopo causas, ne Synodum indiceret existimo; sed in re tam gravi Postulatorum est eas proferre, ac omnimodam, & insuperabilem impossibilitatem demonstrare. Nam, si evincant ipsum perpetuo impeditum fuisse, non amplius omissionem persequiar. In eo solummodo insistam, ut quæram, num e re sua duxerit media comparare, quibus ea, quæ obversabantur, obstacula vinceret, ac superaret. Video namque ex relato Testimonio facile nimis acquievisse consilio illorum, quos super hac re rogaverat. Quamquam vero non multum difficile futurum sit, ut Defensores id evincant, quod quærimus; adhuc demonstrandum superest, utrum Dei Famulus *in Relationibus ad S. Congre-*

ga-

(a) *Prot. Apost. S. Agathæ fol.* 384. (b) *De Synodo Diœcesana lib. I. cap. 6. num.* 5.

gationem Concilii datis causas, rationesque pandiderit, quæ ipsum a Synodi celebratione impediebant.

38 Verumtamen quum ea, quæ lustrationem Diœcesis, & Synodi convocationem respiciunt, dilui, & enodari documentis possint, non est cur in his amplius insistam. Alia persequar, in quibus aliquid animadversione dignum, aut non satis virtutis heroicitati conforme visus mihi sum deprehendisse. Zelus Dei Famuli sane est commendandus; displicet tamen Zelum non semper fuisse cum prudentia, & iis, qui præsunt, necessaria discretione conjunctum. Actiones quædam, etsi ad bonum finem directæ, non omnibus æque probabuntur. Erit forte quis, qui redarguendum putet Alphonsum, erit alter, qui laudabit eum, qui miserum hominem domi impudicæ fœminæ occisum, priusquam profano sepulcro traderetur, jussit per totam circumduci Civitatem cum faculis ex pice confectis ad incutiendum terrorem, & infelicem illius animæ statum demonstrandum (*a*). Neque omnes probabunt animadversionem in meretriculas, quæ Pastoralibus monitis non cesserant, nullumque dantes emendationis signum, in peccandi consuetudine perseverabant. Eas namque e sua Diœcesi exulare jubebat, sed priusquam abirent fustibus cedi per compita imperabat (*b*). Id genus punitiones, publicæ ostentationes, atque spectacula incertum est, utrum prosint ad exemplum, an potius offensionem, & scandalum pariant. Idcireo non omnes, qui præsunt, ac vindicandis coercendisque criminibus incumbunt, ea media opportuna existimant, sed multi, & Ecclesiastici præsertim Viri, alia minus tumultuosa iisdem sufficere, satius ducunt.

39 Videte Patres utrum recte se gesserit dum peccatorem a Sacra Mensa rejecit, ei dirigens coram frequenti Populo verba, = *Io non ti posso comunicare, perchè frequenti quella maleletta* = (*c*). Scio *ex Rituali Romani* præscripto admittendos non esse ad Communionem, sed arcendos publice indignos, *quales sunt excommunicati, interdicti, manifesteque infames ut meretrices, concubinarii, fœneratores, magi, sortilegj, blasphemj, & alii ejus generis publici peccatores* (*d*). Scio etiam publicos peccatores esse censendos nedum illos, qui *per Sententiam Judicis* tales sunt declarati, sed etiam qui tales existimantur *notorietate facti*. Quæro tamen, num talis esset ille, de quo est quæstio? Ait Testis = *Tenendo scandalosa pubblica pratticа con una donna maritata*; ait insuper = *overgli fatto* (Dei Servum) *antecedentemente delle molte ammonizioni*. Videtur tamen, non satis constare de prava peccandi consuetudine, ejusque *notorietate*. Non enim ille domi suæ fœminam alebat, sed ejus ædes solum frequentabat; hinc suspicio oriri poterat, non autem certa illa, & universalis diffamatio, quæ efficeret, ut publicus peccator censeretur, illisque adnumerandus esset, de quibus loquitur *Rituale*. Certum autem est, populum fuisse vehementer commotum = *al rumore, e bisbiglio della Gente seguito per un tal fatto, ne domandai*

(*a*) *Proc. Apost. Nucerino fol.* 569. *ter. Protes. Apost. S. Agath. fol.* 1920. *ter. Proc. Inf. Nucerino fol.* 1184. *Proc. Inform. S. Agath. fol.* 1797.

(*b*) *Proc. Apost. S. Agath. fol.* 525. & *Informat. pariter S. Agath. fol.* 1422. *fol.* 1455. *ter, ac alibi*.

(*c*) *Summ. Objectional. pag.* 5. & 6. *num.* 3.

(*d*) *Rituale Roman. tit. IX. Cap.* 1. *num.* 8.

la causa &c. (*a*). Cessit tamen Episcopus hominis illius precibus, inquiens: *Mi dai parola avanti questo Dio, che non anderai più in quella Casa?* Nam = *avendolo assicurato di avere lasciata la pratica suddetta, d'essersi confessato, il Servo di Dio lo comunicò.* Sciscitor ego: certo ne constabat Dei Servo hominem illum ut publicum peccatorem ab omnibus manifeste haberi; vel res erat in gravi suspicione posita? Si *primum* dicis; rursum peto: satis ne erat ad illum sacra hostia reficiendum vel simplex promissio, quam requirebat *Alphonsus*, vel hominis protestatio, quam forte expresserant rubor, & verecundia? Siquidem publici Peccatores ad sacram Mensam admitti tantummodo possunt = *quando constet de eorum pœnitentia, & emendatione, & publico scandalo prius satis fecerint. Publice vero constare debet de hujusmodi pœnitentia, quia publice constat de eorum peccato* (*b*). Ad rem facit monitum *S. Caroli Borromei* = *neminem peccatis publicis irretitum ad communionem recipiat, nisi prius scandalo publico satisfecerit, etiamsi absolutionis a Pœnitentiariis aut Confessoribus etiam regularibus acceptæ testimonium produxerit* (*c*). *Si alterum* seligas; erat ille quidem privatim monendus, sed nullo modo repellendus, nam isti *Peccatores debent esse publici, & eorum peccatum adeo notum, & manifestum, quod nulla tergiversatione valeat celari. Divus Thomas &c. Peccator publicus est, qui notorie est talis . . . hoc est per sententiam, vel per confessionem factam in jure* (*d*). Redarguendus ne erit hac de causa Dei Servus? Id non affirmo. Si quæ nebula est, quæro, ut dissipetur ad Servi Dei virtutem magis, magisque declarandam.

40 Nec vitio vertam Dei famulo si ad coercenda crimina, & puniendos Ecclesiasticos carnis illecebris irretitos, postquam in irritum cesserant privatæ monitiones sæpius iteratæ, secularium Tribunalium sibi præstolabatur auxilium, ut pertinaces, & in suis criminibus obfirmati carceribus traderentur (*e*). Licere id in quibusdam casibus juxta Sacrorum Canonum dispositionem Doctores docent, & inter alios *Fagnan. in Cap. cum non ab Homine. de Judiciis num.* 32. Verum cum detrusio in carceres postremum sit remedium adhibendum tantummodo in casu, quo nullius evaserint efficaciæ pœnæ spirituales, quas ex ordine enumerat *Tridentinum Concilium* (*f*), superest demonstrandum, reapse Dei Famulum, implorando brachii secularis auxilium, carceribus mancipando, publica coercitione plectendo impudicos Clericos pertinaces in malo, ab hisce regulis numquam declinasse.

41 Verum id sit; omnem tamen censuram evasurus non videtur *Alphonsus*, qui in vincula conjici jussit quemdam Canonicum concubinarium. Licet namque jure merito id fecisset, cum ille prorsus incorrigibilis esset, ac omnibus scandalum afferret, quia non erubescebat secum deferre publice natos ex ea, quam deperibat; duo nihilominus animadvertenda sunt. *Primum* servatam non fuisse formam Con-

(*a*) *Summ. Objectional. dict. num.* 3. *pag.* 6. §. 2.

(*b*) *Barruffald. in Rit. Rom. Tit. XXIII. §.* 8. *num.* 90.

(*c*) *In Instruct. Pastor. pro Administranda in suis Ecclesiis Eucharistia.*

(*d*) *Barruffald. loc. cit. num.* 87. *&* 88.

(*e*) *Process. Apost. S. Agathæ fol.* 1321. *ter.* 1774. *ter. Proces. Informat. Nucerin. fol.* 605. *ter.* 722. *ter. Proces. Informat. S. Agathæ fol.* 323. 382. 424. 486. 498. 912. *ter.* 1686. *t.* 1742. *t.* 1957. *& sæpe alibi.*

(*f*) *Sess.* 25. *cap.* 14. *de Reformat.*

Concilii Tridentini, aut saltem non constare, utrum servata fuerit. Sæpe monitum suavissimis modis, modo increpatum minacibus verbis insordescentem in malo hominem illum persitisse scimus; ignoramus vero, utrum fructuum Beneficiorum fuerit ei interdicta perceptio, utrum vetita eorumdem Beneficiorum administratio, utrum deventum fuerit ad suspensionem, privationem, & excommunicationem, quemadmodum Lex jubet; *secundum* publice nimis, tumultuarie, & clamorose miserum illum a satellitibus comprehensum, & ad laicales carceres traductum = *Vedendo riuscir vane sì le ammonizioni, che le minaccie lo fe carcerare, e portare pubblicamente nelle Carceri di Monte Fusco, e da li poi nelle Carceri Vescovili* (a). *Procurò di farne eseguire l'arresto con implorarne il braccio superiore, e laicale coll' assistenza d'una numerosa Squadra venuta dalla Regia Udienza di Monte Fusco, la quale Squadra io viddi cogli occhj propri, ma non mi trovai presente all' atto dell' arresto; bensì l'intesi publicamente dire dopo già sortito, e viddi ancora radunata la detta Squadra avanti le Carceri Vescovili, con gran quantità di Popolo di questa Città &c. mi ricordo di vantaggio, che il cennato Canonico . . . . . colla stessa Squadra fu trasportato alle Carceri della Regia Udienza di Monte Fusco* (b).

42 Sed neque commendandus est modus quo usus est, ut quemdam Sacerdotem a perditionis via revocaret. Nam quum frustra adhibuisset salutaria monita, vehementesque increpationes, tandem = *un giorno fattoselo chiamare fè ritrovare il Crocifisso posto nell' entrare della Porta, ed indi ordinò al Sacerdote, che fosse entrato; ma non avendo il Sacerdote voluto entrare, il Servo di Dio gli disse; entrate pure, e calpestate; forse questa è la prima volta, che ve lo avete posto sotto i piedi* (c)? Experimentum sane id fuisse videtur periculosum, & imprudens, quod vehementer vereor, ut ex fausto emendationis eventu possit excusari.

43 Non erat certe zelus Dei Famuli cum necessaria discretione conjunctus; & quandoque nimis eo æstuans levissimos defectus puniebat non secus ac si fuissent crimina longe gravissima. Exemplo sit quod de se narrat *Testis III.* Proc. Apostol. S. Agath. = *per aver dato un pezzetto d'ostia ad una Donna per suggellare una Lettera* (oh grande facinus gravi coercitione expiandum!) *non volle ordinarmi nella prossima ordinazione non ostante, che ero stato esaminato, ed approvato, ed anche fatte le solite pubblicazioni* (d). Nonne ex hac dilatione aliquid incommodi sequi poterat Clerici illius existimationi? Locum hic sibi vindicare potest aspera nimis, & ad bilem commovendam idonea Animadversio in probum, & integræ famæ Sacerdotem, qui fortasse ad Valetudinem tuendam ficto utebatur Capillitio = *essendogli stato riferito, che il qu. D. Domenico Mauro, Uomo per altro morigerato, usava parrucca; egli giudicando esser cosa indecente allo stato, lo chiamò a se, e credendo, che fosse circinnata, come forse era stato prevenuto, giacchè il Santo Prelato poco ci vedeva, glie la tolse di capo, e chiesta una forbice, un pet-*

(a) *Proc. Apost. Nucerino fog.* 1132. *ter.*
(b) *Proc. Apost. S. Agath. fol.* 1047. *ter. & seq.* omnes fere Testes de hoc facto loquuntur *Proc. Apost. Nucerin. fol.* 2130. *ter. Proces. Apost. S. Agathæ fol.* 974. *ter.* 1318. *Proces. Inf. Nucerin. fol.* 1698. *ter. & sæpè alibi.*
(c) *Proc. Informat. S. Agath. fol.* 523.
(d) *Proc. Apost. S. Agath. fol.* 663. *ter.*

pettine, ed un bacino d'acqua, la spettinò, la tagliò, la bagnò, e così la rese sconcia perchè più non avesse a servirsene. Io so questo fatto perchè in tutta questa Città se ne parlò a bocca piena (a).

44 Ille tamen ipse qui rigidus, & severus nimis ferre nequibat graviterque plectebat levissimas culpas, si hoc nomine appellari debent defectus, quorum supra meminimus, iratus est in Missionarium, qui coram frequenti Populo concionem habens sibi proposuit dicere de venialis, quæ ex peccatis Venialibus consequuntur; Atque adeo exarsit ut vix se tenere potuerit, ne publice, & palam ei silentium imponeret = *Mi ricordo, che essendo egli nella Chiesa della SSma Annunziata di questa Città* (di Airola) *alla prima predica grande, che si fece da un Prete di cognome Cafarano detto Missionario predicava su de mali, che caggiona il peccato veniale, Al Servo di Dio dispiacque molto tal predica, e l'ascoltò con tale impazienza, che era in voto di farlo calare dal Pulpito, e predicare esso quella sera. Ritiratosi poi al Palazzo dove risiedeva, ordinò a me . . . . mi fossi portato a prendere il detto P. Cafarano . . . . . al quale prima d'ogni altra cosa disse il Ven. Servo di Dio: P. Cafarano sta notte non mi hai fatto dormire; Io nelle Missioni desidero, che si badi al grosso non al sottile. Se un solo peccatore si converte in una Missione, si può dire, che si è percepito gran frutto delle fatiche* (b). Quænam, queso, est isthæc contradictio? Magni ipse facit, & ultra condignum plectit levissimos defectus ac si essent gravissima facinora; indignatur vero in illum, qui adstantes monet, ne parvipendant venialia peccata, & ut ostendat quam grande sint malum noxios exponit, qui consequuntur, effectus. Nimis generica est, nimisque probat propositio illa *nelle Missioni desidero, che si badi al grosso, e non al sottile*, qua posita, de venialibus culpis nunquam esset loquendum. Num quid venialia peccata Deo non displicent? Num quid non minuunt fervorem caritatis? Numquid ad graviora patranda non disponunt? Nonne Orator enumeratis malis quæ gignit veniale peccatum, ex his argumentum deducit, quod a fortiori dicimus, ut illos ad poenitentiam provocet, qui laetalibus culpis sunt inquinati?

45 Dum autem *Alphonsus* zelo suo satisfaciebat satis cautus non erat, ne in alias Virtutes peccaret, propere nimis punitiones imperando. Ita profecto se gessit erga probum Religiosum virum, quem prorsus insontem e Coenobio, in quo morabatur, exulare jussit, falsam delationem sine prævio examine utro admittens, quod ille nimis frequenter ad quoddam Gynæceum adcederet, & otiosa cum Monialibus colloquia haberet (c). Ignorare haud poterat Dei Famulus agi de religioso, cujus = *era nota la buona qualità . . . anche avanzato in età* = nec poterat ignorare = *che per trattare con detta Religiosa vi era andato con licenza del detto Vescovo, per farsi pulire gli Arredi della Chiesa*: Nihilominus *al primo informo*, non ad inquisitionem veritatis, sed continuo devenit ad poenam. Est ne hæc ratio tenenda ab iis, qui præsunt, & coercendis, vindicandisque criminibus incumbunt? Nedum in hoc facto prudentiæ, debitæque circumspectionis notandus defectus est, verum etiam animadvertenda lesio

(a) *Proc. Apost. S. Agath. fol.* 1061.
(b) *Proc. Apost. S. Agath. fol.* 1768. *ter.*
(c) *Summar. Objectional. pag.* 6. *&* 7. *n.* 4.

lenio justitiæ vindicativæ. Hominis senio confecti gravissimisque curis distracti imbecillitati memoriæ donanda est oblivio concessæ facultatis, *mi disse, che si era dimenticato della detta licenza datagli* (a): At ei parcendum non videtur si crimine nequaquam probato, *al primo informo* probum Virum poena plectere non dubitavit; Quamobrem opus fuit *riparare la stima del Religioso* (b). Sane Dei Famulus eo accersito *con esimia umiltà, e sentimento di vero pentimento, gli chiese perdono* (c). Sed quod in commendationem venit humilitatis, non prodest ad justitiæ defectum delendum. Malum, quod fecerat reparatum voluit, sed hoc non efficit, ut quod male factum fuit, malum non sit.

46 Quid autem mirum, si aliqui in eum indignati fuerunt, querelasque quandoque excitarunt? Ut gregi sibi commisso consuleret, opportunum duxit = *dividere l'Ufficio di Vicario Foraneo in un luogo della Diocesi sua, e darlo a due, dove prima si esercitava da uno* =, Grave id fuit illi, qui munus illud actu exercebat, proindeque conquestus est, factamque divisionem in suimet dedecus converti existimavit: Re delata ad Episcopum,is = *con quanto aveva più di voce, pieno di zelo disse al medesimo che mi preme, che non ci vada del tuo onore? Mi preme l'onore di Gesù Cristo* (d). Boni equidem Pastoris est vigilantia, & sollicitudine spiritualibus sibi subditorum indigentiis prospicere, illaque seligere media, quæ ad finem magis profutura sint, quin eum impediant extrinsecæ quædam rationes temporales, & humanæ; atque idcirco recte Dei Famulus dixit *mi preme l'onore di Gesù Cristo*; veruntamen, quoniam, si cum aliquid innovandum est, ex innovatione tamen non nihil damni bonæ alicujus famæ accidere posse prævidetur maxime opportunum, imo necessarium quandoque est simul huic incommodo providere, quatenus fieri possit; hinc forte sibi defuit Alphonsus repellens Vicarii querelam *con quanto avevo più di voce* iis verbis = *che mi preme che non ci vada del tuo onore*? Nam huic etiam consulendum erat. Nec querelæ fuisset locus, si Dei Famulus blando sermone illi ostendisset necessitatem, vel magnam saltem utilitatem factæ divisionis, cui proinde Vicarius ille acquiescere debebat. Num id præstiterit, ignoramus.

47 Alia etiam in actis occurrunt *imprudentiæ* argumenta. In quadam Ecclesia solemne celebrabatur festum=*Un Diocono cominciò a cantare una Litania figurata: il Servo di Dio lo fece subito spezzare . . . . e seguitare al tuono Gregoriano* (e). Satius fuisset sinere, ut prout inceperat Diaconus Litanias modularetur usque ad finem, quam illi ruborem, & populo admirationem creare. Aceto pro vino ad Mensam dato, ipse non queritur; verum ejus Vicarius Generalis = *come ebbe assaggiato l' aceto subito alla presenza del Servo di Dio si alzò, e disse mille ingiurie alla Servitù, di che il Santo Prelato sorrideva* (f). Quo videtur probasse nimiam fortasse sui Vicarii iracundiam. Jubet Presbyterum dimitti, qui eum alloquuturus venerat; Presbyter propterea irascitur clamans elata voce = *Monsignore*

(a) *Summar. Objectional. ibid. pag. 7. §.4.*
(b) *Ibid. pag. 6. §. 2.*
(c) *Ibid. §. 1.*
(d) *Summar. pag. 374. §§. 299. & 300. Procet. Apost. S. Agathæ fol. 1853. ter.*
(e) *Proc. Inform. S. Agath. fol. 659.*
(f) *Proc. Informat. S. Agath. fol. 1483.*

re non ti ho rubato niente, perchè hai dato quest' ordine? a cui il Servo di Dio non diede segno di risentimento = verum = *si dimostrò confuso, e mortificato* = (*a*). Nec discretus in suos domesticos fuisse videtur, quandoquidem blande, & mansuete reprehensus a *Ven. Alphonso* ille, cujus erat alios e somno excutere quia ad horæ quadrantem cunctatus fuerat, se continere non potuit, quin ei exprobraret nimiam in suos Familiares duritiem = *V. S. Illma non ci dà tempo nè di mangiare, nè di bere, nè di dormire, nè di fare le altre nostre azioni: quì non c'è requie, nè riposo: e soggiunse ancora, che ritornar se ne voleva in Congregazione* (*b*).

48 Miris præterea laudibus eum Testes cumulant quia mansuetus, & pius, contumelias, aspera, & conviciosa verba patientissime tolerabat, & iis bene faciebat, qui ejus in faciem aliquando restiterant, pravumque animum in ipsum ostenderant = *Fù il Ven. Servo di Dio caricato di molte parole ingiuriose, unite a minaccie anche di calci colle seguenti parole: Voi siete un birbo, non fate la giustizia andate a governare i pinti (così chiamano nel Paese i Galli d' India) io vi piglio a calci* = quid ad hæc Dei famulus? = *Il Ven. Servo di Dio altro non rispose, che le seguenti parole: Via mò, via mò* = . Ita etiam se gessit cum Vicario Foraneo, qui cum accepisset alteri ab Episcopo commissum fuisse munus quod sui esse juris arbitrabatur = *pieno di sdegno si presentò a Monsignore, e lagnandosi della sua condotta, con inciviltà lo rimproverò dicendo, che spettava a lui la visura di tali conti, e non ad altri* (*c*). Hortatur Episcopus Sacerdotem, ut se ad audiendas Confessiones erudiat, eique tradit volumen Theologiæ Moralis: Sacerdos autem = *sdegnatosi buttò il libro, e con volto sdegnoso proferì una mala parola . . . . tù e la tua morale, e voltandogli le spalle se ne uscì* (*d*). Gravis equidem contumelia quæ coercitionem merebatur; nihilominus = *Monsignore punto non si alterò, anzi placidamente lo raccomandò a Dio*. Alter Sacerdos = *Credendosi offeso si presentò con alterigia al Servo di Dio facendogli una forte caricata chiamandolo inetto all'impiego, e soggiungendogli, che meglio averebbe fatto se si fosse stato ne Ciorani a piangere i peccati suoi, che esser Vescovo di S. Agata* = At Ven. Dei Servus nedum = *ricevè la correzione senza lagnarsi*, neque eum privavit = *della carica di Vicario Foraneo* = verum etiam = *a capo di qualche tempo lo proibidde di Canonicato &c.* (*e*).

49 Ne multus sim, alia prætereo quæ in idem collineant. Verum licet in his, & similibus eluceat mansuetudo, appareat benignitas, emineat humilitas; hujusmodi tamen agendi ratio non omnino videtur probanda in Episcopo, qui tenetur suæ dignitatis jura tueri. Hinc, si ipse suam despiciebat personam, laudandus est, despicere tamen non poterat suam dignitatem, sublimemque illum characterem, quo erat insignitus. Plura sunt commendanda in homine privato, quæ censuram merentur in eo, qui publica munera sustinet: quippe formidandum semper, ne homines nequam mansuetudine, benignitate, nimiaque indulgentia abutantur ad contemnenda, & solvenda jura

(*a*) *Proc. Informat. S. Agath. fol.* 1502.
(*b*) *Proc. Informat. S. Agath. fol.* 1891. *Proc. Apost. Nucerino fol.* 2112. *ter. Proc. Inform. Nucerino fol.* 1765. *ter. & alibi*.
(*c*) *Summ. Objectional. pag.* 7. *num.* 5. §. 1.
(*d*) *Ibid.* §. 2.
(*e*) *Ibid.* §. 3.

jura regiminis. Hinc nemo mirabitur cum legat quemdam a Dei famulo sæpe monitum, ut pravam consuetudinem, in qua versabatur, desereret, eo devenisse audaciæ = *che cominciò a tirar pietre dietro la carrozza* = : neque id satis, verum *smontato, e salito* (Servus Dei) *nella stanza secondo il solito si chiuse nel suo Gabinetto, ma quel temerario sforzò la porta con urtoni per entrare*. Merito malus homo in vincula conjectus fuit; at Dei Servus nullum non movit lapidem, ut quantocius liber evaderet (*a*). Eum commendo, quod illatam sibi remiserit injuriam, non autem quod neglexerit spretum suæ dignitatis, & vindicativæ justitiæ cursum impediverit. Sontes debitis pœnis plectendi sunt ad proprii criminis expiationem, & ad aliorum exemplum.

50 Quod autem tanta Servi Dei indulgentia in benefaciendo iis, qui eum oderant, debitum non servaret modum, ille agnovit, cui Ven. *Alphonsus* proprium spiritum dirigendum tradiderat. Is erat *P. Villani*, qui propterea eum redarguendum, & monendum duxit, ut aliam teneret methodum = *Se alcuno gli faceva qualche ingiuria, o torto, egli si sforzava di beneficarlo, ed a qualcheduno conferì anche qualche benefizio, della quale cosa il Servo di Dio fu avvertito dal suo Padre Direttore il P. D. Andrea Villano, acciò per l'avvenire si fosse altrimenti regolato, sul timore o di conferire un Beneficio ad un indegno, o di posporre un degno, e meritevole* (*b*).

51 Et revera vide quomodo se gereret erga Ecclesiasticos, qui deliquerant = *Quando qualche Prete era chiamato dalla Curia del Servo di Dio con il Mandato, o in S. Agata, o in Arienzo per qualche trasporto, che non era nè vitio, nè disonestà; il Servo di Dio compatendolo, per non interessarlo, dava soddisfazione alla Parte, lo teneva nel proprio Palazzo, e alla propria Tavola* (*c*). Hinc delata querela, quod Sacerdos quidam = *in atto di prima passione diede un colpo di Bastone all'Attuario di questa Curia Locale, gli fè male sulla testa . . . . gli fu dato il Mandato per palatium, ed il suo maggior castigo fu essere spesato, e tenuto a tavola dal Servo di Dio, senza soffrire per lo mandato alcun interesse* (*d*), Blandiri videtur vitiis, qui cum ratione officii debeat, condigna pœna criminosos non plectit. Timendum proinde, ne Servi Dei nimia indulgentia ad delinquendum, ut ita dicam, alliceret, proindeque crescerent ex Episcopi benignitate, & non laudabili misericordia peccandi licentia. Se, ut decebat bonum Pastorem, gessit Ven. Vir, qui Patrem reconciliare studuit ad Filium, a quo in æstu passionis ille fuerat baculo percussus: prudenter etiam egit dum simul prospexit imposterum, ne quid simile accideret. Quæro tamen, utrum prudentia duce Sacerdotem illum curæ animarum præfecerit. = *Mà per allontanare il detto D. Giuseppe da ogni occasione, lo mandò Economo nella Parrocchia di Luzzano* (*e*). Id mihi incertum est. Homo siquidem, qui se adeo abripi ab æstu iracundiæ sivit, ut manum continere nequiverit, etiamsi cum proprio genitore esset contentio, non videtur fuisse dignus parochialibus curis, nisi diuturnum, & non æquivocum refrænatæ passionis dedisset experimentum.

(*a*) *Proc. Informat. S. Agat. fol.* 1013. *Proc. Inf. Nuceriæ fol.* 1538.
(*b*) *Proc. Apost. S. Agath. fol.* 1202.
(*c*) *Summ. Object. pag.* 8. *num.* 5. §. 4.
(*d*) *Ibid.*
(*e*) *Ibid.* §. 5.

52 Hæc omnia, quæ huc usque animadverti, forte erant in causa, cur Ven. Vir non omnibus æque esset acceptus, ejusque regiminis ratio a nonnullis improbanda videretur. Id fatetur Testis XXI. Process. Inform. Nucerini *Mi aveva preso la confidenza di avvisarlo*, (per epistolam) *che alcuni non erano affatto, ed all' intutto contenti del suo governo* (a). Non is ego sum qui contendam culpæ Ven. Viri referendum, si = *alcuni non erano all'intutto contenti del suo governo*; immo dicam, necessario id secuti debuisse. Qui vigilat ad custodiam, & sollicitus est salutis animarum, quæ ejus regimini subjiciuntur, plurimos in se concitare debet inimicos. Nec dubitandum, id evenisse Ven. nostro Antistiti, qui amaritudine plenus super peccata populi sui indesinenter plorabat, & ut bonum triticum a zizaniis purgaret, plantaret, & evelleret, confirmaret bonos, & ad viam salutis revocaret iniquos, nulli parcebat labori, nullum omittebat studium, semper paratus dare animam suam pro ovibus suis. Si quid igitur in ejus actionibus minus prudenter gestum occurrit, aliquid ipsius Zelo indulgendum nonnulli existimabunt; quibuscum ego libentissime convenirem, nisi actio esset de *Virtute heroica*, quam facile obumbrat quidquid imperfectum est.

53 Alia etiam prætereo, quæ forte animadverti possent, veluti est impropria loquutio dum Regem dixit *Custode dei Sagri Canoni* (b). Aliaque minus accurata expressio = *Festa della Croce, e peccato mortale è la medesima cosa* = ut viam sibi sterneret ad demonstrandum *la Passione di Gesù Cristo, come effetto del peccato mortale* (c); item primus iræ motus erga illum, qui eum consulturus venerat = *essendo io stato seccante, ed imprudente, egli mi corresse rimproverandomi, dicendo: Io ho piacere, che mi vieni a trovare, ma mi crocifiggi, E S'INQUIETÒ ALQUANTO*; *ma dopo un altro poco mi mandò a chiamare, e mi disse: ti cerco perdono* (d); præterea comparatio sui cum altero, qui ad Episcopatum sublimari satagebat. = *Un Personaggio a se vicino, che pretendeva un Vescovato, e continuamente lo faceva di furgli lettere commendatizie in Roma per tale effetto, di modo che un giorno mi arrivò a dire: Oh Dio io non ho saputo più, che fare per non essere Vescovo, ed egli non sà più, che inventare per esservi, però morirà con le sue pretensioni in testa, ma Vescovo non ci sarà, perchè la sua tiepidezza, ed avarizia non lo chiama a tale dignità* (e) quæ sanè comparatio forte nequit cum humilitate componi; prout obstat charitati quod subdit de illius tepore, & avaritia: illud tandem humani, quod in se expertus fuisse videtur, dum primum ad Ecclesiam sibi creditam pervenit. Etenim cum ibi apparuit corpore infirmus, macie confectus, tussi laborans, per jocum Cathedralis Decanus dixit: *pensiamo ad apparecchiarli al ricevimento di un altro Vescovo* =; quod ut accepit *Alphonsus*, continuo respondit = *che badi a se, che badi a se il Sig. Decano, io ho da fare il Capitolo nuovo* (f).

54 Nequeo tamen præterire quod minus facilis fuit in conferendo quodam Sacerdotio, de quo meritò dubitabat, utrum revera sui esset juris pro-

(a) *Proc. Informat. Nucerino fol.* 1464.
(b) *Proc. Apost. Nuc. fol.* 2882.
(c) *Proc. Apost. S. Agatha fol.* 463. 1346. 2 *& alibi*.
(d) *Proc. Ord. Nuc. fol.* 1476.
(e) *Proc. Apost. Nuc. fol.* 3065. *ter. & Proc. Inform. Nuc. fol.* 764. *ter.*
(f) *Proc. Apost. S. Agath. fol.* 2087. *ter.*

provisio, an potius Apostolicæ Sedis: Quod adeo verum est, ut anticipiti cum esset animo, morem nihilominus gessit illud petenti, sed sub conditione, ne is ad actum possessionis deveniret, nisi certo constaret ad Episcopum Sacerdotii collationem pertinere, facta obligatione per provisum, reportandi Litteras, quatenus illud Apostolicæ Sedi esset reservatum. Ita reapse erat, sed provisus ab Episcopo, qui in possessionem iverat, noluit stare promissis, unde acris acta lis fuit Neapoli (*a*). Sane, re delata ad Episcopum, factaque ei facultate immittendi in possessionem quem mallet; dandam hanc ipse decrevit proviso apostolico, quo facto ostendit suam erga S. Sedem reverentiam, & justitiæ amorem. Verumtamen aliquam saltem imprudentiæ notam non fugit, si in dubio ad collationem devenit, & se a petentis calliditate decipi sivit. Dices novum non esse, ut in re dubia duo simul conferant, ne ex dilatione propriis juribus detrimentum veniat. At in casu, de quo est quæstio, num id locum habere possit, ignoro. Unum scio, ex collatione perperam facta non levem sibi anxietatem creasse Episcopum, & inter provisos acrem litem exarsisse. Scio etiam præsentem concertationem versari circa virtutem non communem, sed *heroicam*, proindeque actiones, quæ omnino purgatæ non sint, promereri censuram.

55 Finem libenter facerem, sed adhuc aliqua de hac Epocha supersunt declaranda. Dum lego = *voleva, che i cresimandi si fossero confessati, e ricevuta avessero la sagra Comunione* (*b*); vereor ne Dei Servus putaverit, illos tantummodo ad confirmationem esse admittendos, qui sunt Eucharisticæ communionis capaces, & sacram communionem esse in confirmandis necessariam. Nam *Pontificale Romanum* solummodo jubet in adultis aut Confessionem, aut de mortalibus contritionem = *Adulti deberent prius peccata confiteri, & postea Confirmari, vel saltem de mortalibus, si in ea inciderint, conterantur* (*c*). Lego etiam Dei Famulum Castitatis cultorem eximium improbasse morem, qui vigebat in Monasterio SSmæ Annunciationis Argentii, ubi dum aliqua sacra Virgo ad professionem admittebatur = *nel fare i Voti solenni, era solita porre le mani sue nelle mani del Vescovo*. Etenim nedum hujusmodi morem sequi ipse noluit, dum prima vice ad hanc peragendam functionem accessit, verum etiam = *avendo poi capito la ceremonia, che doveva farsi, tutto si arrossì, e gridò: Voi siete andati in pazzia; tu tieni le mani tue, ed io le mie. A questi gridi le Monache gridarono, che così era stato il costume per lo passato. Il Servo di Dio con umiltà rispose, che questo era stato un abuso, e che non si poteva in verun conto sostenere* (*d*). Ita ne vero *questo era un abuso, non si poteva sostenere?* Abusus vocari nullo modo potest *Ritus ex Pontificalis Romani præscripto probatus*. Dum ibi res est *de Virginum consecratione* Pontifex *illas hortatur, ad amplectendum, & servandum S. Virginitatis propositum; & mox interrogat eas palam, & communiter dicens: vultis in sancto Virginitatis proposito perseverare? & singulæ respondent: Volumus. Tunc unaquæque singil-*

(*a*) *Summ. objection. pag. 8. & seq. num. 6.*
(*b*) *Proc. Apost. S. Agath. fol. 901.*
(*c*) *Pontificale Romanum de Confirmandis Tit. I. §. 5.*
(*d*) *Summ. pag. 564. §. 91. & Proc. Inform. S. Agath. fol. 436.*

latim genuflectit coram eo ; ET IMMISSIS MANIBUS JUNCTIS INTER AMBAS MANUS PONTIFICIS, Pontifex interrogat quamlibet dicens &c. (a).

56 Non inficior, posse Episcopum dispensare præcepto de abstinendo ab operibus Servilibus diebus festis, dummodo justa causa intercedat, videlicet si necessitas urgeat, vel id exigat pietas, quæ si bene sentio ad quamlibet necessitatem commode referri debet (b). Quæro tamen : erat ne hujusmodi necessitas pro ædificanda Ecclesia in quadam suæ Diœcesis Terrula, ut excitandus esset Populus ad servilia opera etiam festivis diebus ? = *Animava ancora il Servo di Dio quella Popolazione a trasportare i materiali per carità, anche nei giorni festivi* (c). Exclusa enim necessitate, & quidem urgente, id nefas erat. Postulatores igitur eam intercessisse demonstrent. Non multum difficile id ipsis fortasse erit. Num vero æque possint demonstrare licuisse Dei Famulo sedere aliquantulum dum sacrificabat, & sacrum Sanguinem sumere, quum secus nequiret, oh e argenteæ fistulæ, id est, de quo vehementer dubito.

57 Etenim homini senio confecto, & ægritudinibus obnoxio illud accedebat incommodi, ut obstipo collo caput deferret inclinatum ad pectus, nec illud posset vel tantillum erigere : nequibat idcirco ad aram accedere, & sacrum facere. Id ejus religioni erat gravissimum : sed dum desiderio æstuabat sacrificandi, & querebatur de sua impotentia, in hominem incidit ex Augustiniani Ordinis Familia, qui ejus levavit tristitiam, ipsi consulens, ut sacrificium offerret, sed sacrum sumpturus Christi sanguinem, sessum iret, & altero Sacerdote auxiliante Calici os admoveret, ac sine effusionis periculo, sacrificium consummaret. Avide consilium accepit Alphonsus, & inceptam reassumpsit Missæ celebrationem, nam = *Si faceva modestamente sedere sdrajato sopra una sedia per fargli sumere le sacre specie* (d). Arbitror tamen non id satis fuisse ad cujuslibet periculi remotionem; nam video adhibitam, nescio cujus consilio, argenteam fistulam = *dopo di essersi consigliato con Persone dotte, ed illuminate risolvette di celebrare la santa Messa, con assumere il sacro Sangue PER MEZZO D'UN CANNELLETTO di Argento da dentro indorato, COME FECE, E PRATTICO' PER MOLTO TEMPO* (e). Os igitur Dei Servus non applicabat calici, quia nullo pacto quibat ita erigere, & componere caput, ut necessarium erat ad sumendum, & abstergendum, sed in calicem immissa Fistula sacrum sugebat Sanguinem eo ferme modo, qui uni convenit Romano Pontifici, dum solemniter Sacrificium offert. Quæram igitur, quo jure, quo privilegio se tueri *Alphonsus arbitrabatur* ? Nullo prorsus. Testes factum exponunt ; de indulto, nemo est qui loquatur, imo videtur

(a) *Pontificale Romanum lib. I. Cap. 19. de Benedict. & Com. Virg. §. 5. ibique Catalanus* qui licet fateatur rem hanc videri primo aspectu plenam periculi ; nihilominus omni periculo vacat, quia *Episcopus inter manus suas chirotheeis indutas ambas Virginis manus paulisper tenet*, concludique, *non est quod ritus noster improbari possit sui nequaquam expers Misterii*.

(b) Vide *Natal. Alexandr. Theolog. Dogm. Moral. de præcept. Decal. Cap. V. artic. 6. Regula 1. & 2.*

(c) *Proc. Informat. Nuc. fol. 706. ter.*

(d) *Summ. pag. 236. §. 3. pag. 248. §. 9. Proces. Apost. Nuceria. fol. 2903. ter Process. Info. Nuc. fol. 711. t. 760. 981. t. Process. info. S. Agatha fol. 416. 533. t. & sæpe alibi.*

Testis XIV. ejusd. Proc. fol. 1130. Io che stava sempre d'appresso il Servo di Dio, posso deporre con accerto le agitazioni, che pativa di scrupoli. Più volte mi svegliava la notte, o perchè l'avessi chiamato il P. D. Andrea Villani suo Direttore, per quietarlo, o per essere accertato da me talvolta *se aveva recitato il Rosario, se aveva soddisfatto nel giorno ad alcuni Voti, che l'erano stati commutati*. Una notte fra le altre, dopo avermi più volte chiamato, per essere da me assicurato, se sodisfatto aveva all'obbligo di recitare il Rosario, nel quale per la sua cadente età *gli erano stati commutati alcuni suoi Voti*, mi disse, se voi m'ingannate lo scrupolo è vostro. §. 26.

Et fol. 1227. Depongo un fatto, dal quale con tutta certezza rilevasi essere stato tentato il Servo di Dio dal Demonio contro la santa purità con illusioni, ed apparizioni diaboliche. In no giorno in tempo di riposo, stando chiusa la Porteria di questa Casa, e chiusa la sua stanza, ed io nel letto nella stanza vicina alla sua, pure a riposare, mi chiamò tutto intimorito il Servo di Dio, e spaventato, ed essendo io accorso, fra lo stesso timore, e spavento, mi disse: *Serra quella Porta*, ed io avendogli detto, che stava serrata, il medesimo mi soggiunse: *Qui ci è stata una Figliuola*, ed avendogli io detto: *Monsignore non è vero; per dove poteva entrare, quando che sono chiuse tutte le Porte, anche la Porteria, che lo fa Leonardo Cecchetti*. Ma il Servo di Dio replicò assicurandomi di essere entrata una Figliuola nella sua stanza dicendomi: *Si signore ci è stata: dimmelo, che io non dico niente a nessuno*. Ed avendolo io assicurato, che la chiave della Porteria, per cui poteva entrare detta Figliuola, la teneva Fratello Leo- §. 27.

nar-

nardo, lui per assicurarsene, mi replicò: *và me lo chiama*. Ed avendolo io chiamato, e prevenutolo dell'accaduto, si portò detto Fratello Leonardo dal Servo di Dio, il quale disse al detto Fratello di essere entrata nella sua stanza la pretesa Figliuola, ma il detto Fratello lo capacitò dicendo, che esso teneva le chiavi della Porteria, onde non era possibile, che fosse entrata Persona veruna. Ma egli però a dette tentazioni resistè sempre, e fortemente.

§. 28. *Testis XV. Process. fol.* 1283. Mi ricordo ancora, che un giorno specialmente *stando al sommo angustiato da scrupoli, e da tentazioni*, sino a fare compassione a chiunque; con buono fine di quietarlo, mi avanzai a ditli: *Monsignore finitela, quietatevi la dovevessivo finire una volta, perchè voi morirete pazzo, che si dirà nel mondo? che Monsignor de Liguori è morto pazzo? Va buona questa cosa?* Il Servo di Dio con somma mansuetudine mi disse: *Fratello, e se Dio vuole, che io muoja pazzo, e tu che dici?* Ne più parlò.

§. 29. *Testis XXIX. ejusd. Proc. fol.* 1758. Una volta stando egli *nell'alto de' suoi scrupoli, angustie, desolazioni di spirito*, che per più giorni l'avevano angustiato in modo, che egli *quasi pazzo freneticava*, che dava compassione, a chiunque lo sentiva gridare: *oh Dio mio ajutatemi*; il Fratello che l'assisteva, vedendolo così agitato, coll'intenzione di quietarlo, li disse con voce alta: *Monsignore finitela, finitela, quietatevi, la dovevessivo una volta finire, perchè voi morirete pazzo; che si dirà nel mondo, che Monsignor de Liguori, è morto pazzo? va buona questa cosa?* ma il Servo di Dio mansueto, e sereno le rispose: *Fratello, e se Dio vuole, che io muoja pazzo, tu che dici?* e si quietò, senza altro dire.

NUCERINA PAGANORUM

Beatificationis, & Canonizationis

VEN. SERVI DEI

ALPHONSI MARIÆ DE LIGORIO

Fundatoris Congregationis SSmi Redemptoris, ac olim Episcopi S. Agathæ Gothorum.

RESPONSIO AD ANIMADVERSIONES

R. P. FIDEI PROMOTORIS

SUPER DUBIO

An constet de Virtutibus Theologalibus Fide, Spe, & Charitate erga Deum, & Proximum, nec non de Cardinalibus, Prudentia, Justitia, Fortitudine, & Temperantia, earumque adnexis in gradu heroico in casu, & ad effectum de quo agitur?

BEATISSIME PATER

1 Quod erat optandum maxime, quodque ad Italici nominis gloriam, ad ævi nostri splendorem, ad Ecclesiastici Ordinis decus, & ornamentum, ad Christianæ Reipublicæ utilitatem maxime pertinebat, ut præclarissima Causa V. S. D. ALPHONSI MARIÆ DE LIGORIO, absolutis jam præliminaribus quæstionibus, ad SANCTITATIS TUÆ solium, & ad amplissimum hunc Senatum afferretur; id profecto hodierna die felici faustoque omine factum fuisse lætamur. Nobis vero jure gaudemus, ac vigilantissimo Postulatori maxime gratulamur, quod tantus sit hujusce Causæ splendor, ut religiosissimus ipse Censor lynceis oculis rimatis actis ita orationem suam exordiatur §. 1. = *Libenter fateor mihi in expendendis actis plura occurrisse, quæ* VERE SUBLIMIA SUNT, ET AD EVAN-

CELICÆ PERFECTIONIS FORMAM VIDENTUR EXACTA. Habent profecto in Alphonsi vita, molliore hoc nostro in seculo rara, habent, inquam, *seculares* Proceres, habent *Presbyteri*, habent *Cœnobitæ*, habent denique *Episcopi* egregiam, absolutamque perfectionis formam, ad quam se fingere, & componere possint. In *omni* enim *vitæ genere* ita mores composuisse constat, ut tamquam lucerna ardens lucis suæ radios ubique diffuderit. Id vero cum *Summarium*, ac prævia nostra *Informatio* abunde testentur, operæ pretium est, ut Animadversionum vestigiis inhærentes vindicias aggrediamur. Sit itaque.

DE PROBATIONIBUS

2 De probationum pondere disserentibus doctus S. Fidei Promotor calamum ultro præripuit. Si enim probationum ubertatem & copiam exponere velimus, ipse candide scribit quod = *si quæ Causa est, quæ documentis, publicisque attestationibus abundet, ea profecto est, de qua modo agimus* (a) qua de re = *Defensoribus magis adlaborandum fuit, ut in adornando Summario compendio uterentur, quam ut necessaria ad judicandum colligerent* (b). Si conditiones recensere contenderemus ad conjungendas Ordinarias Inquisitiones in linea æqualis probationis cum Apostolicis, ipse nos hocce labore levat, concluditque (c) *Facilis concedam æque Testes Apostolicos, & Ordinarios nullo facto discrimine admitti posse in linea æqualis probationis*. Si Testium tandem qualitatem, gravitatem, fidem ostendere velimus, sancte ipse testatur *fere omnes esse oculatos*, testatur *esse moribus integros, & nonnullos etiam dignitatibus eminere, atque doctrina &c.* testatur *multos ex illis, qui sub ejus disciplina vixere diuturnam cum ipso consuetudinem habuisse, sanctaque Ejus conversatione satis longo annorum spatio fuisse usos*; testatur denique, quod si *cum idonea scientiæ causa, quam singuli proferunt, rerum copia copuletur*, NIL AMPLIUS DESIDERANDUM SUPERSIT AD REM, DE QUA DISPUTATUR TRANSIGENDAM (d). Post tam grave ipsius ingenui Censoris testimonium ne hiscere quidem nobis licet.

3 Ne vero religiosissimus ille Vir muneri suo omnino deesset, verbula quædam ex actorum congerie diligenter decerpsit §. 4. quibus in unum collectis exagerationis notam gravissimis Testibus nostris impingit. Quid amabo mirum si unus ille vel alter ex tot Testibus ad significandum, ac suadendum sanctum aliquod Alphonsi facinus cæteris fuerit eloquentior? vel sermoni suo comparationis pondus adjecerit? Ipsa virtutum magnitudo, ipsa enarranda sanctissimæ vitæ raritas, natura sua verborum parit ubertatem; ut bene Tullius Fin. 3. 5. = *Cum de rebus grandioribus dicas, ipsæ res verba pariunt. Ita fit cum grovior tum etiam splendidior oratio* = Et de Orator. 2. 34., & lib. 3. 31. = *Rerum copia verborum copiam gignit: & si est honestas in rebus ipsis, de quibus dicitur, existit ex rei natura quidam splendor in verbis*.

Sed

(a) *Animad.* §. 2. *init.*
(b) *Animad.* §. 3. *in fin.*
(c) *Animad.* §. 2. *per tot.*, & §. 3. *init.*
(d) *Animad.* §. 3. *per tot.*

4 Sed quænam sunt hujusmodi exagerationes ? *Che le penitenze di D. Alfonso Liguori erano tali, che oscurar dovevano quelle di San Pietro d'Alcantara* (animad. cit. §. 4.) Primum dico hujusmodi locutionem non esse propriam Testis I. *Process. Ap. S. Agathæ*, a quo decerpta est *Sum. pag.*88. §. 95. *exadv. cit.*; sed alterius Viri ab ipso Teste relatam = ibi = *Monsignor Coppola attualmente Vescovo di Cassano, che da giovane spiavalo* (V. Alphonsum) *in Napoli, disse a più d' uno, che le penitenze &c.* Arcetur ergo a nostro Teste quævis exagerationis suspicio. Etiamsi vero non Cassanensis Antistes, sed Testis hac loquendi formula fuisset usus, quis non videt eo duntaxat verba illa spectare, ut probetur Alphonsum pœnitentiæ studio eminenter excelluisse ? Non exagerate, sed vere id dictum probat *Summarium* (*a*) probat nostra Informatio (*b*) probat demum quoad postremos annos Expositio Virtutum (*c*). Non est profecto hujus loci, temporisque, ut rigidissimas Alphonsi pœnitentias cum aliis S. Petri de Alcantara comparemus; Illud tamen certum est Alphonsi pœnitentiæ studium vel egregium ipsum Animadversorem eo usque fuisse demiratum, ut veritus sit §. 28. *ne Dei Servus in sese cruciando quandoque per excessum peccaverit*. Quis est autem qui nesciat, quod quamvis unusquisque Sanctus in peculiari quadam exercitatione virtutis a ceteris differat, *sicut stella differt a stella in sua claritate*; plures tamen sunt Sancti, qui eodem vel pœnitentiæ studio, vel alio excellentiori virtutis exemplo celebrantur ? Et tamen de singulis ab Ecclesia usurpatum legimus illud Eccl. 44. = NON EST INVENTUS SIMILIS ILLI QUI CONSERVARET LEGEM EXCELSI.

5 Pari quoque ratione intelligenda est altera propositio (*Animad. cit.* §. 4.) *Ardisco dire, che parlandosi della Vergine FORSE il Servo di Dio ha superato S. Bernardo nella dolcezza dei termini, e nell' affluenza* = Nescio quam exagerationem hæc verba præseferant. Modeste admodum hoc suum judicium protulit idem *Testis I. Apostolicus S. Agathæ Sum. p.* 297. §. 94. cum non absolute, sed *dubitanter* asseruit Ven. Alphonsum in exponendis Mariæ laudibus dicendi dulcedine, & ubertate Bernardum antecelluisse = *Parlandosi della Vergine FORSE il Servo di Dio ha superato &c.* Sed finge illum locutionem suam adverbio *forse* haud fuisse modificatum, quid ejus fidei detraxisset ? ac si Deus V. Alphonsi de Deiparæ disserentis eloquia reddere non potuisset super mel, & favum dulciora ? Reddidit profecto, ac ita reddidit, ut ad eum audiendum de Mariæ laudibus concionantem turmatim Populi concurrerent, ipsaque duriora peccatorum corda ad pœnitentiam contererentur (*d*). Imo vero pluries ipsa Beata Virgo amantissimum famulum inter dicendum mira ecstasi, miroque splendore a se in eum immisso coram universo Populo miraculum inclamante decoravit (*e*). Ad significandam ergo hanc

(*a*) *Sum. pag.* 623. *num.*29. *de Cornis afflictatione per tot.*

(*b*) *Informat. a pag.* 145. *ad* 151.

(*c*) *In exposit. Virtut. pag.* 126. *ad* 133.

(*d*) *Snm. p.*287. §. 22. *p.*291. §.55. *p.*292. §.60., *& seq. p.*295. §.83. *ad* 85. *p.*296. §.86 *p.*298. §.109. *p.*299. §.110. *per tot. Sum. n.*2. *de devot. erga B. V.*, *& in Informat. p.* 63. §. 232.

(*e*) *Sum. pag.*288. §.30. *& seq. p.*289. §.34. *& seqq. p.*291. §.54. *& seqq. p.*294. §.76., *& seqq. p.*299. *a* §.111. *ad* 117., *& per tot. cit. Summ. nu.*11., *& in nostra Informat. p.* 63. §.233. *ad* 235.

ipsam dulcedinem, divinamque Viri eloquentiam objectis verbis usus est Testis = *Quando parlava, o predicava della Madonna ne parlava con tal dolcezza, ed erano cosi teneri, e cosi affluenti i suoi affetti, che non esitando asserisco potersi meritare il Servo di Dio l' epiteto di mellifluo come S. Bernardo, ed ardisco dire* (inde prosequitur, ut supra) *Questo mio sentimento è COMUNE cosi ai nostri, che AGLI ESTERI.* (Sum. pag. 297. §. 94. *exad. cit.*)

6 Omnis item exagerationis expers est alia assertio (Animad. cit. §. 4.) *Non sò cosa debba più farsi da Monsignore per farsi Santo, ne sò se ci sia stato nella Chiesa chi sia vissuto tanto applicato si coll' interno, che coll' esterno nell' esercizio eroico di tutte le virtù.* Ita porro loquitur alter ex V. Alphonsi Confessariis scilicet Testis XI. Proc. Apost. Nucerini *Sum, pag.* 625. §. 22. *exadv. cit.* En integer orationis contextus = *Con invittissima moderazione, e pazienza tollerò tutte le sue infermità, e malatie, e la* CURVATURA DEL COLLO SIN SUL PETTO CHE LE FACEVA DELLE PIAGHE SINO ALLA FINE DE SUOI GIORNI SENZA MAI LAMENTARSENE, *come se ne vivesse scordato, sicche sempre io ho detto; che sono stato, specialmente dopo del Vescovado speculatore di tutta la sua vita, non sò cosa debba più farsi da Monsignore per farsi santo.* Et recte quidem nec ullo unquam pacto exagerat. Si enim Sanctitas dicitur per quam *mens hominis seipsam, & suos actus applicat Deo*, ut docet Angelicus 2. 2. *q.* 82. *art.* 8. *in corp.*, & V. Antistitis Ligorii mens semper in Deo erat, & singulos actus suos applicabat Deo, cum probatum legitur quoad postremam Epocham, de qua potissimum loquitur Testis in *Exposit. Virtut. pag.* 50. §. 75., *& seq.*; Imo vero ita mentem suam Deo applicabat, ut ejus voluntati heroice conformatus multiplicem morborum congeriem, ipsamque colli curvationem *per decem, & septem annos* usque ad obitum patientissime tolleraverit, eaque de re nostri ævi JOB vulgo prædicaretur, ut in *cit. Exposit. Virtut. pag.* 27. §. 43., *& pag.* 121. §. 241. *ad* 245. recte, inquam, nec exagerate Testis inquit = *Non sò cosa debba più farsi da Monsignore per farsi santo.*

7 Ex hactenus dictis apprime patet veram esse, non autem exageratam alteram quoque ejusdem Testis orationis partem, *Nè sò se ci sia stato nella Chiesa chi sia vissuto tanto applicato si coll' interno, che coll' esterno nell' esercizio eroico di tutte le virtù* = Splendidissimæ hujusce Causæ acta propositionis veritatem patefaciunt. Exhibent profecto inter cetera arduum illud, & forte in Ecclesia *novum* Votum a nostro Heroe emissum ne ullum quidem temporis momentum otiose terendi, ab eo tota vita religiose, & ad miraculum usque servatum, ut inferius probabimus, & quoad postremam epocham probatum legitur *in exposit. Virtut. pag.* 88. §. 161., *& seq.* = Patet ergo, non quod *V. Alphonsus omnes superemineat Sanctos*, quemadmodum animadversiones verentur, sed quod raro hocce voto, & quoad sciam, in Ecclesia *novo* numquam indulgendi *otio*, quo semper vixit *tanto applicato si coll' interno, che coll' esterno*, ipse inter alios peculiari laude sit dignus. Vitaverint enim otium alii Sancti, sed Alphonsus vitavit *voto*, quod majorem præsefert perfectionem ex S. Thoma *opusc.* 18. *de perfect. cap.* 10., *& 12.*, proindeque majorem præceteris promeretur laudem. Nam ut idem scribit S. Doctor 1. 2. *q.* 66. *art.* 2. *ad* 2. = *Unus Sanctus laudatur PRÆCIPUE*

de

de una virtute, & alius de alia propter excellentiorem promptitudinem ad actum unius virtutis, quam ad actum alterius.

8 Si tanta est hujusce Antistitis virtutum heroicitas, ut quæ commemoravimus Testium dicta egregio Censori immerito prima fronte exagerata visa sint, quid mirum, si is quasdam alias eorum locutiones veluti hyperbolicas succensere conetur? (Animad. §.5.) Sint autem hyperbolicæ alicujus Testis elocutiones: quid inde? Nonne fas est absque ulla suspectæ fidei censura hosce loquendi modos usurpari? Omnes profecto norunt hujusmodi verba non esse intelligenda prout sonant, sed significare quod quis per ea exprimere intendit; ut bene advertit S. Augustinus in Joan. *tract.* 124. §. 7. ibi = *Quando id quod apertum est augetur, non a tramite significandæ veritatis erratur, quoniam sic verba rem, quæ indicatur excedunt, ut voluntas loquentis, nec fallentis appareat, qui novit quousque credatur a quo, ultra, quam credendum est, augetur loquendo aliquid.* Et S. Thomas *in cap.* 21. *Joan. lect.* 6., Maximilianus Sandeus de *Hyperbol. lib.* 1. *per tot.*, & Raynaud. *oper. Tom.*14. *p.* 96. ibi = *Non est intentio loquentis, ut credatur quod dicit, sed quod significare intendit, nempe excessus magnus rei alioquin apertæ.*

9 Dixerit ergo Testis I. Processus Apostolici S. Agathæ (Animad. §.5.) quod = *trentasei anni consumò prima di esser Vescovo vomitando sangue per le anime*, nemo est tam hardus, sensibusque hebes, qui non percipiat haud Testem dixisse Dei Famulum revera sanguinem evomuisse, sed quemadmodum per ingentes conatus evomitur sanguis, sic figurata locutione significare intendisse conatus, & labores, quos Alphonsus ad lucrandas animas ante Episcopatum per annos triginta sex exantlavit, fuisse maximos, ingentes, & ad evomendum sanguinem aptissimos; quemadmodum *Ecclesiasticus* c. 4. 33 ad significandos conatus, studiumque adhibendum ad animæ salutem assequendam scribit = *Agonizare pro anima tua, & usque ad mortem certa pro Justitia*, quæ quidem verba non ita intelligenda sunt, ut quisque pro animæ salute poni in agone debeat, sed conatus omnes adhibendos esse, instar ejus, qui in agone positus ingentes conatus patitur usque ad spiritus exalationem. Et re quidem vera V. Alphonsum ad animas Christo lucri faciendas valetudinem suam fere semper infirmam posthabuisse, cibi, quietis, potusque prorsus fuisse oblitum, ac Apostoli exemplo haud animam suam pretiosiorem fecisse quam se, dummodo cursum consumaret, stricto calamo exponitur in nostra *Informat. pag.* 90. *a* §. 311. *ad* 320.

10 Dixerit item Testis XXXVII. Proc. Nuceriui (*Sum. pag.* 84. §. 72. *exadv. cit.*) quod V. S. D. sermones *parevano tante saette infocate*; quisque intelligit comparatione ignitæ sagittæ quæ ad ima usque penetrat, eum fuisse usum, ut ostenderet *sermonis gratiam*, & compungendi donum, quo a Deo ditatus erat Alphonsus, de quo in nostra *Informat. pag.* 68. §. 247., & *pag.* 92. *a* §. 318. *ad* 324. Quamobrem *erat verbum ejus velut ignis ardens pepetrans intima Cordis*, uti loquitur absque ulla hyperbolis nota *S. Bonaventura* de S. Francisco in *ejus vita cap.* 12. §. *aderat*. Hinc de Alphonsi prædicatione adagium erat, quod *la parola di Dio in bocca al P. Liguori acquista altra forza: le sue parole non son parole, ma dardi, che passano il cuore* (*Sum. p.* 432. §. 370.) juxta illud Cant. 8. 6. = *Lampades ejus, lampades ignis, atque flammarum*; & Apostolus *ad Hæb.* 4. 12. scribit quod

vivus

vivus est sermo Dei, & efficax, & PENETRABILIOR OMNI GLADIO ANCIPITI, & pertingens usque ad divisionem animæ & spiritus,

11 Dixerit tandem fidus V. Alphonsi Famulus Testis V. Proc. Apost. Nucerini (*Sum. pag.* 311. §. 16. *exadv. cit.*) *Mi ricordo benissimo perchè detto moltevolte dal Servo di Dio, che Egli soffriva un calore tale nella sua testa, che anche sarebbe capace squagliare una Montagna di neve*. Nonne apposite hoc dictum intelligitur ad excessivum explicandum ardorem, quo capite cruciabatur? Hujusce rei unus ille testis esse potest veracissimus Alphonsus, qui hocce tormentum patiebatur = *rivolgendosi sempre al Crocifisso con dire queste, o simili parole = Signore, s' è vostra volontà che io muoja, io son pronto* = ut idem Testis addit. Etiamsi vero id famulo suo haud fassus fuisset, quisque sibi facile suasisset, qui tantisper recogitasset tam acerbum fuisse obstipi colli tormentum per decem & septem annos a V. Alphonso ex prægressa arthritide contortis vertebris tolleratum, ut *cominciò a marcirsi il mento attaccato alla clavicola e da Periti se li dovè fare l' operazione*, qua quidem *se ne cavò qualche osso* (Sum. Inf. pag. 441. §. 443.) Tantum vero abfuit, ut idem ulcus abstergi unquam potuerit, ut potius continua menti pressione illud perenne, perpetuumque evaserit, adeoque profundum ulcus sub mentum post ejus obitum fuerit inventum, ut *in Esposit Virtut. pag.* 122. §. 242. Quin ergo memoratas comparationes vel Nationis genio, vel affectioni erga Causam referamus, Alphonsi potius virtutum heroicitatem vix verbis assequendam suspiciamus.

12 Ecquis profecto gravissimos Testes nostros, quorum dictis Summarium coalescit, ipsa Animadversione fatente, *moribus integros, & nonnullos etiam dignitatibus, atque doctrina* emitentes ab *exuberanti* quadam *affectione* in deponendo abreptos suspicabitur? Unum illud *jurisjurandi* vinculum, quo sese, suamque fidem obstrinxerunt, etiamsi cetera deessent, omnem ab eis nimiæ affectionis suspicionem arceret; ex *notissimis juribus*, & Bened. XIV. *lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 13. Omnium autem infirmissimum affectionis argumentum illud est (Animad. §. 5. in fin.) quod *si eos audias*, V. S. D. *fere ab infantia, & longe antequam Ecclesiasticæ Militiæ adscriberetur multum jam in Virtutum palestra profecerat*. Ergone quo affectionis notam effugerent taciti præterire debuissent quæ in pueritia, & adolescentia sancte gessisse Alphonsum ab ejus coævis didicerant? Ligorius enim ex illis est, quos teste Benedicto XIV. lib. 3. cap. 39. n. 2. *Ecclesia laudibus extollit quod morum innocentia, & gravitate a teneris annis futuræ Sanctitatis indicium præbuerunt*; ceu videre est *in Sum. num.* 7. *de Pueritia, & adolescentia a V. S. D. pie, sancteque traducta* necnon *in vitæ commentariolo*.

13 At inquis §. 6. Testes *de iis agentes* (scilicet *de prima ætate, de statu seculari, de vocatione ad statum Ecclesiasticum, de Fundatione Congregationis SS. Redemptoris, de multiplicibus contradictionibus quas offendit &c.*) quum *nequeant esse de visu, si excipias* P. Joannem Mazzini Testem II. *Proc. Informat. Nucerini, qui iniit cum Famulo Dei familiaritatem paulo post quam is clericalem habitum induerat, facile consequitur eosdem sine ullo vel examine, vel delectu, vel discrimine, pronis auribus excepisse, ultroque admis-*

sis-

sisse quidquid de eo loqui audiebant. Ita ne? Sed acta ipsa contra clamant. Quamquam enim necessum non sit directis probationibus ea inniti, quæ ad primas ætates attinent, teste Benedicto XIV. *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 6. in hac tamen Causa numeris omnibus absoluta duo sunt Testes *de visu*, scilicet *P. Joannes Mazzini*, ac Testis XXVI *ejusdem Processus* amplissimus Vir Jo. Baptista Coppola Episcopus Cassanensis, qui Neapoli Alphonsi adhuc Presbyteri secularis Consodalis fuerat in Congregatione nuncupata de *Propaganda Fide* in Archiepiscopatu Neapolitano, ut in *Catalogo Test. Sum. pag.* 42. = Ceteri vero Testes *non ultro admiserunt quæ de eo loqui audiebant*, ceu perperam Animadversiones effingunt, sed singula, quæ ad præfatam Epocam pertinent, deponunt *de auditu immediato a videntibus*. Eorum scientiæ causa in Summario prostat, & veritatem ultro patefacit.

14 Si enim ea, quæ de *V. S. D. pueritia*, & *adolescentia* nostri Testes enarrant tantisper expendamus *Sum. num.* 7. = ea accepisse legimus aut *a P. Mazzini*, aut *dal fù D. Antonio Villani Nobile di S. Severino, che fù compagno del nostro Servo di Dio nella Congregazione de Nobili Giovani eretta nella Casa de PP. Gerolimini*, aut *dal fù Monsignor Ferrante Vescovo di Andria, che li fu compagno per alcun tempo nella Congregazione de Cinesi*, aut *dal Marchese Petruri defonto da moltissimi anni Cavoliere di molta bontà, e pietà &c. coetaneo del nostro V. Servo di Dio*, aut *dolli due frotelli del V. Servo di Dio* (*D. Gaetano, e D. Ercole*) *e dalla sua Madre in Mariauella, ed in Napoli*, aut *dallo spettobile D. Boldassarre Marchese Cito un tempo Presidente del gran Consiglio di Napoli, ed oggi Consigliere di Stato di Sua Maestà, Dio guardi, ambedue coetanei del Servo di Dio*, aut *da un vecchio Gentiluomo della Città di Vietri, che lo ricordava servire gli Infermi* (a).

15 Si ad miram V. S. D. *vocationem ad statum Ecclesiasticum*, de qua in *Sum. num.* 8., oculos convertamus, quæ Testes narrant depromptsisse legimus, aut *dall' istessa bocca del medesimo* Servi Dei (Summ. pag. 75. §. 7. & seq. pag. 79. §. 37. pag. 80. §. 47.), aut *dal fù P. D. Giovonni Mazzini* (pag. cit. 75. §. 11. & seq., pag. 76. §. 14. pag. 77. §. 19., & seq. pag. 84. §. 72.), aut *per detto de di lui fratelli D. Gaetano, e D. Ercole* (pag. 86. §. 82. pag. 91. in fin. pag. cit. 86. §. 86.) aut *per attestato de vecchi Preti della Congregazione di Propaganda* Neapoli (pag. cit. 86. §. 86.), aut *dal fù D. Gennaro Fatigati gron Servo di Dio, e Confondatore della Casa de' Cinesi in Napoli* (pag. 87. post §. 90.), aut *da Monsignor Coppola Vescovo di Cassano, che da giovane spiavalo in Napoli* (pag. 88. §. 95.), aut *dalla propria Madre* (pag. 90. §. 106.), aut ab aliis *testimonj di veduta* (pag. 93. §. 124.)

16 Si tandem *de Fondatione Congregationis SS. Redemptoris* sermonem instituamus, cujus historiam exhibet *Summarii numerus septimus*, patet eam Testes didicisse in primis *dalla bocca del fù nostro Padre D. Giovanni Mazzini primo Compagno del V. Servo di Dio*, aut *da tutti i nostri Padri defonti primi Compagni &c.* aut *da suoi primi Com-*

(a) *Sum. pag.* 60. *post* §. 2. *pag.* 70. *per tot.* §. 53. *pag.* 68. *per tot. pag.* 70. §. 71. *pag.* 71 *pag.* 63. §. 25. & 37. *pag.* 68. *per tot. p.* 64. §. 79. *in fin. pag.* 67. §. 50., & *seq.* & 54. *pag.* 67.

Compagni Padri D. Cesare Sportelli, D. Gennaro Sarnelli &c., ed altri, aut *dalla bocca del V. Servo di Dio*, aut *dal P. Villani suo Direttore* (*a*). Ex his autem *oculatis*, primisque sociis V. S. D. in Fundatione duo formiter examinati fuere, scilicet P. Joannes Mazzini, & P. Andreas Villani, qui ait *mi unii col Servo di Dio nelli principii della Fondazione* (*Sum. pag.* 122. *in fin.*) *fra li soggetti, che con il Servo di Dio &c. si unirono fui io, siccome ho detto, lo che successe nell' anno* 1737. *Sono testimonio di veduta, che dalla S. M. di Bened. XIV. fu approvata detta Congregazione &c.* (*Sum. pag.* 124. §. 162., & *seqq.*) En purissimi fontes, a quibus auriti Testes de primis V. S. D. ætatibus, & Fundatione Congregationis agentes *immediate* causæ scientiam hauserunt. A veritate ergo longe abest eosdem *sine delectu, vel discrimine pronis auribus excepisse quidquid de V. S. D. audiebant*. Nil vero mirum eosdem *conquisiisse notitias ad anteactam V. S. D. vitam pertinentes* (*b*) imo valde mirum si haud conquisiissent. Si enim ad instituendam cujuscumque Dei Famuli Inquisitionem huc illuc consulto illius mores, & gesta ab ortu usque ad obitum investigari, ac sciscitari oportet; qua nam ratione id præterire debebant Patres Congregationis SS. Redemptoris in Causa sui Fundatoris, optimique Parentis a nobilissima familia, & ab arridente foro, velut alter *Avellinus*, mire ad Ecclesiam vocati? Crimen fuisset, negligentia, fatuitas. Sed pudet in his amplius immorari.

17 Quid vero dicam de postrema censura qua Testes nostri notantur §. 7. quod *cum intelligant non leve Causæ incommodum accidere posse ex eo imbecillitatis statu in quem V. Vir postremis vitæ suæ annis devenerat, acuunt ingenii vires, ut eamdem imbecillitatem ad virtutem referant*? Verbo dicam; non Testium ingenio, arte, oratione, sed *factis*, sed sanctis Alphonsi gestis, prudentique agendi ratione constare objectam imbecillitatem non natura, sed virtute a V. Antistite ad declinandam popularem Sanctitatis famam fuisse aliquando simulatam, ceu perquam abunde constat ex sequenti *Expositione Virtutum*. De his vero inferius agemus. Quare progrediamur ad alia.

DE HEROISMO

18 De Virtutum Heroicitate disserentes juxta sapientissimi Animadversoris methodum in quatuor capita orationem partimur. Agemus I. *De statu secilari ad vigesimum sextum ætatis annum protracto*. II. *de statu Ecclesiastico, & Regulari* ab anno 1722. ad an. 1762. III. *De Episcopatu* ab anno 1762. ad 1775. IV. *De postremis duodecim annis*, quibus V. Vir, Episcopatu abdicato, Nuceriam reversus inter suos Consodales vixit, scilicet ab anno 1775. ad an. 1787. quo obdormivit in Domino. Sit itaque.

DE

(*a*) *Sum. pag.* 98. §. 3., *pag.* 99. §. 9. *p.* 100. §. 18. *pag.* 102. *post* §. 29., & 31., *pag.* 104. §. 42., & *seqq. pag.* 105. §. 50., *pag.* 106. *per tot. pag.* 107., *pag.* 115. §. 107. *pag.* 120. §. 140. *alibique passim*.

(*b*) *Animad.* §. 6.

DE PRIMA VITÆ EPOCA

SIVE

De Statu Seculari :

19 Quanto sapientius Animadversiones docent §. 9. quod *non multum interest argumenta exigere Sanctitatis quoad primam ætatem in Causis præsertim Servorum Dei, qui ad senectutem pervenerunt*, tanto accomodatius hujusce Causæ fulgori accidit, quod severiore præ ceteris trutina de ipsis primis Alphonsi ætatibus inquiratur.

20 Et sane : Quamquam eloquentiæ calamystris Animadversiones exponant cit. §.9. quod Testes *iis coloribus pingunt adolescentem Alphonsum ut plane suadeant eumdem uberiori gratiâ præventum in seculari statu non vulgaria miræ innocentiæ, animique candoris præbuisse argumenta, prætereaque in Religionis studio, in pietatis fervore nemini fuisse secundum*, suavissima tamen veritatis vi adactæ & ipsæ quod Testes plane confirmant. *Concedam* subdit candidus, ingenuusque Censor cit. §.9. *concedam* NUMQUAM LETHALITER DELIQUISSE, *veluti testantur ii, qui ipsi fuerunt a Confessionibus*. Verbum teneo : Præclarissimum hoc est de V. Adolescentis Alphonsi *sanctitate* præconium. Admirabimur enim exclamat Ecclesiasticus : *Beatus Vir, qui inventus est sine macula*; ac rursus interrogat = *Quis est hic, & laudabimus eum ? FECIT enim MIRABILIA in vita sua, qui potuit transgredi, & non est transgressus, facere mala, & non fecit.* Præconium hoc est paucis sanctis commune, ideoque tam rarum, ut Auditores Rotæ in *Relat. Causæ S. Aloysii Gonzagæ* ex eo sancti Adolescentis virtutes arguant = *ibi* = *Cum legitime constet Beatum hunc ADOLESCENTEM numquam in toto vitæ suæ curriculo peccasse mortaliter &c. non abs re fore judicavimus si* EX EO QUOD NUMQUAM INTEGERRIMUS ADOLESCENS MORTALIS SE LABE PECCATI POLLUIT *in eo supradictas VIRTUTES FUISSE concludemus*.

21 Post hæc taciti præterire possemus, quæ Animadversiones in V. Adolescentis Virtutes obiiciunt §. cit. scilicet *animum a seculi oblectamentis non habuisse alienum, ludrica Theatralia spectacula frequentasse, otiosis interfuisse conventibus, quos dicimus Conversazioni, aleas adamasse*. De singulis ex ordine.

22 Si innocens hic scelerisque parus Adolescens Theatrali spectaculo, a quo voluntate abhorrebat, aliquando interfuit, interfuit quia a *Genitore* secum ire *coactus*; ac ita interfuit, ut myops cum esset, nec objecta sine conspicillis discerneret, ad theatrum perventus conspicilla deponeret, ne hystriones, gestus, pompam, scenamque videret, quemadmodum ipsemet Dei Famulus fassus fuit Testi XIII. *Processus Ordinarii Nucerini fol. 1076. ter.* = ibi = *Il Servo di Dio in tempo che era nel Secolo senza dubio fu SEMPRE NEMICO DI VEGLIE, TEATRI, E FESTINI, il medesimo una volta MI DISSE discorrendo del male, che fanno i Teatri, e le Veglie alla Gioventù, che aveva obligazione alla cortezza della vista perch' NON CI VEDEVA AFFATTO SENZA OCCHIALI FIN DAL-*

DALLA SUA GIOVINEZZA, cosicchè OBLIGATO DAL PADRE per non contradirlo di andar con lui qualche volta al Teatro, Egli a BELLA POSTA SI LEVAVA GLI OCCHIALI PER NON VEDER COSA ALCUNA, cominciando il discorso con questi termini = io ho obligazione alle cerchia. Hac itaque ratione, iisque circumstantiis V. Adolescens aliquando theatro interfuit, quemadmodum ab ejus ore didicimus, cui fidem non præstare *absurdum maximum esset*, uti notat Bened. XIV. *lib.3. cap. 24. n. 16.* Id item confirmat Test. XI. *Proc. Apost. Nuc. Sum. pag. 64. §. 32.* qui scientiæ causam repetit *da D. Antonio Villani Nobile di S. Severino, che fu compagno del nostro Servo di Dio nella Congregazione de' Nobili &c. Sum. pag.63. §.25.* Quum vero ad hominum solatium per se licitum sit, non modo theatralem scenam spectare, sed etiam agere; uti docet Angelicus 2. 2. *quæst. 168. art. 4. ad 3.* ibi = *Ad omnia quæ sunt utilia conversationi humanæ deputari possunt aliqua officia licita, & ideo etiam officium histrionum quod ordinatur ad solatium hominibus exhibendum non est secundum se illicitum*; cui consonat S. Franciscus Salesius *in introduct. vitæ devotæ part. 1. cap.23. init.* ibi = *I giuochi &c. comedie nella loro sostanza non sono cose cattive, anzi indifferenti potendo essere bene, e male esercitate*; quumque constet Adolescentem Alphonsum theatrali spectaculo interfuisse ea in ætate *obligato dal Padre per non contradirlo*, ac tanta cautione, tanta prudentia, tantaque religione, ut myops *a bella posta si levava l'occhiali per non veder cosa alcuna*: tantum abest, ut id illius ætatis virtuti obsit, quin potius mirifice probet, quod jam tum ab adolescentia *multum in virtutum palestra profecit*, quemadmodum cum Testibus paulo ante tuebamur; utpote qui in theatro transgredi cum posset, non est transgressus, facere mala, & non fecit; unde asserere jure potuit, ipsa Animadversione fatente §.9' *in fin.*; quod *per misericordia di Dio non vi aveva mai commesso un peccato veniale.*

23 At inquis *era amantissimo della musica* (*Animad. cit. §. 9. in fin.*) Utique nobilissimam hanc scientiam didicerat, quo item Genitori suo obtemperaret, ceu refert Testis I. Processus Apostolici S. Agathæ *Sum. pag.69. §. 67.* ibi = *Sò per attestato de' suoi Fratelli &c. che volendolo suo Padre anche un polito Cavaliere ammaestrar lo faceva anche nella musica, per cui anche ci assisteva, essendoci appassionato, e non potendoci assistere serrava l'uscio al di fuori, e lasciavalo FORZATAMENTE le più ore chiuso col Maestro. Eccellente, come nelle altre facoltà, riuscì anche in questa della Musica, e così questa, come la Poesia servì poi al Servo di Dio per comporre, e mettere in bocca de' Popoli le tante sagre canzoni, che fece in onore di Gesù Cristo, e di Maria Santissima.*

24 Fuerit itaque adolescens Ligorius *amantissimo della Musica*, quid hoc eximiæ illius ætatis virtuti detrahit? imo vero cum virtute apprime componitur. Nam plurimi Sancti musica delectati sunt ex quo sympatiam habeat cum gloria cœlesti, ejusque origo cœlestis memoretur a Cassaneo *in Cathal. glor. Mund. consid. 51. §. Musica sub init.*, ac a Sapientissimo Tostato *Tom.1. in Genes. in Epist. D. Hieron. ad Paulin. cap.6. verb. Musica.*

25 Hinc Regius vates hymnos trimetros edidit, & versus pentametros plurimos, qui solemnibus festis canerentur. Adjecit his decahordem citha-

citharam, nablia duodecim vocum, seu psalteria, cymbala ærea, aliaque musicalia instrumenta, quibus ipse cum Israelitis coram Arca Domini lusit 2. *Reg. cap.*6. Hinc etiam Ecclesia musicam in sua cantica transtulit, ut in *Extrav. Doct., unic. de vit., & honest. Cleric.*, ac erudite Bened. XIV. *Constit. quæ incipit Annus* §. 11. Hinc S. Ambrosius in sua Mediolanensi Ecclesia cantum invexit, *ne populus mœroris tædio contabesceret*, ut scribit Augustinus *Confes. lib.*9. *cap.*7. Hinc etiam *Joannes Damascenus* una cum *Cosma* Majumensi Episcopo, & Theophane fratre Theodori Craptorum Episcopi, *Melodii*, sive *Cantores* agnominantur, ut ex *Theatro vitæ humanæ tom.*5. *litt.M. pag.* 803. *col.* 1. = Hinc *S. Gregorius Magnus* scholas aperuit ad cantum, quem ipse docebat, ut refert *Bollandus die* 12. *Martii in ejus vita lib.*2. *cap.*1. *num.* 6. *& seq. fol.* 149., imo licet æger in lecto puerorum cantus moderabatur, uti narrat Paulus Diaconus; & *V. Beda* ne morti quidem proximus hoc studii genus intermisit, ex *cit. Theat. vitæ humanæ Tom.*5. *lit.M. col.*1. *pag.*802. Hinc *S. Idelphonsus* musicam componebat, ex *Bolland. ad diem* 13. *Jan.* Hinc *Vitaliano* I. Pontifici organa tribuuntur, in *cit. Theat. pag.*803. *lett. E.F.* = Hinc SS. Pontifices *Leo II. Leo Nonus*, *& Victor III.* musices peritia commendantur a Benedicto XIV. in *cit. Constit. annus* §.7. Quam ergo facultatem probavit, suamque fecit Ecclesia, quam apprime calluere Sancti, Romanique Pontifices, eam in Adolescente Alphonso veluti vitium succensebimus? Eam, inquam, quæ postea ipsi *servi per comporre, e mettere in bocca de' Popoli le tante sagre Canzoni, che fece in onore di Gesù Cristo, e di Maria Santissima*?

26 Intefuerit quoque Secularis Adolescens conventibus, quas dicimus *Conversazioni* (Animad. cit. §.9.) numquid hoc nomine a virtute declinavit? Secus profecto docet idem S. Franciscus Salesius in *cit. Introduc. ad vit. devot. cap.*31. *E' necessario il rilassare talvolta il nostro spirito, ed il nostro corpo ancora a qualche sorta di ricreazione &c. Senza dubio E' VIZIO L' ESSER RIGOROSO, SEVERO, E SELVAGGIO, E CHE UNO NON VOGLIA PRENDER PER SE, NE PERMETTERE AGLI ALTRI ALCUNA SORTE DI RICREAZIONE.* Et prius Cap.24. *Vi sono conversazioni inutili ad ogni altra cosa, fuori che alla sola ricreazione, le quali si fanno semplicemente per trolusciare un poco le occupazioni gravi &c. le altre Conversazioni hanno per suo fine l'onestà, come sono certe adunanze, che si fanno per onorare il Prossimo.*

27 Postquam ergo integerrimus Adolescens Alphonsus totam diem jugi orationi in templo, studiis in foro, ægrotorum servitio in publico Incurabilium Nosocomio dederat (*a*), quo tantisper sub vesperum levaret animum, nonnisi summorum Virorum consortia petebat, itant vel ipsa studiorum remissio novum studii genus videretur. Nam *di sera frequentava per la Conversazione la Casa del Signor D. Domenico Caravita, che fu poi Presidente di Camera, perchè ONESTISSIMA CONVERSAZIONE, E PER LO PIU' DI COSE LETTERARIE ED ERUDITE*, uti deponit de auditu ab ipso Fratre V. Alphonsi Testis XXVI. *Proc.Ord.S.Agathæ fol.*402. *ter.*, & Testis XI. Proc. Ap. Nucerini *Sum. pag.* 63. §.23. = *Non frequentò*

(*a*) Sum. num.7. per tot.

mai se non che le conversazioni dei più onesti, e gravi Cavalièri. Quid vero quod honestis hisce conventibus nonnisi Genitorum placito, haud autem inclinatione, imo invitus interesse solebat Alphonsus? Ita porro a V. Viro sibi dictum refert P. Tannoja (*t*). *Disse ancora, che PER COMPIACERE I SUOI GENITORI andava spesso alle conversazioni, ma bensì morigeratissime, come era quella de' Signori . . ., e che il Signore li dava UN SI GRANDE ABBOMINIO, che come si spiegò, se ne ritornava crepato; tanto che dicevali la Madre: eh dove dobbiamo trovare una conversazione per te?*

28 Perperam itaque Animadversiones V. Adolescentem theatro, ac recreationi propensum, & inclinatum argumut ex verbis Dominæ Avellini quæ ipsum in solitudine demirata, *come fate voi*, dixit, *che siete usato alle comedie, e conversazioni in una Montagna?* uti narrat *de auditu vago* Testis XXV. *Proc. Ord. Nuc. fol.* 1632. *exadv. cit.*, qui etiam addit audivisse: *che egli gli avesse risposto: Sono più contento in un momento, che sono solo rinchiuso, che tutte le comedie, spassi, e conversazioni; quali sue parole dimostrano chiaramente, ch' egli non provava in altro diletto, se non in Dio, e che le cose tutte di questo Mondo l'erano di tedio, e fastidio.* Quemadmodum vero Avellini Dominam non latebat Ligorium e Neapolitana familia Patritio loco clarissima esse prognatum, sic compertum habebat seculares præsertim Proceres comediis, urbanisque conventibus animum recreare esse solitos. Nobilem ergo Adelescentem ceterorum more in Urbe edocatum rata vitam ducentem intuens in montano *Juranorum* deserto vehementer obstupuit; Unde ejus verba, *voi che siete usato &c.* universum Procerum ordinem, in quo erat Alphonsus, spectare videntur; si vero ipsam Alphonsi personam spectasse mavis, *de credulitate* ipsa locuta fuit. Nam superius relati Testes, qui Adolescentem Alphonsum ideo interfuisse theatro narrant, ut *Patris jussa faceret*, eoque in eventu *a scena oculos consulto prohibuisse* (quod omnem excludit inclinationem) id non ex credulitate, vel suppositione deponunt, sed aperte vel ab ipsomet Alphonso, vel ab ejus Fratribus acceptum referunt, propterea que his fides adjungenda est, non vero alteri *de credulitate* loquenti, qui, etsi fuisset formiter examinatus, tamen per se nihil probasset, ut habet communis DD. cum Farinaccio *de Testibus quæstion.* 68. §. 2.

29 Si alearum ludo inter coevos Nobiles in Adolescentia Ligorius indulsit, ut a studiis, piisque operibus tantisper levaret animum, non modo id haud illius ætatis sanctitati adversatur, sed *Eutropeliæ* virtutem præsefert, uti bene advertit S. Thomas 2. 2. *quæst.* 178. *art.* 2. *in corp.* ibi = *Oportet remedium contra faticationem animalem adhiberi per aliquam delectationem, intermissa intensione ad insistendum studio rationis, sicut in collationibus Patrum legitur quod B. Jo. Evangelista cum quidam scandalizarentur quod eum cum discipulis suis LUDENTEM invenirent, dicitur mandasse uni eorum, qui arcum gerebat, ut saggittam traheret, quod cum pluries fecisset, quæsivit utrum hoc continue facere posset, qui respondit, quod si hoc continue faceret arcus frangeretur. Unde B. Joannes subintulit*

(*b*) Proc. Informat. S. Agathæ fol. 1045. in fin., & ter.

lit quod similiter animus hominis frangeretur, si nunquam a sua intensione relaxaretur . . . Et hoc est, quod Philosophus dicit in 4. Ethic. quod in hujus vitæ conversatione quædam requies cum ludo habetur; & ideo oportet interdum aliquibus talibus uti . . . Et ideo circa ludos potest esse aliqua virtus, quam Philosophus Eutrapeliam nominat.

30 Potuit ergo adolescens ad honestam animi recreationem sub vesperum dare operam *per un'ora al giuoco di ombre*, ludo quidem ingenii, ac bene moratis, nobilibusque Viris proprio. (o) Neque huic ludo *plus æquo* delectari Alphonsum dicas, propterea quod aliquando tempus a Patre præscriptum excesserit (Animad. §. 10.) Factum idem *objectus* Testis I. Proc. Apost. S. Agathæ enucleatius narrat in *Informat. S. Agathæ* cum recentior memoria erat, *fol.* 1041. *exodv. cit.* Ibi *Mi disse il Sacerdote D. Gaetano suo fratello* (V. S. D.) *che il Servo di Dio essendo Giovanetto altra conversazione non ebbe, che andare di sera DOPO CHE TUTTO IL GIORNO ERA STATO APPLICATO, a divertirsi in Casa di D. Carlo Cito Padre dell' attuale Presidente del Sagro Consiglio D. Baldassarre Cito, e con esso D. Baldassarre, e con altri pari Giovanetti divertivasi al giuoco delle carte ma SENZA TIMORE DI PERDITA, E SENZA SPERANZA DI GUADAGNO, e chè questo innocente divertimento, SE TALVOLTA OLTREPASSAVA PER POCO il tempo stabilito, anche dispiaceva al proprio Padre: che UNA SERA non vedendolo ritirare, avendo levato da sopra il tavolino tutti i libri, che vi erano, vi pose fil filo tante carte di giuoco, e che restando sorpreso il Servo di Dio vedendo una tal novità, ritirato che fu il Padre gli disse: questi sono i tuoi libri &c. e che IL SERVO DI DIO RICEVETTE CON TANTA UMILTA' la correzione, NE' PIU' IN QUESTO DIEDE DISGUSTO A SUO PADRE.* Quid ex hisce verbis arguitur, an Dei Servus plus æquo indulserit ludo, an potius quod ejus Pater *plus æquo* fuisset rigidus? Statum ludo tempus erat *hora*; hanc non vitiosa propensione, sed ipso longioris ludricæ partitionis eventu, vel urbanitatis officio, vel invitus imo nescius, excedere *per poco* Alphonsus poterat. Ludebat ipse *senza timore di perdita, e senza speranza di guadagno*; haud itaque hoc nomine ludo serius indulgebat. Constat ergo Genitorem plus æquo fuisse severum, rigidum, & dicam, inurbanum, qui filio suo *dopo che tutto il giorno era stato applicato* honestæ conversationis tempus adeo coercerat, ut is, inspecto identidem horologio, ne minutum quidem post horam præterlabi ere sineret, sed ad illius signum nobiles insalutatos socios, ludumque suspensum relinquere teneretur. Attamen tanta humilitate injustam Patris increpationem Alphonsus suscepit, ut omni posthabitâ inurbanitate, officioque, ejus inde jussum religiose adimpleverit.

31 Multo vero minus, plus æquo ludo indulsisse Alphonsum ostendunt ejus verba a P. Tamuja relata (Animad. cit. §. 10.) *Ch'era amantissimo del giuoco, ma solo quello d' ingegno &c.* Nam ea non aliud re-

(a) Ingeniosam sublimitatem hispani ludi *delle Ombre* post veteres Scriptores recenter exposuit Franciscus Xaverius Brunetti in libello cui tit. *Giuochi delle Minchiate, Ombre &c. ed altri d' ingegno*: In Roma 1747.

redolent, nisi quod ludo Alphonsus animum licite recreare commevisset. Hic revera rectus finis est; ad quem ordinatur ludus, ut docet laudatus Angelicus 2. 2. *q.* 168. *art.* 2. *ad* 3. ibi = *ipsæ operationes ludi secundum suam speciem non ordinantur ad aliquem finem, sed delectatio, quæ in talibus actibus habetur ordinatur ad aliquam animæ recreationem, & quietem.*

32 Ex his quæ hactenus disputavimus ad unam *humilitatem*, non autem ad veritatem referenda esse patet quæ Dei Famulus dixit, ut populum ad meliorem frugem revocaret: *Giovane io pure aggio fatte le mie. La Madonna mi ha chiamato a questo stato: A Mamma aggio l' obbligazione* (Animad. §. 11.) cui ille ipse qui hæc narrat Test. XXXII. *Proc. Ord. Nuc. fol.* 1868. *ter. exadv. cit.* ad ejus probandam humilitatem refert, ibi = *Il Servo di Dio aveva* SI' BASSO SENTIMENTO DI SE MEDESIMO, *che un giorno animando tutti a confidare in Maria SSma non ebbe difficoltà di dire avanti di tutto il Popolo, e di me: Giovane io pure aggio fatte le mie &c.* Ex actis autem constat V. Virum in adolescentia tam pie juste que vixisse, ut ne veniale quidem peccatum, quod ex *proposito* dicitur, commiserit, ceu superius ipsa fatebatur Animadversio. Ergo ad unam humilitatem dixit: *Giovane io pure aggio fatte le mie*, quemadmodum omnes Sancti coram Deo, & hominibus se peccasse nimis cogitatione, verbo, & opere quotidie confitentur. Etsi enim habeant bonæ conscientiæ testimonium, non eo tamen adeo fidunt, ut non timeant ex humana fragilitate in aliquo fuisse lapsos, uti ajebat Job 9. 20. *Etiamsi simplex fuero, hoc ipsum ignorabat anima mea &c. verebar omnia opera mea.*

33 Quamquam vero addiderit = *La Madonna mi ha chiamato a questo stato* = nec non in præfatione ad aureum opusculum inscriptum *della visita al Sagramento* profiteatur quod: *Io per questa devozione di visitare il SSmo Sagramento mi trovo FUORI DEL MONDO, dove per mia disgrazia sono vissuto fino all'età di anni 26.*, hæc inquam, ni fallor, non probant quidem fuisse olim Alphonsum *mundanum* vel de mundo, sed fuisse olim *in* Mundo, sive in seculo, ac a Dei, & Bmæ Virginis ope *regularem statum* susceptum retulisse; ceu vel ex ipso contextu patet. Subdit enim in cit. Præfatione (a) *Beati Voi se potete più presto di me staccarvi dal Secolo, e darvi TUTTO a quel Signore, che tutto si è dato a voi.* Satis autem nota est quintuplex *Mundi* distinctio in sacris paginis usurpata I. pro rebus ipsis creatis, quibus visibilis Mundi machina constat. II. Pro vita mortali. III. Pro omnibus hominibus sive bonis, sive malis. IV. Pro iis hominibus, quos *mundanos* ideo dicimus, quia ea tantum, quæ in præsenti vita vident, appetunt, atque desiderant. Unde legitur *Joan. cap.* 17. 9. *Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo*, idest non pro hominibus mundanis, & ibid. 14. *Non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo.* V. Tandem accipitur pro bonis ipsis, quæ mundus dat, divitiis scilicet, concupiscentiis &c. Deo itaque, ac Deiparæ se gratum profitetur Alphonsus, quod licet in Seculo divina mandata servans ad vitam ingredi poterat, illum tamen perfectiorem statum elegerit, in quo relicta domo, fratribus, Patre, Matre, nuptiis, & divitiis propter Christi nomen, & amorem centuplum ac-

ce-

(a) Proc. Apost. Nuc. fol. 2064. ter.

cepturus erat, & vitam æternam possessurus, juxta divinam sponsionem *Matt.* 19. Qua de re S. Gregorius *homil.* 12. *in Ezech.* ita distinguit eos qui Deo serviunt in seculo ab iis qui ipsi *perfectius* famulantur in Religione. *Qui sic operantur quæ Dei sunt ut tamen & quædam, quæ sunt in seculo non relinquant SACRIFICIUM, & non holocaustum offerunt; qui autem cuncta quæ Mundi sunt deserunt, & totam mentem igne divini amoris incendunt, hi nimirum Omnipotenti Domino* SACRIFICIUM, ET HOLOCAUSTUM FIUNT.

34 Verba tandem illa V. Viri = *festini, comedie, conversazioni, spassi, questi sono i beni del Mondo, ma bensì tutti pieni di fiele, e di spine, credete a chi ne ha l'esperienza, e la sta piangendo* (Animadv. cit. §. 11. in fin.) non ita accipienda sunt, ac iis in seculo vivens vel leviter Deum offendisset, ceu hactenus probatum est, sed quod cum majores jam Deus in corde suo ascensiones disposuisset, de illis etiam licitis animi oblectamentis doleret; ut ad rem S. Gregorius *Moral. lib.* 11. *cap.* 24. ubi de verbis illis Job. = *consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ* ita scribit, *Ecce* VIR JUSTUS, QUI IN JUVENTUTE SUA SE PECCASSE NON INVENIT *adolescentiæ facta pertimescit &c. Justi Viri cum in magna mentis maturitate proficiunt, se tantum de suis primordiis reprehendunt, quantum ex gravitate mentis altius profecerunt*, & late *lib.* 32. *cap.* 1.

35 Jure autem cum docto Censore præterimus *errorem illum in patrocinanda gravissima Causa a Famulo Dei commissum, quo vehementer commotus forum deseruit, aliamque iuire viam, quæ tutior est ad vitam sibi proposuit &c. quin semel posita ad aratrum manu umquam retro respiceret* (Animad. §. 12.) Si enim AA. Suffragatores *Summarium* tantisper expendant (*a*), apprime intelligent, Ven. Jurisconsultum, quo gravior ea erat Causa, eo intensiore studio in evolvendis actis per integrum mensem incubuisse, ac negativam quamdam particulam in foro ab Adversario inter dicendum objectam numquam antea animadvertisse; quo improviso eventu velut ictu ipse perculsus parum abfuit, quin humi procubuerit, locoque discessus: *Novi te munde*, inclamavit, *tuamque novi fallaciam*. Innocens ergo fuit error, ac prorsus involuntarius, in quem, non obstante diuturno, diligentique studio, ipse incidit; qua de re, licet *incoraggito dal medesimo Consigliere* (Judice) *e da altri circostanti per non esservi stata menoma sua mancanza* (*b*) tamen Divino Numini ad cor ejus loquenti obsequens, Causarum patrocinio abdicato, statim animarum patrocinium suscepit. Sapientissimi itaque Dei providentiam suspiciamus, qui, sicut *Avellinum* per leve mendacium inter dicendam Causam inconsiderate prolatum, ita *Ligorium* ob errorem in patrocinanda Causa innocenter, & involuntarie commissum, e foro ad Ecclesiam, & ad perfectam Christi sequelam evocavit.

36 Præterimus item cum Animadversione cit. §. 12. Alphonsum Genitoris in famulos iram compescere studentem alapam ab eo reportasse. Nam tantum abest, ut censura dignus videatur, quin potius meritis sit laudibus extollendus, quod propter justitiam alapam reportasset.

Ca-

(a) Sum. num. 8. inscript. de mira vocatione ad statum Ecclesiasticum per tot., & Informat. pag. 6. §. 23. & seq.

(b) Sum. pag. 76. §. 16. alibique passim

Charitatis quippe præceptum adimplevit dum Patrem bis, tertio; pluriesque famulum de levi ommissione increpantem, scilicet quia præsto non fuerat *coll' intorcia in atto che si licenziarono* (nobiles quidam Viri) *e perchè confidenti si avviarono senza volerlo aspettare* (a) Patrem, inquam, admonuit, ut ab increpatione centies repetita tandem aliquando cessaret, cum reverenter alloquens = *Gnore che cosa è ? Quando comincì non la finisci*. Correctionis autem fraternæ præceptum cum pertineat ad unumquemque respectu cujuslibet personæ, ad quam charitatem quis debet habere si in ea aliquid corregibile inveniatur, se extendit etiam ad Parentes, & Prælatos; uti docet S. Thomas 2. 2. *quæst.* 33. *art.* 4. *in corp.* Attamen tam heroicum erat V. Adolescentis in Genitorem obsequium, ut licet injuste percussus, non modo ne querulam quidem voculam emisit, sed ipsi irato Genitori veniam supplex petierit, uti pergit Testis = *Il Servo di Dio vedendosi colpito non disse veruna parola, e nell' istante si ritirò nella propria stanza. Ma essendosi posta tavola, e non vedendosi comparire, essendo andata sua Madre a chiamarlo, lo ritrovò, che piangeva amaramente ginocchioni al Crocifisso l' amarezza, che data aveva al suo Padre, e pregò la Madre a volergli ottenere il perdono, e con essa essendosi presentato al suo Padre li* CERCO' SCUSA DELL' AMAREZZA.

37 Pari præteritione omittenda fuisset animadversio illa §. 12. quod Dei Famulus Confirmationis Sacramentum susceperit vigesimo sexto ætatis anno. Cur enim hanc negligentiam a *culpa immunis* non est, nec componi potest cum laudibus quibus eximiam ejus pietatem etiam in Seculari statu nostri cumulant Testes ? Forte quia hoc Sacramentum *licet necessarium non sit necessitate medii, est tamen necessitate præcepti cum Divini, tum Ecclesiastici*, juxta Natalem Alexandrum, cujus sententiam Animadversio tuetur ? Ac primum mihi dabitis hanc veniam AA.PP. ut aliqua de hoc præcepto delibam, quo illud *absolute*, nonnisi quibusdam intercedentibus circumstantiis non dari gravissimis Theologorum sententiis ostendam.

38 Atque ut ab eo ipso exordiar *Natale ab Alexandro*, cujus auctoritate Animadversio fulcitur, ex ipsius Regulis, quas addit *consectarias ad praxim*, & ad quas nos animadversio provocat (*in nota ad cit.* §. 13.) aperte colligitur, eumdem Auctorem hujusmodi præceptum ab argumentis, ac Provincialibus Synodis erutum, haud *absolute* obligare intellexisse, sed quibusdam concurrentibus circumstantiis. Et sane prima Regula est : peccare lethaliter qui hoc *Sacramentum contemnit*, de quo V. Adolescens redargui non potest, juxta II. Regulam, quæ ita se habet : *Sacramentum Confirmationis contemni censetur quando Episcopus est præsens, paratus dare, & Persona hoc sciens negligit suscipere*. Ex actis porro nostræ Causæ nullibi constat, quod V. Adolescens Ligorius sistens coram præsente Episcopo parato dare Confirmationem, hoc Sacramentum neglexerit, vel recipere repugnaverit. Ergo non peccavit. Regula III., hæc est: *Præceptum de Sacramento Confirmationis suscipiendo maxime obligat persecutionis graviorumque tentationum, præsertim adversus Fidem, tempore*. Atqui V. Alphonsus nec tempore persecutionis vivebat, nec in Adolescentia gravibus tentationibus præsertim

(a) Proc. Inf. S. Agath. f. 1042. ex adv. cit.

tim adversus Fidem obnoxium fuisse constat ; Ergo deficiente occasione , qua præceptum urgebat , deficit item culpa inadimpleti præcepti . Eo autem tempore Confirmatione munire sategit , quando seculo valedicere cogitans strenuus Christi miles carni , & sanguini bellum indixit . In *Regula VI.* legitur = *Omnis ætas confirmationi est idonea* . Ergo idonea item ætas viginti sex annorum . Regula VII. est = *Prisca disciplina statim administrandi pueris Sacramentum Confirmationis post Baptismum in Ecclesia Latina recte mutata est , & rationis usus expectandus , ut scilicet MAJORI CUM REVERENTIA SUSCIPIATUR . . ut Fidem per se ipsos profiteri possint* . Ergo nulla est incongruentia ut etiam ab adultis hoc Sacramentum suscipiatur , nec propterea damnanda praxis Regionum , in quibus Adulti , & Adolescentes , non autem pueri , ad Confirmationem accedunt . Ex iis autem patet , quod antea dicebam , Natalem ab Alexandro , qui præceptum tuetur , ipsis Regulis a se traditis profiteri hoc ipsum præceptum non esse absolutum , nec semper urgere , sed positis quibusdam circumstantiis .

39 Quod autem ad alios Theologos pertinet ; S. Thomas 3. *p. quæst.* 65. *art.* 4. *ad* 3. docet quod = *licet omnium Sacramentorum contemptus sit saluti contrarius , NON tamen EST CONTEMPTUS SACRAMENTI EX HOC QUOD ALIQUIS NON CURAT ACCIPERE SACRAMENTUM , QUOD NON EST DE NECESSITATE SALUTIS* ; Et quæst. 72. Art. 1. ad 3. de *Confirmatione* ait = quod aliquis *sine ea potest esse salvus dummodo tamen non prætermittatur EX CONTEMPTU SACRAMENTI* . Si ergo juxta Angelicum simplex negligentia qua quis *non curat* suscipere hoc Sacramentum non dicitur contemptus : Si ad constituendum peccatum requiritur contemptus : Ergo negligentia non est peccatum .

40 Scotus *in* 4. *D.* 14. *quæst.* 1. *num.* 11. scribit : *Extrema Unctio est instituta a Christo , & Confirmationis Sacramentum , et tamen neutrum est simpliciter necessarium , NEC EST PRÆCEPTUM DE ISTO , vel illo RECIPIENDO* = . Antoine de *Sacram. tract. de Confirmat. quæst.* 1. quærit *an quilibet adultus tenetur confirmationem accipere DATA OPPORTUNITATE ?* Et respondit . *MULTI NEGANT* &c. sed concludit = *Certe apud omnes constat esse saltem culpam venialem hoc Sacramentum TUNC* (idest *data opportunitate*) *omittere , cum talis omissio sit quædam irrationabilis prodigalitas spiritualis* = Etiam P. Concina *in suo Epitome Theol. Christian. Lib. X. Cap.* 6. *de Sacr. Confirmat.* quæst. 6. quærit = *Datur ne præceptum suscipiendi hoc Sacramentum ?* ac fatetur quod *expressis verbis latum non est præceptum tum Divinum , tum Ecclesiasticum* . Id etiam confirmat Quartus (cujus sententia Animadversioni arridet §. 50.) *in Rub. Miss. p.* 3. *tit.* 1. *de defect. in gen. sect.* 2. ubi quærit = *Utrum ad Sacerdotium præerequiratur necessario Confirmatio?* & respondit = *ad valorem Ordinis Sacerdotalis non est necessaria &c. NULLIBI REPERITUR PRÆCEPTUM grave obligans absolute ad suscipiendum Sacramentum Confirmationis &c.* Lucius Ferrarius in sua *Biblioth. verb. Confirmatio Art. III.* scribit *nullum extat expressum generale præceptum sive Divinum , sive Ecclesiasticum de recipiendo Sacramento Confirmationis* = addit tamen *necessarium est ut non contemnatur* . Quibus etiam cohærent Suaresius *part.* 3. *D.* 38. *sect.* 1. §. 1. *Quo circa* = Navar. *Manual.*

cap. 22. *num.* 9. Sotus *D.* 7. *quæst. un. art.*8. Layman. *de Confirmat. cap.* 5. *quaest.* 4. cum Covar. Abb. Panorm. Anacl. *de Sacram.p.*544. *num.* 68. Croix *lib.* 6.*part.* 1. *num.* 394. Salmant. *Cap.* 4. *num.* 61. aliique.

41 Infinitus propemodum essem, si singulas Theologorum sententias in hanc rem cumulare contenderem. Sed ex iis quas attulimus concludere liceat I. nullum dari *absolute* expressum præceptum, sive Divinum, sive Ecclesiasticum de recipienda Confirmatione. II. ad constituendam culpam requiri, ut Sacramentum contemnatur III. simplicem negligentiam, sive dilationem etiam in ætate adulta ad illud recipiendum nullum esse peccatum, quia dilatio, & negligentia non sapit contemptum, nec excludit *votum* illud suscipiendi.

42 Et sane quis ignorat diversas Regionum consuetudines, diversasque sententias in constituenda ætatis maturitate ad hoc Sacramentum recipiendum? Ipsi Latini a Græcis dissentiunt in administranda infantibus Confirmatione; quam disciplinæ varietatem perpendens P.Drovet *de re Sacrament. quæst.* 9. scribit: *Habent suæ consuetudinis idoneas causas Graeci, habent & suae Latini. Illi subjecti magis, quam Sacramenti respectum habentes voluerunt Confirmationem statim post Baptismum conferri, ut nimirum quidquid gratiæ poterant promptius neophitis procurarent. Isti DECORI magis, ac DIGNITATI SACRAMENTI quam exigentiæ Fideliun consulentes eo usque differendum statuerunt, donec instructionis capaces essent, & POSSENT DIVINI BENEFICII PRETIUM PRO MERITIS ÆSTIMARE.* Hinc Benedictus XIV. *de Synod. Dioec. lib.*7, *cap.*10. postquam ad trutinam revocaverat quæstionem, an licitum sit Confirmatione inungere infantes in vitæ discrimine constitutos, concludit *num.* 9. *Advertere debet Episcopus I. ne in sua Constitutione quidquid dicat quo insinuare videatur necessitatem, seu praeceptum suscipiendi Sacramentum Confirmationis in ea aetate, & statu.* II. *Ut Sacramentum administret ea dignitate cui consulere voluit Ecclesia cum* ILLUD DENEGAVIT INFANTIBUS *ante adeptum usum rationis.* Huic porro Sacramenti dignitati consuluisse arbitrat idem Pontifex (loc. cit.) PP. Concilii Colonien. decernentes quod = *Cum hoc Sacramentum Confirmationis non sit necessitatis absolutae, convenientius, & utilius dabitur, si addatur admonitiuncula; at antequam infans supra septimum aetatis annum progressus fuerit,* PARUM, AUT NIHIL *horum quæ aguntur* INTELLIGET, NE DICAMUS MEMINERIT.

43 Verum non modo denegatur Confirmatio infantibus haud in mortis articulo constitutis ante adeptum rationis usum, sive ante septimum ætatis annum ex *Cath. Rom. part.* 2. *de Confirmat. num.* 15., ac Conciliis allatis a Bened. XIV. *loco cit.*; verum illud etiam exoptaret Ecclesia, ut confirmandi jam Sacræ Synaxis recipiendæ capaces forent, quia *Ordo Comunionis sumendæ post Confirmationem si comode servari poterit, antiquæ consuetudini erit accomodatus,* inquit S. Carolus Borromeus *in suis Instruct.* Qua de re haud ubique locorum ea consuetudo viget, quæ in Ecclesia Romana, accedendi ad Confirmationem ante annum circiter *duodecimum*, sed quibusdam in locis, non quidem negligentia, vel contemptu, sed imo potius majoris Sacramenti dignitatis gratia, ad adultam jam, & maturam ætatem Confirmatio differtur, ut Fideles quæ in eo aguntur intelligant

ligant, & reminiscantur. Ita porro in Neapolitana Urbe mos est, quod, *non modo vulgares homines, sed etiam Proceres, Cives, ac Forenses Viri, quamvis PII, BONISQUE MORIBUS IMBUTI, Confirmationis Sacramentum susciperent NONNISI ADULTI, & ad virilem ætatem perventi, ita ut multi sint etiam ex Patricio, cultoque coetu, qui eo prius muniti non fuerint, quam vel in ipsa senectute; quin inde ullum, vel minimum oriatur scandalum, eo quod hujusmodi Sacramenti susceptio, non CONTEMPTU, aut negligentia, sed USU, ad maturam* VICINTI, TRICINTI, ET AMPLIUS ANNORUM ÆTATEM DIFFERRI CONSUEVERIT; quemadmodum duo gravissimi, & Nobilissimi Viri *de propria scientia* testantur in nostro *Summ. Addit. num.* 1. *litt. A. & B.*

44 Hac posita consuetudine quisnam crassæ negligentiæ notam vel adolescenti Alphonso, vel ejus Parentibus jure impingere poterit? Tanta est illius, illorumque integritas, ac pietas, ut ea una per sese qualemcumque excluderet negligentiæ suspicionem. Parentes quippe morum integritate in ipsis Causæ actis celebrantur; imprimisque Mater nobilis Brundusina matrona, quæ præter ceteras virtutes, jugi pœnitentiæ, & orationis studio ad ultimum usque senium incubuit, quæ filiolum Alphonsum catholicæ Doctrinæ lacte per se enutrire sategit (*a*), quæ demum puerolum vix septennem eximio viro P. Thomæ Pagano Presbytero Congregationis Oratorii instituendum tradidit. (*b*) Huic autem viro quam rectissime instituenti se docilem præbens Alphonsus ad Pœnitentiæ primum, inde vero ad Eucharistiæ Sacramenta admissus, ea semel per hebdomadam obire jam tum consuevit (*c*) Decennis piæ Congregationi dato nomine, in qua nobiles Ephebi ad spirituales exercitationes inflammantur, Sacramentorum frequentia, & pietate ceteris consodalibus incitamento erat, & exemplo. (*d*) Decimum sextum vix attigerat annum cum doctorali laurea insignitus, & Doctorum Sodalitio adscriptus publicum Incurabilium valetudinarium quotidie petebat ad ægrotos invisendos, omnique ope juvandos. Quotidie salutarem Hostiam per quadraginta horas publice expositam tanto devotionis sensu supplex adibat, ut vel ipsos ferventiores Ecclesiasticos in sui traheret admirationem. (*e*) Decem & octo annos natus pio exercitiorum recessui apud PP. Societatis Jesu operam dedit; eumque iterum, ac tertio in æde, quam a Virginibus nuncupant, Congregationis Missionis, ingenti animi voluptate repetiit, (*f*) Uno verbo: etsi domi suæ multi essent gentiles servi, unus ille qui famulabatur Alphonso sancto Heri sui motus exemplo christianam fidem amplexus fuit, in eaque sancte decessit, (*g*) Possibile ne quod inter tot illustria Sanctitatis argumenta, quibus ejus adolescentia abundat, cordati viri animo insedere suspicio queat crassa quadam socordia neglexisse Confirmationem qui cetera Sacramenta frequens obibat? Imo vero patet tunc hujusmodi Sacramentum suscepisse Alphon-

(*a*) Summ. pag. 54. §. 4. ad 6. pag. 55. §. 9. pag. 58. §. 26. & seqq., pag. 68. §. 57., & tot. num. 6.

(*b*) Summ. pag. 60. §. 3. pag. 65. §. 35., pag. 67. §. 50. p. 68. §. 58.

(*c*) Summ. pag. 61. §. 15. pag. 68. §. 26. & seq.

(*d*) Summ. pag. 63. §. 59. pag. 71. §. 83., & per tot. num. 7.

(*e*) Summ. pag. 62. §. 18. p. 64. §. 34. p. 65. §. 35., p. 66. §. 43., & seqq. p. 72. §. 89., & seqq.

(*f*) Summ. pag. 68. §. 55, pag. 70. §. 72.

(*g*) Summ. pag. 69. §. 64., & seq.

phonsum, cum alii Cives sui non modo Proceres, sed etiam pii, suscipere consueverant; juxta illud Augustini *Epist. ad Januar.* = *Quod neque contra Fidem, neque contra bonos mores injungitur, indifferenter est habendum, & PRO EORUM, INTER QUOS VIVITUR, SOCIETATE SERVANDUM EST.* Unde bene ait Testis XXII. *Proc. Apost. Nuc.* (a) quod Parentes = *A SUO TEMPO poi lo fecero anche cresimare*; & Testis I. *Proc. Ord.* Nuc. (b) *giunto ad una età PROPORZIONATA ricevè il Sagramento della Confirmazione*, in ea scilicet ætate quam patria consuetudo Confirmationis *idoneam* ferebat.

45 Quem vero hactenus in adolescentia innocentem, piisque moribus præditum prosequti sumus eumdem Sanctum *in Ecclesiastico*, & *Regulari Statu* admirabimur.

DE SECUNDA EPOCA

Ab anno 1722. ad annum 1762. sive de Statu Ecclesiastico, & Regulari.

46 Postquam ingenuus, doctusque Censor summis, meritisque laudibus Alphonsum effert, quod, ut *Deo famularetur carnem, & sanguinem non respexit, alacri animo adversa substinuit*, & repugnantis Patris *obstacula invicte superavit*; eventum narrat, quod *V. Alphonsus zelo salutis animarum æstuans, ut rudes infimæ conditionis homines recte instituret una cum aliquibus sociis, quos sibi delegerat pari zelo informatis eos colligebat, cunctosque in unum locum collectos docebat monita salutis. Qua de re exorta suspicio est sectariorum conventum fieri, & querela delata ad Præsides jussum ut omnes comprehensi in Judicium venirent. Detecta autem suspicionis inanitate eorumdem innocentia, & fine, quem sibi proposuerat Dei Servus omnes dimissi sunt.* = verba sunt Animadversionis §. 14., quæ subdit = *videtur Alphonsus aliqualis forte imprudentiæ arguendus si nulla petita venia hoc sibi onus dederat seque, socios, & qui illuc simul convenichant gravi periculo exposuit.*

47 At quæso; quænam ad id venia impetranda erat, ut Alphonsus *aliqualis forte imprudentiæ* sit arguendus? Res est non de publica quadam concione e suggestu instituta, seu quodam congregato sodalitio; sed de familiaribus dumtaxat sermonibus inter spatiandum habitis; uti refert objectus Testis *Sum. Object. pag.* 1. *post.* §. 1. necnon P. Jo. Mazzini *de facto proprio* pag. 95. §. 135. Etiamsi vero contendas opus habuisse facultate, jam ea potiri V. Virum fidenter dicimus. Nam is erat *già Sacerdote*, e *Confessore* (Sum. obj. pag. cit. init.) imo ipsi evangelium prædicandi, & Cathechesim habendi onus ab ipso suscepto Diaconatus Ordine Cardinalis Pignattellus demandaverat, ac Missionariorum sodalitio erat adscriptus, cui a *Propaganda Fide* cognomen. (c) Ministerium ergo adimplebat *si PER ISTRUZZIONE generale di moltissimi suoi Penitenti di varj Rioni di Napoli, e tutta gente plebea, ed ignorante, soleva farli adu-*

(a) Summ. pag. 55. §. 11.
(b) Summ. pag. 59. §. 32.
(c) Summ. pag. 75. §. 9. ad 35. ipsq. 76. §. 18. pag. 77. §. 23. & seq. alibique passim per tot. num. 8.

adunare &c. (a) Accidit profecto Christi discipulo, quod Magistro accidisse legimus, *quippe DUM VERBA VITÆ ÆTERNÆ HOMINIBUS EVANGELIZABAT, AB IIS IPSIS, QUI APUD IUDÆOS DOCTRINÆ, ET PIETATIS OPINIONE SPECTABILES ERANT TRADUCTUS, tamquam SEDITIOSUS, & publicæ pacis perturbator*; *Luc.* 23., verba sunt Bened. XIV. *Lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 2. Voluit autem Christus vocari Seductor *ad solatium servorum suorum, quando dicuntur seductores*; uti animadvertit S. Augustinus *in psalm.* 63. *v.* 7.

48 Quum ergo rem licitam, imo debitam ageret nullo modo sese, suosque *gravi periculo exposuit*. Ex accusantis namque oscitantia, ac mala sermonis intelligentia, non autem ex ipsius rei natura querela ad Præsides delata est (*Sum. Object. pag.* 1. §. 2.) Secus enim, & imprudentiæ redarguendus foret S. Philippus Nerius, qui, cum id sibi simile accidisset non modo a convocando cœtu, sed ab ipsis audiendis Confessionibus prohibitus fuit; ceu refert Baccius in *Ejus vita lib.* 1. *cap.* 16. §. 5. *ad* 11. ibi = *Arguebant quod ad septem Urbis Ecclesias NIMIA CONSTIPATUS HOMINUM CATERVA INCEDERET &c. Qui autem acrioris erant ingenii PUBLICÆ TRANQUILLITATIS PRÆTEXTU REM DAMNABANT, quod tanta personarum turba NON LEVIS DARETUR ANSA dissensionibus, ET TUMULTIBUS CONCITANDIS &c.* Unde Urbis Vicarius *Philippum accersiri jubet, quem accedentem acrius objurgat &c. cumque verbis asperius illum increpuisset præcipit, ut QUINDECIM DIES A CONFESSIONIBUS AUDIENDIS ABSTINEAT, ET NONNISI OBTENTA LICENTIA, ORATORII EXERCITATIONES PROSEQUATUR, NEQUE ULLO PACTO HOMINUM CŒTUS SECUM DUCAT, & nisi obtemperaret CARCEREM COMMINATUR: quin insuper loco discedere non permisit, NISI PRIUS JUDICIO SISTENDI CAUTIONEM PRÆSTITISSET*. Quid si tam severe habitus fuisset Alphonsus?

49 Sed ais *forte etiam peccatum est in docendo, iis adhibitis locutionibus quæ in pravum sensum poterant interpretari*, quia Patres Minimi, in quorum platea spiritualis habebatur collatio, *si credettero obligati a darne parte al Cardinale Arcivescovo sospettando male di questa Adunanza* (Animad. cit. §. 14.) Nihil certe tam sanctum est, quod criminari non possit. At in nostra facti specie cum res esset de removendo quodam religioso *Artigiano dalla SOVERCHIA MORTIFICAZIONE NEL MANGIARE, che gli avrebbe impedito il faticare per sostentamento della propria famiglia*, non Ven. Dei Famulus, sed *D. Giuseppe Porpora si vidde nella necessità di dirgli in tuono autorevole ed alto = Iddio vuol che mangi, mangia; e poi lepidamente soggiunse, e quando hai una costarella mangela, bon pro ti faccia. QUESTA ESPRESSIONE udita da alcuni Padri Paolotti dalle loro fenestre &c. fece si, che si credettero obligati a darne parte al Cardinale Arcivescovo* (*Summ. Object. pag.* 1. §. 2.) Hæc sane locutio tam clara est, recta, reique, de qua agebatur, accommodata, ut si Religiosi Viri eam bene percepissent, haud in pravum sensum extorquere potuissent. Sua ergo culpa Accusatores scandalum ceperunt, nullum vero Dei Famulus, Sociique dedere.

Si

(a) Summ. Obj. loc. cit.

50 Si vero res ad Vicariæ Præsidem delata est, id accidit, quia Cardinalem Archiepiscopum latebat *chi ne fosse il Capo*. Secus is accusationem rejecisset. Ubi enim rescitum est devoto illi conventui præesse Alphonsum satis jam in Urbe sanctitate, zeloque notum, tum Curiæ Fiscalis, tum Vicariæ Præses, tum ipse demum Archiepiscopus accusationis inanitatem agnovere. Nam devoti Alphonsi Socii coram Canonico Ecclesiasticæ Curiæ Fiscali quum dixissent = *che ci andavano per udir l'istruzzioni del Sacerdote D. Alfonso di Liguori, ALL' UDIR QUESTO esultò d'allegrezza il sudetto Canonico, e li mandò al Reggente, il quale restò SINCERATO ANCOR LUI ALL' UDIR NOMINARE D. ALFONSO DI LIGUORI . . . . . Il Cardinale ec. se ne consolò ec.* Quod si Archiepiscopus Ven. Alphonso præcepit, *che se ne fosse astenuto in avvenire*, non ideo ita præcepit quia peccatum in docendo fuisset, sed *affinchè sotto il manto delle pecore non si nascondessero anche i Lupi con fare dietro l'esempio suo vere maligne combriccole* (*a*) scilicet *di Luterani, che si sentivano in Napoli in quel tempo* (*b*). Sed in hocce eventu admiranda occurrit divini dispositio consilii, quia postea Alphonsus per totam Neapolitanam Urbem, auctorante Archiepiscopo, Oratoria erexit, *Cappellas* vocitant, in quibus per sese suosque morigeros Pœnitentes infimam plebeculam Fidei rudimentis imbuebat, easque Christianas Scholas ita direxit, & auxit, ut usque in hodiernum diem nostra religio maximum ex iis incrementum consequatur *Summar. Inform. pag.*206. §.277.

51 Ad *Fundationem Congregationis* SS. Redemptoris sermonem convertens sagacissima Animadversio §. 15. persecutiones, & contumelias in unum congerit, quas Testes ad tam salubberrimum instituendum opus patientissime tulisse Alphonsum enarrant. Sed inani labore. Apostolicos enim, quos alloquimur, viros profecto non latet, *quod omnes Sancti PRÆCIPUE SANCTIORES, ET ECCLESIÆ FRUCTUOSIORES*, inter quos certe Alphonsus novi Instituti Fundator, *semper persecutionibus, & calumniis patuerunt* uti totidem observat verbis Benedictus XIV. *lib.*2. *cap.* 41. *num.*1. Quamobrem Ecclesiæ Annales si quis evolvere contenderet, quotnam insectationes, quotnam criminum monstra, quotnam persecutiones, & calumniæ sanctis Viris, præsertim *Ordinum Fundatoribus* Cajetano Thienæo, Theresiæ, Ignatio Lojolæ, Josepho Calasantio, aliisque impictæ apparerent? Persecutiones enim sunt veluti Dei operis notæ, & characteres, ita ut vererer, ne nova Instituti Fundatio Dei esset opus si ad id Institutor nullis hominum obstaculis præpeditus fuisset; ceu patet ex iis quæ docte de more disserit Benedictus XIV. *lib.*3. *cap.*10. *num.*14. *ad* 16., maximeque dolerem, si in Causæ actis persecutiones non occurrerent, quas in hoc Canonizationum judicio fere necessarias authumat idem Sapientissimus Pontifex *lib.*2. *cap.*41. *& seq.*

52 Sed doctissimi Censoris sensus cum nostris apprime congruunt, quippe qui, licet indigna commemoret nomina quibus fuit insectatus Alphonsus, addit tamen *cit.* §.15. *init. MIROR in tanto negotio disponendo, maturando, absolvendo, ANIMI CONSTANTIAM, INVICTAM INTUEOR FORTITUDINEM*. Illud itaque unum quæ-

(*a*) Sum. Object. pag.2. §.5. (*b*) Cit. Sum. Object. pag.1, ante §.3.

quærit, *utrum satis prudens ejus fuerit consilium cum in opere suscipiendo, tum in eligendis mediis, tam ad illud perficiendum, quam ad præcavendum ne hac de causa excitarentur turbæ, neve offensiones &c.*

53 Quæ fuerit semita per quam Deus sibi dilectum Famulum ad novi Instituti Fundationem vocavit, ac veluti manu duxit, quæque prudens ratio quam in seligendis mediis ad illud perficiendum ipse selegit, fuse Testes enarrant *in Sum. Informat. num.9. de Fundatione per tot.* Quo vero amplissimos Judices hac molestia levemus totam facti seriem stricto calamo paucis verbis complectimur.

54 Interea dum Alphonsus in Schalensi Urbe Sacris Missionibus operam dabat, ab Asceterii Monialibus, quibus a SS.Salvatore nomen inditum erat, ad præludas confitentibus aures expetitur. Ceteras eas Virgines vitæ Sanctitate, ac cœlestibus charismatibus præcellebat quædam Maria Cœlestis nomine, quæ Nuceriæ Gynecæo reformato, ac Foggiæ Asceterio fundato decessit Sanctitatis fama commendatissima. Hæc, sacra exhomologesi peracta, Alphonso pandit divinam esse voluntatem, ut ipse relicta Neapolitana Urbe Evangelicis Operariis satis abunde instructa, Presbyteros congregaret qui rusticos homines in saltibus, ac præruptis montium locis sitos Catholicis præceptionibus erudirent. Ad hæc ille præ sua prudentia propriam imbecillitatem incusans, altercatione cum Moniali facta, illusionem veritus ab ea se expedivit. Verum homini de divina voluntate imprimis anxio hinc tot pietatis opera, quibus in Urbe sese exercebat, inde proposita sibi major rusticorum indigentia præ oculis obversabatur. Neapolim inde reversus eventum animique anxietates Moderatori suo P. Thomæ Pagano Oratorii Presbytero aperuit, qui eum de re tanti momenti *P. Ludovicum Fiorillo* e Dominicana Familia sanctitatis fama ubique celebratissimum consultum misit. Is ubi Alphonso, licet sibi ignoto, fit obviam, ultro de divina voluntate Eum certiorem facit, ad exequendum opus excitat, persecutiones prædicit, & ad constantiam erigit. Suam ergo mentem utpote a Moderatore, & a Schalensi Episcopo *Sanctorio* probatam, avunculo suo *Jacobo Cavalerio* Trojæ Antistiti, Canonico *Julio Torni* viro doctissimo suoque Præceptori, ac tandem *Thomæ Falcoja* Stabiorum Episcopo, in asceticis experientissimo, juxta ipsius Moderatoris consilium Alphonsus aperuit. Vix autem novæ Fundationis rumor Neapolitanam Urbem pervaserat, statim persecutionum fluctus quos Fiorillus Alphonso prædixerat, exorti sunt. Nam Consanguinei non modo, imprimisque Genitor, sed affines item per urbanam amicorum studia, per Archiepiscopi auctoritatem Cardinalis Pignattelli, perque demum ipsas irrisiones, & indigna nomina eum a proposito avocare pertentant, ceu fuse deponunt Testes relati in *Sum. num.9. de Fundat.*, ac præsertim ipse objectus Testis I. *Proc. Apost. S. Ag. in cit. Sum. Informat. pag.*117. *ad* 120. Et Testis II. *Proc. Ord. Nuc.* de propria exper. uti Socius V.S.D. in Fundatione *cit. Sum. pag.*125. *& seq.*

55 Sed jam ex ipsa facti historia probe intelligitis AA. Patres media illa selegisse Alphonsum in Fundatione exequenda, quæ Prudentia proponit ad divinam agnoscendam, & exequendam voluntatem, quæque sunt, haud *innixi Prudentiæ suæ*, sed consulere Moderatores, doctos-

etosque Viros, iisque obtemperare uti tradit Card. Bona *in Manuduc. ad Cœlum cap.*22. §.3. = & Benedictus XIV. *lib.*3. *cap.*24. *numer.* 7. Hinc Testes omnes eximiam hanc Alphonsi Prudentiam in disponendo, maturando, absolvendoque arduo Fundationis negocio uno ore testantur, inter quos.

XI. Testis *Proc. Apost. Nuc. Sum. Informat. pag.*486. §.36. ibi = *Spiccò con maniera particolare questa EROICA SUA PRUDENZA nell' istituzione della sua Congregazione fra tante contradizioni affidatosi a Dio, ed ai CONSIGLI DI QUELLI, CHE VENERAVA IN LUOGO DI DIO la condusse felicemente a fine.*

I. Testis *Proc. Apost. S. Agathæ* cujus verbis utitur Animadversio (*a*) *Sum. Informat. pag.*494. §.108. ibi = *Somma, e speciale Prudenza dimostrò il Servo di Dio FONDANDO LA NOSTRA CONGREGAZIONE; non si determinò ad effettuarla senza RACCOMANDARSI A DIO, e consigliarsi in Napoli con persone di spirito, e di un merito singolare sopra tutto non* DIEDE PASSO SENZA DIPENDERE DAL PROPRIO DIRETTORE, *e senza il pieno permesso del P. Maestro Fiorillo Domenicano, a cui il Direttore erasi rimesso.*

II. Testis *Proc. Ord. Nuc.* Socius V. S. D. in Fundatione *Sum. Inform. pag.*126. §.173. *Dopo che si consigliò con molte persone dotte, e pie in Napoli su tal punto, e specialmente col manifestare tuttociò al* SUO CONFESSORE, E DIRETTORE P. PAGANO *della Congregazione dell'Oratorio, costui lo riunise al* P. LUDOVICO FIORILLO GRAN SERVO DI DIO *dell' Ordine Domenicano, onde prese il P. Fiorillo qualche tempo brevissimo per accertarsi della volontà di Dio, finalmente lo assicurò,* CHE QUESTA ERA LA VOLONTA' DI DIO, E CHE L' AVESSE PURE MANDATA IN ESECUZIONE, *con dirgli, come me lo disse lo stesso nostro Servo di Dio, che non avesse Egli dubitato, che fidasse nel Signore, e si buttasse tutto nelle sue mani &c.* Et §.176. *Meditando di partir subito, e tornare in detta Città di Scala ad eseguire la divina disposizione, ecco che si armò tutto l'Inferno per frastornarla &c.*

56 Neque vero *excitatæ* inde *turbæ* argumento sunt haud V. Virum prudentem fuisse in seligendis mediis ad Fundationis opus absolvendum. Secus enim imprudentes omnium Ordinum Fundatores (quod absit), qui in iis stabiliendis seculi, infernique hostis persecutiones, & tribulos passi sunt. Sed ut proposito insistam; ad Divinam voluntatem jam sibi a Moderatoribus panditam executioni mandandam separari debebat Alphonsus a Patre, Matre, fratribus, affinibus, exire de domo, Patria, & cognatione sua, ac ire in terram, quam monstraverat illi Deus, scilicet ad Schalensem Urbem, cujus Episcopus ad novum amplectendum Institutum sese ultro promptum obtulerat. Erat ergo indicendum bellum carni, & sanguini; juxta illud Christi Matth. 10. 34. = *Nolite arbitrari quia pacem venerim mittere in terram; non veni pacem mittere sed GLADIUM. Veni enim separare hominem adversus Patrem suum &c. INIMICI hominis DOMESTICI EJUS. Qui amat Patrem, aut Matrem plusquam me, non est me dignus.*

En

(*a*) Sum. Obj. pag.4. init.

57 Eu ltaque causa domesticæ persecutionis in Alphonsum exortæ jux.a P. Ludovici Fiorilli vaticinium, scilicet *i maggiori ostacoli, che ebbe il Servo di Dio furono dalla parte del Padre, per la perdita, che facevo di lui* (*a*). Qua de re ipse Ven. Dei Famulus suo Directori secreto pandidit = *Che una fiera tentazione soffrì dal proprio Padre vedendolo disposto a partire per Scala. Oltre delle lagrime, e degli AMICI, E PARENTI, CHE FRAPPOSE PER DISTORGLIERLO vedendo disperato il caso, e stando Egli sul letto, il Padre buttondosi anch' esso l'abbraccia, e PER TRE ORE CONTINUE tenendolo stretto piangendo ripeteva = Figlio perchè mi vuoi lasciare &c. Che in questa occasione s' intese nel cuore tutta ribellata la passione dell'amore verso un Padre, che tanto l'amava, che S' INTESE UN TREMORE PER TUTTE LE MEMBRA, ma che Iddio colla sua grazia lo mantenne costante, e fermo*, e solo Iddio, *disse*, poteva corroborarni in quel duro combattimento (*b*). Oh heroicum invictæ Fortitudinis exemplum æternis laudibus commendandum! *Miror animi constantiam, invictam intueor Ven. Alphonsi Fortitudinem*, præ stupore nobiscum una vel ipse Censor exclamat.

58 Quo vero nobiliores erant Alphonsi Parentes, & affines, utpote ex primoribus Neapolitanæ Urbis Proceribus, eo doctrina, ac dignitate præstantiores erant Viri, qui ei adversabantur, eoque validiora fuere obstacula ad ejus consilium impediendum. Hinc indigna in eum conjecta nomina; hinc probra; hinc *fù stimato matto, pazzo, ossesso, illuso* (*Animod. §. 15., & 17. in fin.*) Hinc demum *taluni anche dal Pulpito &c. ecco dicevano un uomo così illuminato, ove si è ridotto &c.* (*Sum. Obj. pag. 4. §. 7.*) Nec mirum. Ita profecto accidit etiam S. Theresiæ. Nam *in novæ Reformationis Institutione quam dum inchoare tentaret GRAVES, & indignati* TESTES ADVERSUS ILLAM INSURREXERUNT &c. IN CONCIONIBUS PRÆDICATORES *aliqui in eam* INVEHEBANT &c. *quod fuit* CONTINUATUM *in prædictæ novæ Reformationis institutione* (*c*), ac ipsa Theodidacta Virgo scripsit *in suo vita cap. 29.* quod = *Molte persecuzioni ho passate. Imperocchè tanto certo pareva ad alcuni, che io fossi indemoniata, che mi volevano scongiurare.* Id etiam Sancto Ignatio Lojolæ in Galliis accidisse legimus (*d*) dum Societati instituendæ incumbebat, ubi *ab aliquot* ILLUSTRIBUS THEOLOGIÆ DOCTORIBUS *decreto proposito usque adeo* LACERATA, AC TANTAM IN INVIDIAM ADDUCTA SOCIETAS EST, *ut eam non modo profanum vulgus, verum etiam* CONCIONATORES IPSI QUOTIDIANIS PROBRIS, ET CONVICIIS E SUPERIORI LOCO PROSCINDEBENT.

59 Verum non omnes, qui se Alphonso præbebant infensos, ad id Parentum industria, votisque, sed *privato* item *studio* ducebantur; inter quos P. Ripa Synensium Collegii Institutor, ut in *Summar. Object. pag. 4. §. 9.* ibi = *Maggior guerra gli fece il P. D. Matteo Ripa. Costui essendo ritornato da Roma, e saputa la risoluzione del Servo di Dio, NE MORIVA DI PENA, VEDENDOSI MANCARE*

(*a*) Sum. Inform. pag. 108. §. 66. & per tot. num. 9. de Fundat.

(*b*) Sum. Inform. pag. 120. §. 141. & pag. 123. §. 157.

(*c*) Apud cit. Bened. XIV. lib. 3. cap. 20. num. 25., & cap. 30. n. 15.

(*d*) In ejus vita conscripta a P. Maffejo lib. 3. cap. 9.

NELLA SUA CONGREGAZIONE UN SOGGETTO DI TANTA VAGLIA, CHE PORTAVA TUTTO IL PESO DELLA SUA NUOVA FONDAZIONE &c. non mancava in publico, ed in privato rimproverarlo di tal supposta sciocchezza, unendosi anche i rimproveri di tutti gli altri CONGREGATI. Sic item *molti disapprovarono una tale impresa, parte* DISPIACENDOLI DI PERDERE UN MISSIONARIO DI TANTA VAGLIA *in quella Città, e parte per le tante difficoltà dell' impresa per un Uomo, che avendo rinunciato alla Paterna Primogenitura, e vivendo del tutto povero temevano, che non ne potesse riuscire con onore* (Summ. Informat. pag. 112. §. 90.). Hoc ipso privato studio, & ambitionis æstu ducti Consodales Missionarii Congregationis de *Propaganda Fide* nuncupatæ, Alphonsum ex eorum albo delere, & Cappellania qua potiebatur privare tentarunt, licet Archiepiscopi Cardinalis Pignattelli auctoritas id exequi pro imperio vetasset; ii scilicet *diedero in tale smania* CREDENDOSI DECADUTI DAL PREGIO, CHE IN NAPOLI SI GODEVANO *per aver intentato il Servo di Dio una mossa così stravagante*. Sed Archiepiscopus privatam illorum passionem optime novit, ac Præsidi significavit, *gli disse* SI VEDE, CHE E' RABBIA, *e non contenti di averlo denigrato nella riputazione gli vogliono togliere anche il pane, intendendo la Cappellania* (cit. Summ. Object. pag. 5. §. 11. & 13.) imo vero eos ambitionis impetu obcœcatos sapienti dilemmate illuminare sategit dum ait = *Perchè venirsi a questo?* ad Cappellaniæ scilicet privationem? *O Iddio benedice l' impresa di D. Alfonso Liguori, e sarà GLORIA VOSTRA; o Iddio non vuole una tal opera, e si dirà, che abbia tentato, e non ottenuto una cosa buona: NON CAPISCO OVE SI FONDA QUESTO VOSTRO DISONORE*, uti narrare pergit idem Test. I. *Proc. Apost. S. Agathæ fol.* 294. ex quo animadversio in *Summ. Objectionali* deprompta est.

60 Non ergo Dei Famuli culpa turbæ excitatæ fuere, sed vel Genitoris sollicitudine, vel privato aliorum fine studioque, vel insano illorum consilio qui, ut humana sapientia fert, tantum opus haud perficiendum sibi suadebant ab eo qui, familiæ primogenitis abdicatis, omnique ope destitutus unis divinæ providentiæ thesauris inniteretur. Et sane *deridetur Justi simplicitas &c. Quid namque STULTIUS VIDETUR MUNDO, QUAM PAUPERTATEM QUÆRERE, POSSESSA RELINQUERE &c. Hæc Justorum simplicitas deridetur quia ab hujus mundi sapientibus puritatis virtus FATUITAS creditur*; inquit S. Gregorius Moral. *lib.* 10. *cap.* 16. *in cap.* 12. *Job.*

61 Neque Ven. Virum incuses quod in tam gravi negocio proprium Pastorem consulere neglexit *Animad.* §. 16. Nam primum dicam neglexisse quia *ad id non tenebatur*; quemadmodum aperte docuit Sapientissimus Pontifex Benedictus XIV. in sua Epistola ad Card. *Quirinum* data die 14. Januarii 1747. (*a*). Querebatur enim idem Cardinalis suæ Diœcesis Archidiaconum, ipso invito, Societatem Jesu fuisse ingressum; a Pontifice propterea postulabat ut declararet Clericos non posse absque Episcopi licentia Religionem ingredi. At doctissimus Pontifex eidem respondens docuit nulla lege Clericos, qui Curatum

(*a*) In Bullar. Bened. XIV. tom. 2. pag. 169.

ratum Beneficium non habent, teneri Episcopum certiorem facere de Religionis ingrediendæ proposito; eò vel magis *si id omittant vel ob metum reverentialem, vel quia timent a proprio sancto proposito revocari*; Imo eos ad perseverandum esse confirmandos, quam impediendos ut in *Cap. Clerici* 19. *quæst.* 1. *ex Conc. Tolet.* 10. & fusius in *cit. Epistola*, Alphonsus itaque nullo potiebatur in Neapolitana Urbe Curato Beneficio, neque ibi fundationem aggredi cogitabat, ad quam Neapolitanum Antistitem adire teneretur. Ex ipsa item Animadversione §. 16. patet non adlisse *ob metum reverentialem: stando sommamente occupata non aveva voluto incommodarla*. Ex actis vero aperte liquet eos qui Alphonso adversabantur, omnia apud Antistitem contulisse studia, ut ipsum a proposito revocarent, *non mancarono di portarsi tutto fuoco dall'Emo Pignattelli per impedirgli l'andata &c.* (a). Quo quidem in eventu juxta Benedicti XIV. sententiam haud tenebatur Alphonsus Archiepiscopum consultum adire. Adiit autem Schalam profecturus, ut ejus imploraret benedictionem, quam is ultro impertitus est.

62 Ad hæc illud item accessit, quod *considerando il P. Fiorillo* (qui Alphonsi vocationem probaverat) *il gran fuoco, che in Napoli vi era per questo, e dubitando di essere anche esso preso in mala parte, e contradetto nelle opere, che aveva per le mani, GLI DISSE che non fosse più venuto da lui, e CHE NON LO NOMINASSE CON VERUNA PERSONA*, ceu narrat Idem objectus Testis 1. Proc. Apost. S. Agath. *Sum. Inform. pag.* 118. §. 132. En itaque causa, qua *principio* Alphonsus impositi sibi secreti tenax, nec Cardinali *Archiepiscopo*, nec ipsi suo avunculo *Canonico Gizzio*, nec Præceptori *Canonico Julio Torni* unquam aperuit vocationem suam, non modo a Conscientiæ Moderatore *P. Pagano*, sed etiam a celeberrimo Viro *P. Fiorillo* Ordinis Prædicatorum fuisse probatam; Quod si in tuendo *primum* secreto eximiam præseferat prudentiam, parem item ostendit postea in aperienda P. Fiorilli sententia, quam unam Adversarii expetebant. Nam ANGUSTIAVALO IL SEGRETO; IL PADRE FIORILLO NON ERA IN NAPOLI PER POTERLO CONSIGLIARE, *Avendo fatto capo dal P. Pagano stimò questi, che non era tenuto al segreto*. Se l'opera s'intraprende, *gli disse*, credendosi contrario il P. Fiorillo voi date uno scandalo = *Consultò ancora Monsignor Fortunato Vescovo di Cassano, e questi si uniformò al P. Pagano. Per l'opposto il P. Ripa diceva, che era tenuto al segreto, e così altri ancora &c. Questa disparità di voti AFFLIGEVA IL SERVO DI DIO, ed essendosi sù di ciò abboccato con Monsignor Amato Vescovo d' Ischia, questo gli disse, che avesse richiesto, e si fosse rimesso in tutto al parere di Monsignor Falcoja. Ritrovandosi questo in Ischia per li Bagni, colà SENZA PERDITA DI TEMPO si portò il Servo di Dio, e trovò uniforme il sentimento di Monsignor Falcoja a quello di Monsig. Fortunati, e del P. Pagano, RESPIRO' ALLORA IL SERVO DI DIO, ed essendosi presentato ai Canonici Gizzio, e Torni, costoro trà gli altri rimproveri gli dissero* = Se Fiorillo non ve l'approva Voi in coscienza come vi azzardate a dare questo passo? Non è così, *ripigliò il Servo di Dio*, quanto eseguisco, tutto mi viene approvato dal P. Fiorillo

(a) Proc. Informat. S. Agat. fol. 1075.

rillo ; e P. Pagano , e nel così dire esibì in mano del Zio non l'originale , ma la copia dell'anzidetta Biglietto del P. Fiorillo . RESTARONO ENTRAMBI ESSI CANONICI MORTIFICATI &c. = Anche l'EMINENTISSIMO PIGNATTELLI *inalamente la sentiva, ma avendo poi saputo , che era stata approvato un tal progetto dal Padre Fiorillo , dal P. Pagano , e da altri Uomini illuminati , SE NE DICHIARO' PROTETTORE* (a) . Hac itaque prudenti ratione V. Vir Fundationis opus ad optatum finem perduxit *ipso adprobante Archiepiscopo , plaudentibus iisdem qui ei se præbuerant adversarios , fatentibus spiritualis vitæ magistris a Deo fuisse ordinatum ad animarum bonum promovendum* ; ceu ipsa Animadversio testatur §. 18.

63 Qua Prudentia in fundanda sua Congregatione , eadem etiam in erigendis Domibus usus est ; Et sane eo libentius demonstrandum suscipimus lites illas, quas ad solidos viginti annos substinere debuit Alphonsus fuisse *justas , & necessarias* , eumque invitum , & reluctantem ne Dei opus desereret , suorumque jura tueretur , ad dimicandum coactum moderatione fuisse usum ; quanto clarius hæc ex ipsis illis Testibus constat , ad quos Animadversio nos provocat §. 18. *in fin., & in subjecta nota* .

Testis V. *Process. Apostol. Nucerin. fol.* 580. *exadvers. cit. Mi sovviene bene per causa di propria scienza , che il Venerabile Servo di Dio essendo Vescovo dovè portarsi in Napoli &c. per difendere tutta la sua Congregazione rabbiasamente attaccata dal fù Barone de' Ciorani* Sarnelli , *quanto dal fù D. Francesco Antonio Maffei assai prepotenti d' Ilicето con una lite ingiustissima colla quale di concerto minacciavano il totale distruggimento della Congregazione* , SENZA CHE IL SERVO DI DIO , O LI SUOI COMPAGNI GLI AVESSERO DATO MENOMO MOTIVO , O OCCASIONE ; *E veramente fù INGIUSTA questa lite , come si rileva da due capi principali della stessa lite , cólli quali si attaccava , non già la persona irreprensibile del Vescovo , ma bensì quella de' suoi Compagni, e Congregazione intera* . IL PRIMO CAPO SI RIDUCEVA ALL' OSSERVARSI DAL SERVO DI DIO , E SUOI CONGREGATI LA REGOLA APPROVATA DA BENEDETTO DECIMO QUARTO *di felice mem. , che non era stata esecutoriata nel Regno , ossia munita del Regio placito* . Il *SECONDO CAPO di accusa si riduceva, che i Missionarj avevano acquistati nuovi beni in comune dopo la proibizione fatta ad essi dalla felice memoria di CarloIII. allora Rè di Napoli nell'anno* 1752. *Il primo capo era vera , ed io sò per causa di propria scienza , che il Servo di Dio invigilò sempre sopra l' osservanza di detta Regola approvata dalla S. Sede , però come si poteva attaccare , e perseguitare la Congregazione da' contrarj per questo motivo* D' UNA COSA COSI' SANTA , E DOVEROSA ? *Il secondo capo ERA PIU' FALSO , perchè dopo tale Reale proibizione* NON MI COSTA , *che , nè dal Santo Vescovo , nè da nostri Congregati* SI ERA FATTO VERUN' ACQUISTO FIN ORA , E COSI' SINO AL DI' D' OGGI , *benchè come leggo nella nostra Regola approvata dalla S. Sede* SI POTEVA ACQUISTARE SINO ALLA SOMMA DI ANNUI DUCATI MILLE CINQUECENTO PER

(a) Verba sunt ejusdem Test. I. Proc. Ap. S. Agathæ relat. in Sum. Object. Proc. Ap. S. Agathæ fol. 291. & seq.

PER OGNI CASA ; *anzi il Servo di Dio nel fondare le Case aveva pensato di prima ottenere* IL REALE PERMESSO . *Sicchè il Servo di Dio* NESSUN MOTIVO CI POTE' DARE , *e nemmeno colla sua esteriore condotta , e perciò il* TUTTO SI SUPERO' GLORIOSAMENTE , *e lo stesso Rè Nostro Signore ha orricchito la Congregazione di molte grazie , e ne ha voluto con Regale dispaccio tre Fondazioni in Colobria .*

Testis XLIV. *cit. Proc. Ap. Nuc. fol.*3075. *ter.= Con una INGIUSTISSIMA lite era stato attaccato lo Congregazione fondata dal V. Servo di Dio SENZA CHE NE LUI , NE I SUOI COMPAGNI CI AVESSERO DATA OCCASIONE , ed unitamente agivano tanto il Barone de Ciorani , quanto il Signor Maffei d'Iliceto , e tendevano entrombi o distruggere la Congregazione &c. che minacciavono lo soppressione totale dello Congregazione sopratutto con due capi principali . Il primo che il V. Servo di Dio e suoi Congregati OSSERVAVANO LA REGOLA APPROVATA DALLA FEL. ME. DI BENEDETTO XIV. ma non esecutoriato in Regno = Il secondo , che i Missionarj ovevano fatti nuovi ocquisti in comune dopo lo proibizione ad essi fotta do Corlo III. di gl. me. nell' anno* 1752. = *IL PRIMO ero vero , ed il V. Servo di Dio sò , che vigilava sopra lo detto osservanza , MA GLI AVVERSARJ NON DOVEVANO , NE' POTEVANO PIGLIAR MOTIVO DI PERSEGUITARE LA CONGREGAZIONE . IL SECONDO CAPO poi di nuovi acquisti era AFFATTO FALSO . Poichè sebbene secondo lo stessa Regola opprovata AVESSE POTUTO ogni Casa della Congregazione ACQUISTARE SINO ALLA SOMMA DI RENDITA ANNUALE DI DUCATI MILLE , E CINQUECENTO ; pure per detto Reole proibizione de' nuovi ocquisti , NE' DAL SERVO DI DIO , NE' DA SUOI COMPAGNI SI , E FATTA SINORA VERUNA SORTE DI ACQUISTO , E PERCIO' GLI AVVERSARJ NON AVEVANO NESSUN MOTIVO DATO NE' DAL VEN. SERVO DI DIO , NE' DA SUOI INDIVIDUI DI MALMENARE LA SUA CONGREGAZIONE , e tanto più , ch' Egli aveva pensato PRIMA DI FONDARE LE CASE IN REGNO DI OTTENERE IL REALE PERMESSO , come in fotti ottenne per tutte . Stimò dunque il santo Vescovo portorsi in Napoli a difendere il minacciato eccidio alla suo Congregazione ; nell' atto che andoi io con esso a parlare al fu Presidente del Sogro Regio Consiglio , questi lo ricevè con molto onore &c. Ed allora fu , che il fu Avvocato , e poi Regio Consigliere Patrizio rinunziò di parlare contro la Congregazione , ed a favore degli avversorj dicendo ad uno de' contrarj (come fu riferito dall' Avvocato Celano nel giorno appresso a Monsignore , me presente) COME VOLETE CHE IO PARLI IN UNA CAUSA CONTRO UN PRELATO COSI' ACCREDITATO in Napoli , e bene appreso da Ministri , e contro una Congregazione DE' PADRI MISSIONARJ COSI' RISPETTABILI , e quindi da ivi in poi mutò ospetto la Causa nè ne ho inteso più parlare .* Id item repetunt ceteri Testes locis ad quæ Animadversio appellat .

64 Excogitarine , darique potest , Sapientissimi Suffragatores , magis *justa* , magis que *necessaria* causa , qua V. Fundator vel invitus , ac relu-

reluctans, ne Dei opus deseruit, suorumque jura negligeret, ad dimicandum cogeretur ? Sed hisce in litibus, quas *gratis* passus est, admirabilem, ac prorsus heroicam *moderationem*, seu, ut rectius loquar, heroicam charitatem, ac adversariorum dilectionem ostendit; ceu Testes abunde deponunt, ac speciminis loco.

IX. Testis Proc. Apost. Nuc. fol. 943. ter. & seq. = *Sò, che in tutto il tempo di questa lite* (a Barone Sarnelli excitatæ) MAI LASCIO' DI PREGARE *per la Congregazione*, E PER CHI LA PERSEGUITAVA. MAI PARLO' IN DISCAPITO DEL DETTO SIGNOR BARONE, *ma tutte le volte, che ne veniva pregato di qualche cosa ove non vi era offesa di Dio* CONDISCENDEVA MOLTO VOLENTIERI, E VOLEVA, CHE SE LI FACESSERO TUTTE LE ATTENZIONI. *Sò pure di certa scienza, che il V. Servo di Dio sostenne delle gran persecuzioni* EVIDENTEMENTE INGIUSTE *da D. Antonio Canonico Maffei, e più da D. Francesco Antonio di costui Nepote cercando a tutto potere* CON IMPOSTURE *di contravenzione a Reali ordini &c. distruggere affatto la Congregazione non meno, che quella Casa sta sita nella Terra d' Iliceto fuori le mura. Si mostrò sempre serenissimo il Servo di Dio sotto tali tribolazioni, si difese con somma desterità* SANTAMENTE SENZA TOCCARE, O LEDERE ANCHE DA LONTANO LE PERSONE DI CODESTI CALUNNIATORI. *Scopertasi da Sagri Tribunali la sua innocenza non meno che de' suoi compagni per special providenza di Dio* NE RIPORTO' FAVOREVOLI, E GLORIOSI DECRETI, *con i quali* SEMPRE PIU' SI STABILI' LA NOSTRA CONGREGAZIONE. *Sò, che il Servo di Dio fra questo tempo pregò, e fece pregare con ordinare, che in tutte le Case si recitasse il* Qui habitat in Adjutorio Altissimi, *si per la Congregazione, che per li di lei persecutori*, NE' SI AVESSE SINISTRI AFFETTI CONTRO DE'MEDESIMI, NE' SI CERCASSE DELLE CALUNNIE APPOSTEGLI IL MERITATO CASTIGO, *con ricorrere ai Giudici, anzi* NON LASCIO' DI FARE TUTTO IL BENE, CHE POTEVA, SPECIALMENTE A D. FRANCESCO ANTONIO PERSECUTORE; *Siccome sò, che questi una volta* PASSANDO DE'GRAN GUAI IN NAPOLI, *chiesto dal medesimo* IL SERVO DI DIO A SOCCORRERLO, MANDO' SUBITO A TAL OGGETTO IL P. D. CARMINE FIOCCA *di sua mia in Napoli, e dopo anni* CADUTO INFERMO SI COMPIACQUE, CHE UNO DE NOSTRI PADRI FOSSE ANDATO A CONFESSARLO IN SUA CASA, ED ASSISTERLO SINO ALL' ULTIMO FIATO, *e morto che fu, come carico di debiti, che assorbivano il doppio del suo Asse ereditario*, CHE SAREBBERO RIMASTI LI SUOI FIGLI IN MEZZO DI UNA STRADA PEZZENTI, E MENDICI, ORDINO' *al P. D. Antonio Maria Tannoja* A TUTT' UOMO OCCUPARSI PER SCRAVARLI DA DEBITI, E RESTITUIRLI NEL PRIMIERO STATO, COME IN VERO RIUSCI' FELICEMENTE *con gravissimi incomodi, e discapiti di sua salute, con monacare le di lui figliuole nel Monastero di S. Chiara di Foggia, e con restare i due maschi comodi non poco di beni di fortuna.* = Idem confirmat P. Tannoja *de facto proprio* in nostro *Summ. Infor. pag.* 433. *& seq.* §. 38.

65 Sic etiam Testis XXII, *ejusdem Proc. Apost. Nuc.* post lites relatas in *Summ. Object. pag.* 2. *in fin. & seq.* prosequitur *Proc. Ap. Nuc. fol.* 1267. eas tulisse Dei Famulum *con invitta pazienza, rassegnazione, egualità di animo con giungere* A FAR FARE PUBBLICHE PREGHIERE IN CORO DA SUOI INDIVIDUI PER I CONTRADITTORI, E CALUNNIATORI.

Testis denique XXXVII, *ejusdem Proc.* post litium narrationem, quæ legitur *in Summ. Object, pag.* 3. §. 5. *& seqq.* addit (Proc. Apost. Nuc. fol. 2443.) *Nondimeno sò per certa scienza, ch'Egli sopportò tutto allegramente con eguaglianza imperturbabile di spirito, e con allegrezza ajutandosi sempre coll'orazione, colla preghiera, e colla rassegnazione al santo Divino volere,* E TRATTANDO SEMPRE CON DOLCEZZA, ED AFFABILITA' I SUOI AVVERSARJ; *onde* SI VIDDERO POI I SUOI STESSI NEMICI RICONCILIARSI CON ESSO LUI.

66 Sed & *alterum demonstrandum est*, addit Animadversio §. 19. *Ven. Virum ut primum in uno, alterove loco sui Instituti domum fundare cogitabat, ab iis non declinasse regulis, quæ prudentia duce servandæ erant ne a cœpto desistere cogeretur, neve immaturo consilio turbas, quæ scandala gignunt atque peccata, in se, suosque concitaret.* Sed nil magis in actis commendatum legitur, quam exquisita V. Ligorii Prudentia in novis Domorum Fundationibus aggrediendis (*Summar. num.* 20. de Prudentia, & passim Testes super *art.* 233.) Unum demonstrandum restat, quod *iis in eventibus* dumtaxat, quorum Animadversio meminit ab ejusdem prudentiæ regulis Dei Famulus non declinaverit. Quum enim inferni hostis mos sit, omnem movere lapidem, ne Apostolici Viri e suis faucibus animas eripiant, hinc si novas Ordinum institutiones non valuit, eorum saltem *propagationem* impedire conatur. Qua de re S. Theresia *Virorum, ac Mulierum Monasteria ædificavit adversantibus plerumque, ac contradicentibus Principibus, & Potestatibus Seculi* (*a*) S. Josephus Calasantius tam acerba, & adversa pertulit post sui Ordinis institutionem, *ut vineam a se tanta labore, ac studio plantatam &c. DISSIPATAM jam, atque a singulari fero PENE EXTERMINATAM conspexit* (*b*). Ut tandem de ceteris sileam, S. Ignatius Lojola dum Romæ suæ Societatis Domum fundabat *animi altitudinem ostendit IN ACERBISSIMIS vicilu cujusdam INJURIIS perferendis. Namque is ut nostros in proximam sibi domum immigrasse cognovit, cum Ignatium, sociosque, ut ALII MULTI, SINE CAUSA PESSIME ODISSET &c. variis artibus patientiam hominis exercere constituit . . . Cum hæc maxime ageret vicinus ultro IGNATIUM, AC SOCIOS TOTA URBE instituit CRIMINARI &c. CUPIDISSIMOS, qui in alieno solo non contenti male parta ingenti pecunia domibusque per falsam religionem occupatis, possessiones in dies continuare, seque ipsum patriis ædibus pene per vim exturbare contenderet* (*c*).

67 Pari

(*a*) Verba sunt ss. me. Gregorii XV. in Bulla Canoniz. apud Fontanin. pag. 307.

(*b*) Uti narrat ss. me. Clemens XIII. in Bulla Canoniz. pag. 388.

(*c*) Uti refert Maffejus in Vita S. Ignatii lib. 3. cap. 9.

67 Pari quoque arte invidus Cacodæmon novæ hujusce Missionariorum Congregationis propagationem impedire, ac V. Fundatoris Ligorii patientiam defatigare conatus est. Propterea Animadversor scribit §. 19. = *audio ipsum ambitionis, atque rerum temporalium cupiditatis fuisse insimulatum; audio minas de evertenda fundata Domo; audio vel Ecclesiæ usum ei, sociisque interdicium.* Sed ab ipsis Testibus, a quibus hæc Animadversor audit, audimus item hujusmodi turbas in Nucerina fundanda domo adversus innocentem Alphonsum excitatas non ab ejus immaturo consilio, vel rerum temporalium cupiditate duxisse originem, sed a prava potius cupiditate quorumdam hominum, qui pium Legatum a defuncto Viro, Alphonso suisque relictum concedere renuebant; Audimus etiam V. Virum nulla rerum cupiditate ductum ad compescendas turbas legatum heroica liberalitate abdicasse, ipsosque æmulos in sui amorem, ac Instituti obsequium adduxisse.

Et sane Testis XXII. *Proc. Apost. Nuc.* hujusce persecutionis causam aperte fatetur in ipsomet *Summario Objectionali* (*pag.* 3. *num.* 3., & 4.) ibi = *Nella fondazione di questa Casa di S. Michele* (Nuceriæ) *si mossero alcuni malevoli ora defonti a contrariare la fondazione* A CAGIONE DI UNA PORZIONE DI BENI LASCIATI DA UN PIO DEFONTO PER ALIMENTO DEGL' INDIVIDUI; Attamen V. Alphonsi prudentiam vere eximiam, vereque heroicam probat, addens = *Ma il Servo di Dio confidato nell' onnipotenza del suo Signore con animo generoso* RIFIUTO' IL DETTO APPANNAGGIO, *e così quietò i Parenti contrarj del medesimo defonto, e così si quietò la turba de' malevoli da essi lasciati, che arrivarono a minacciare di voler metter fuoco a questa Casa senza colpa del Servo di Dio, e suoi Compagni. Arrivò ancora' Egli colla sua invitta pazienza, civiltà, carità, e prudenza a riconciliarsi gli animi di quesii Emoli, che addivennero li suoi più familiari amici, e veneratori in tutto il tempo della sua vita.*

Testis XXVIII. *ejusdem Processus fol.* 1538. *ter. & seq.* ita eventum enarrat = *Il nostro V. Servo di Dio patì molte persecuzioni nel principio della Fondazione di questa Congregazione, e sopratutto nella Fondazione di questa Casa di S. Michele ritrovandomi io di locazione ne Ciorani, dove allora ancora dimorava il Servo di Dio, ascoltai la persecuzione suscitatale dal Clero di questa Città di Nocera, il cui capo fu il quondam Rettore Curato della Chiesa Parrocchiale di S. Felice D. Domenico di Majo, ma tutto per invidia, e motivo d'interesse per una piccola Massaria donata al nostro V. Servo di Dio* PER VITTO, E MANTENIMENTO DEGLI INDIVIDUI *di questa predetta Casa dal fu D. Francesco Contaldo anche fu Rettore Curato di d. Chiesa Parrocchiale di S. Felice.* INTESI IO COLLE PROPRIE ORECCHIE; *che il predetto Servo di Dio ciò udendo* PROTESTANDOSI, CHE NON VOLEVA LITI, E DISSIDJ *fece avvisato i Padri, che stavano per la novella Fondazione di detta Casa, che se ne fossero ritornati nell'anzidetta Casa de' Ciorani colla pace di Dio,* ED AVESSERO RINUNCIATO LA DETTA MASSERIA. *Ma poi lode a Dio intesi, che colla* RINUNCIA DI QUESTA SI CALMARONO LE COSE, *venne la pace,* SI FONDO' LA CASA, *ed il predetto fu Rettore di Majo si ri-*

riconciliò col Servo di Dio, ed ammirando LA PAZIENZA SUA *nel sopportare tante calunnie sparse contro i suoi Individui, e se medesimo FU d'indi in poi* AMICISSIMO, E CONFIDENTE DEL DETTO SERVO DI DIO.

Id etiam repetit Testis XLIII. *ejusdem Processus fol.*2889. ubi post narratam persecutionem concludit; AMMIRANDO LI STESSI MALEVOLI *la bontà, pazienza, dolcezza, innocenza, e carità del Servo di Dio, e de'suoi Compagni si arrestarono da passi falsi sin ora dati*, CESSARONO DALL'IMPEGNO *contrario*, E FECERO TUTTI A GARA DI CONCORRERE *all'opera di Dio, e benchè fossero stati li detti Padri spogliati della sopraddetta Eredità del predetto Signor Rettore Contaldi, pure FIDATI i medesimi Padri col Servo di Dio* NELLA DIVINA PROVIDENZA *seguitarono la Fabrica di questa Casa* SENZA VERUN UMANO APPOGGIO, *o umana entrata, ed è addivenuta questa Casa di S. Michele la* PIU' MAGNIFICA, LA PIU' VASTA, E LA PIU' BELLA *delle altre della d. Congregazione. Mi ricordo io* FARE A GARA GLI UOMINI, E DONNE *di ogni ceto, e condizione a carreggiar pietre, ed altri materiali per la Fabrica, ed i Muratori* GRATIS FATICARE *per veder presto compita la Chiesa, e l'abitazione per i Padri.* I STESSI MALEVOLI *poi, ora tutti passati all' Eternità, conosciuta* LA VERITA', E LA SANTITA' *del Servo di Dio* SPONTANEAMENTE SI RICONCILIARONO *col medesimo, addivennero* I SUO PIU' CONFIDENTI AMICI, *onorarono la sua virtù, e tennero* UN ALTO CONCETTO DEL DETTO SERVO DI DIO *mentre visse, secondo io ne sono Testimonio oculare.* His cohaerent alii quamplurimi Testes (*a*).

68 A Nuceriæ Domus fundatione ad aliam gressum faciens ornatissimus Censor, quam V. Alphonsus ad ruricularum salutem aggressus fuerat in quadam Villa, quam vulgo nuncupant *de Schiavi*, pro sua ingenuitate, ac sapientia, *non me commovet*, inquit, *quod refert Testis I. Proc. Apost. S. Agathæ in quella* (fundatione) *della Villa, che poi dimise fu attaccato &c. dai malevoli ch'esso, e li suoi si godevano una donnaccia &c.* PERVERTITA LA DONNA *attestò questo anche in giudizio.* Merito quidem sagacissimus Vir hacce calumnia haud se commotum fatetur, quia, ut addit cit. §. 19. in fin. INIQUUM EST ID VEL LEVITER SUSPICARI, *ipsaque improba fœmina Dei punitionem non effugit, calumniamque detexit.* Nam ut idem Testis pergit (*fol.* 563. *exav. cit.*) *Iddio alla Donnaccia, come mi attestò il medesimo Arciprete le rese* INVERMINITA LA LINGUA, *e tale, che non fu* PIU' CAPACE DI SACRAMENTO, *ancorchè la miserabile* SI RIVOCASSE CON TUTTI *dell asserita impostura.* Iniquum item est vel leviter id suspicari de sancto illo viro, quem *baptismalis Innocentiæ* stolam candidam, uti acceperat, Creatori suo reddidisse omnes Confessarii testantur *Sum. Infor. num.*17. *pag.* 388. *& seq.*

69 Verum quum Dei Famulus domum illam Villulæ *Captivorum* deseruerit, Animadversio veretur §. *cit.* quod non satis prudens fuerit in aggrediendo, nec cogitaverit num ei vires suppeterent ad perficien-

E dum,

(*a*) Proc. Apost. Nuc. fol. 378. 2158. 2234. 2251. ter. & seq., 2573. ter. 1539. alibique passim.

dum, sed perperam. Constat enim eà ipsa prudentia, qua aggressus fuit opus, eadem, immutatis circumstantiis dimisisse. Sed præstat ad id audire Testem XXXII. *Processus Apost. Nucerini, qui fol.* 1920. *ter. & seq.* ita eventum enarrat. *Sò bene, che il nostro Ven. Servo di Dio Fondatore Monsig. de Liguori dovè soffrire varie contradizzioni, ed ostacoli nella Fondazione sopra tutto della Casa eretta nella Villa de' Schiavi Diocesi di Cajazzo. Imperocchè si suscitò contro il Servo di Dio, e la sua Congregazione tanto DA' PARENTI DEL PIO DEFONTO, IL QUALE CON SUA DONAZIONE AVEVA FATTO UN PIO LEGATO PER LE SANTE MISSIONI per i Paesi sopratutto abbandonati di spirituali ajuti IN QUELLE CONTRADE, e di altri MALEVOLI UNITI CON ESSI, a cui dispiaceva PER LORO FINI PRIVATI, ed interesse la fondazione di quella Casa di Missionarj, la quale era QUASI GIA' RIDOTTA A PERFEZZIONE, temero ricorso al loro Padrone per dismettere quella Fondazione, ed arrivarono anche a MINACCIARE DI VITA i nostri Padri Fondatori per così spaventarli, e farli lasciare detta Fondazione; onde il Ven. Servo di Dio avendo ciò inteso, pro bono pacis, E PER NON VEDERE I SUOI ESPOSTI A QUALCHE GRAVE PERICOLO previo MATURO CONSIGLIO DEL FU MONSIGNOR FALCOJA Vescovo di Castellamare di Stabbia, ordinò a' suoi, che avessero abbandonato quella Casa, e si fossero ritirati in altre Case della Congregazione. Anzi essendo io andato colà a missionare dopo più anni in quella Terra* SENTII COLLE PROPRIE ORECCHIE *le predette contrarietà* SENZA VERUNA CAUSA DATANE DAL VEN. SERVO DI DIO, NE DA' SUOI COMPAGNI, *anzi parlavano, e si ricordavano* CON TRASPORTI DI LODE, E DI STIMA DELLE GLORIOSE FATIGHE FATTE A PRO DELLE ANIME DI QUELLA POPOLAZIONE, *ed altri Casali vicini dal nostro Servo di Dio, e suoi Compagni,* DOLENDOSI DI AVER PERDUTO TANTO BENE *spirituale* PER CAGIONE ASTIOSA DI POCHI MALEVOLI, *de' quali* MI RACCONTARONO, CHE DIO *per giusto castigo per tanto bene perduto* NE AVEVA QUASI TUTTI CASTIGATI, *e coll' estinzione di qualche Famiglia contraria alla detta opera, che erano tutti trapassati all'altra vita.*

Cohæret etiam Testis XXII. ejusdem *Proc. fol.* 1267. ibi = *Arrivò anche a lasciare la Fondazione della Casa della Villa de' Schiavi Diocesi di Cajazzo, PER NON VEDERE OFFESO PIU' IL SUO DIO CON TANTI SPERGIURJ, E TESTIMONIANZE FALSE, CONTUMELIE, IRRISIONI, E BESTEMMIE contro la sua persona, e de' suoi Compagni, E TUTTO FECE COL CONSIGLIO DEL FU MONSIG. FALCOJA Vescovo di Stabbia, CONTENTO BENE DI NON ESSERE VOLONTA' DI DIO DI SUSSISTERE QUELLA CASA COLLE OFFESE DEL SUO SIGNORE ec. Fra poco spazio di tempo* FURONO PUNITI QUEI CONTRADITTORI, *che arrivarono anche a* MINACCIARE DI VITA *il Servo di Dio, e Compagni,* CHI CON MORTE ACCELLERATA, CHI CON POVERTA', *ed anche* COLLA DESTRUZZIONE DELLA FAMIGLIA, *ed i loro* SUCCESSORI PIANGONO ANCORA LA LORO DISGRAZIA *nell' aver perduto tanto bene, cioè l'ajuto spirituale dell'Individui del Servo di Dio.*

Aper-

70 Aperte ergo liquet eximia Ven. Alphonsi Prudentia in opere aggrediendo. Nam pius defunctus Vir *con sua donazione aveva fatto un pio Legato per le sante Missioni per i Paesi sopratutto abbandonati di spirituali ajuti in quelle Contrade*; vires ita sibi suppetebant ad perficiendum, ut *quella Casa di Missionarj era quasi già RIDOTTA A PERFEZZIONE*. Ejus autem dimittendæ consilium haud causam repetiit ab immatura operis aggressione, sed ab iniqua machinatione illorum, qui legatum persolvere debebant, scilicet *de' Parenti del pio defonto, e de'malevoli uniti con essi, a cui dispiaceva* PER LORO FINI PRIVATI, ED INTERESSE *la fondazione*, quique *arrivarono anche a* MINACCIARE DI VITA *i PP. Fondatori*. Prudenti ergo ratione Ven. Vir Domum illam, licet jam pene perfectam, deseruit *per non vedere i suoi esposti a qualche grave pericolo*; quemadmodum de Christo Domino observat Chrysost. hom. 66. alias 65. in Jo. = *Cum odio haberent eum, & ita odio haberent, ut occiderent*, SUPERFLUUM ERAT PERSISTERE *renitentibus illis*: deseruit *per non vedere offeso più il suo Dio con tanti spergiuri, e testimonianze false, contumelie, irrisioni, e bestemmie*; deseruit quia novit *non esser volontà di Dio di sussistere quella Casa coll' offese del suo Signore*; deseruit, sed *tutto fece col consiglio del fu Monsig. Falcoja Vescovo di Stabbia*. Libere dicam: imprudens fuisset, nisi suis jussisset, *che avessero abbandonato quella Casa, e si fossero ritirati in altre Case*. Egisset enim contra Christi mandatum Apostolis, aliisque Evangelicis Viris datum *Lucæ* 5. *ibi* = *Misit illos prædicare &c., & ait ad illos . . . quicumque non receperint Vos EXEUNTES DE CIVITATE ILLA ETIAM PULVEREM PEDUM VESTRORUM EXCUTITE in testimonium supra illos*. Quare ipse Deus Famuli sui Prudentiam cohonestavit; quippe malignantes debita pœna multavit, vel penitus exterminavit. Eorum vero filii Parentum peccata portantes spiritualem perniciem adhuc amare plorant.

71 Quem hactenus prudentem in fundando, & propagando Instituto eumdem æque prudentem in sua Congregatione regenda prosequamur. Tantum enim abest, ut imprudentiæ nævo notandus sit Alphonsus propterea quod ex sodalibus quidam vel in Theologicis sententiis, vel in regiminis ratione aliquando eidem adversaretur (*Animad. §. 20.*) ut potius protervi Sodalis audacia, ac Ven. Fundatoris immerito lacessiti Prudentia ex ipso eventu apertissime pateat. Adeius namque Prudentiam probandam Testis factum enarrat (*Proc. Ord. Nuc. fol. 1931. exadv. cit.*) *Più volte un Sacerdote zelante della Congregazione contrariavalo o nelle sue dottrine, o sentenze di Teologia morale, o per altri punti regolari appartenenti al buon governo della Congregazione*; *Egli* CON PRUDENZA EROICA *lo sentiva, e* CON SOMMA PAZIENZA SOPPORTAVA TUTTO *senza punto dimostrare, o dispiacere, o impazienza di tutto quello, che gli veniva detto, e* MOLTO AMAVA QUESTO PADRE *Sacerdote SINO A CONSIGLIARSI CON LUI, di che io più volte ne fui testimonio di vista, in modo che siccome* RESTAVO EDIFICATO DALLA VIRTU' DEL SERVO DI DIO, *così scandalizzato dall'indiscretezza di quel Padre*.

72 Res per se clara est, nec ulla indiget explanatione. Ideo enim Presbyter ille subditus Præsidem suum petulanter vexabat, quia *indiscreto*

zelo ductus ab eo expetiisset, ut vel minimos quosque Regulares defectus *severa* reprehensione redarguisset. At Dei Famulus ille non erat, ut Animadversio metuit §. 22. *qui nimio fortasse zelo certans pro Reguluri observantia ultra debitos fines processerit*. Nam ipsemet Vicarium suum monuit quod in moderandis alumnis regularis disciplinæ observantia ita zelanda est, ut in nimium rigorem non sit excedendum = *bisogna esser geloso, scrisse una volta al P. Villani, in sostenere l'osservanza delle Costituzioni, ma non bisogna esser tale, che si dia nell'estremo vizioso &c.* (*Proc. Ord. S. Agath. fol.* 1207.) Quamobrem S. Franciscus Salesius, cujus lenitatis spiritum Alphonsus hauserat, ajebat, se *experientia jamdudum comprobasse* EX LENITATE MAJOREM *semper emergere* UTILITATEM, *& viam hanc* MELIOREM, *facilioremque esse*, ceu refert Benedictus XIV (*a*). Imprudenter ergo unus sodalis ille Præsidem suum redarguebat, qui Congregationem tam exquisita Prudentia regebat, ut de aureo suo gubernio universi, singulique sodales apprime contenti mò pacis, & unitatis spiritu ducebantur (*b*). Quoniam vero Ven. ipse Alphonsus, etsi doctrina nemini secundus, Magistri tamen personam nec cum ipsis inferioribus induebat, ita ut sententiæ suæ haud tenax vinci magis, quam vincere exoptaret, imo tam industrie soleret sermonem dirigere, ut quod sapienter dicere voluisset, ab aliis dici satageret (*c*), hinc in relato etiam eventu heroicam humilitatem, heroicamque Prudentiam ostendit, subditum in Theologicis Sententiis oppositorem sustinens, *senza punto dimostrare o dispiacere, o impazienza di tutto quello, che gli veniva detto, e molto amava questo Padre Sacerdote, sino a consigliarsi con lui*; Quamobrem quum illud heroicæ virtutis sit, ut spectatorem in sui trahat admirationem, Testis ipse fatetur, quod *siccome restavo edificato della virtù del Servo di Dio, così scandalizzato dall'indiscretezza di quel Padre*.

73 In Prudentiam peccasse Alphonsum Animadversio veretur §. 20. propterea quod *Concionatori jussit, ut concionem abrumperet, & e suggestu descenderet, eumque per triduum a faciendo sacro suspendit, ac non alia fuit tanta indignationis causa nisi elegans & perpolitus stylus, quo ille in oratione utebatur*. Sed si facti seriem tantisper audiamus, heroica Viri Prudentia summis laudibus commendanda occurrit. *Aveva a sagrilegio* inquit Testis I. *Process. Apost. S. Agathæ* (*d*), *il predicare ampolloso di taluni, chiamava questi tali inimici di Gesù Cristo, e traditori della divina parola. Giovanetto il nostro P. D. Alessandro di Meo* SPAZIAVASI *in giorno predicando di Maria SSma sull'onore ricevuto dalle* SIBILLE, *e dagli* ARGONAUTI, *e simili. A tempo entra in Coro il Servo di Dio, e ci ero io presente, se non fu preso da una colica si stimò miracolo. Credette la predica* NON UN ONORE PER LA VERGINE, MA UN POSITIVO DISGUSTO. *Non potendolo più soffrire gli fè intimare di spezzare la predica, e balarsene dalla Cattedra, ed oltre ad una pe-*

(*a*) De Canonia. lib. 3. cap. 41. num. 4. circ. fin.

(*b*) Ut in Sum. Inform. tit. de Prud. locis citatis in *nostra Informatione pag.* 118. §. 406. *& seq.*

(*c*) Sum. Inform. tit. de Humil. & in Exposit. Virtut. pag. 138. §. 286.

(*d*) Sum. Informat. pag. 432. §. 372. animadv. cit.

pesante correzzione per tre giorni lo pose in silenzio, e privollo della Messa. FU QUESTA UNA SCUOLA *per tutti noi giòvani.*

74 Egregie quidem prudenterque ad adolescentis illius emendationem, & ad aliorum exemplum. Non eleganti enim, & perpolito stylo usus ille fuit, sed inapposita, & peregrina eruditione; utpote qui Mariæ laudes exponens dissernit *sull'onore ricevuto dalle Sibille, e dagli Argonauti.* Quid ineptius afferri poterat in concione habita ad populum, ad rudes fœminas, rurioulasque, quemadmodum erat illa, quam Nuceriæ Juvenis Missionarius instituebat? *Il Popolo* scribit eloquentissimus Orator Muratorius (*a*) *è composto per lo più d'ignoranti, se voi gittate a questo Popolo* DOTTRINE, E RIFLESSIONI ASTRUSE, *e vi valete di parole, e frasi lontane dal comun intendimento, che profitto sperate da Gente, che non arriva ad imendervi? Perciò non sarà mai secondo le Regole; e secondo LA VERA ELOQUENZA il costume di coloro, che in vece di confarsi col fievole intelletto di tanti suoi Uditori, sembra, che studino di farsi capire da soli Dotti, quasi che si vergognino di farsi intendere anche dalla povera Gente, la quale non ha minor diritto alla parola di Dio, che li Sapienti.* Et Benedictus XIV. Concionatores ita monet (*b*). *Ne labor irritus sit earum rerum similitudines adhibeant, quæ Auditorum captui accommodatæ videantur. Sibi ante oculos ponant Salvatoris exemplum, qui coram Populi multitudine verba faciens parabolis utebatur, & sine parabolis non loquebatur eis.*

75 Quemadmodum vero Romæ Philippum Nerium, ita Neapoli Deus Alphonsum dedit, qui verbi Dei prædicationem promoveret, non in *sublimitate sermonis, nec in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis*, juxta Apostoli monitum *ad Cor.* 1. 2., qui protestabatur *Non judicavi me scire aliquid inter vos, nisi Jesum Christum, & hunc Crucifixum.* Et sane de S. Philippo Nerio scribit Baccius (*c*). *Rerum omnium opificem in Urbe Roma per Servum suum Philippum novum quemdam ac peculiarem Verbi Dei enunciandi excitasse modum hoc est* POPULAREM, *& quotidianum.* Et num. 6. *Eos vero, qui ad hujusmodi munus admittebantur voluit a subtilium rerum quæstionibus abstinere, ac themata proponere popularia ad cujuscumque captum facillime accommodata &c. Quod si aliquando audiisset proponi argumenta nimis difficilia, vel eos nimis compte ornateque dicere, utpote qui non tantum auctoritatem, verum etiam apud suos retinebat imperium, ut* MOX E SUGGESTU DESCENDERENT IMPERABAT.

76 Quod Philippo licebat, nonne licebat Alphonso? Inter Canonizatum enim, & Canonizandum nulla distinctio est; uti apposite docet Benedictus XIV. *lib.* 3. *cap.* 41, *num.* 19. Imo vero dicam, si Philippo pro auctoritate, & imperio, quo inter suos pollebat, *semper* imperare licebat oratoribus ut abrupta concione e suggestu descenderent cum compte ornateque dicebant; cur non licuit Alphonso qui pari auctoritate, & imperio inter suos pollebat, ut id *semel* imperaret Oratori qui non compta duntaxat oratione, sed *peregrina, & inapposita* eru-

(*a*) In Opusculo inscript. *Eloquenza Popolare.*

(*b*) Bened. XIV. Institut. Eccles. 27. nu. 16.

(*c*) Baccius in vita S. Philippi cap. 19. numer. 5. 4.

eruditione de Mariæ gloria dicebat? Si licebat Philippo in Alma Urbe Roma, quæ eruditis, scientiisque excultis auditoribus abundat, cur non licuit Alphonso in Ecclesia sui Collegii extra muros Nuceriæ siti, ad quam ruriculæ imperitæque fœminæ plerumque confluunt? *Oh volesse Dio*, opportune hic pro sua Causa exclamat ipse Ligorius (a) *oh volesse Dio, che tutti i Superiori facessero quel che scrive di S. Filippo Neri l'Autor della sua vita lib.1. cap.19. num.6. Comandò il Santo a coloro, che raggionavano, che non entrassero in materie scolastiche ec. quando sentiva toccare cose troppo sottili, o curiose li* FACEVA SCENDERE DALLA SEDIA, *ancorchè fossero stati al mezzo del Sermone*.

77 Sed hic Alphonsi zelus vel ipsum egregium Animadversorem in sui traxit admirationem, & laudem. Haud enim potuit, quin scriberet §.21. = *Equidem optandum, ut qui sacris Missionibus animas Deo lucrifacere student eo utantur stylo, qui divino convenit eloquio, nec nomen sibi aveant conciliare &c. Hinc NUMQUAM SATIS LAUDANDUS EST V. DEI SERVUS, qui hanc methodum voluit servari a suis, & ut ab aliis servaretur vehementer concupivit, quod ut obtineret librum inscripsit, evulgavitque* de Concionatorum Rethorica =. Neque vero ex allato eventu illud sequitur, quod Ven. Vir *quemlibet eloquentiæ flosculum, & politioris styli ornamentum a sacris concionibus* voluerit eliminatum. Non enim hoc nomine suum redarguit Alumnum, sed quia, uti dicebamus, *spaziavasi sull'onore ricevuto dalle Sibille, e dagli Argonauti*. Quamquam, si eloquentiæ flosculos, & politiorem stylum a sacris Missionibus eliminatum voluisset, quid inde? Quærebat ille animas, non inanem sui gloriam, dicere solitus: *Se il Popolo basso non mi capisce a che ragionarlo in Chiesa? Non voleva periodi lunghi, ma incisi, e chi giunge in mezzo alla predica capisca di che materia si parla. Non voleva scelterza di parole, maggiormente se ASTRUSE*. Perchè si ha da dire dorso, *diceva*, e non spalla? perchè vestigie, e non pedate? perchè maggione, e non Casa? (b) Nonne hoc ipsum præceptum Apostoli est, qui 1. *Cor.* 14. 9. scribit = *Nisi manifestum sermonem dederitis, quomodo scietur id quod dicitur? Eritis enim in aera loquentes*. Nonne S. Thomas Aquinas docebat, quod *tam apertus debet esse sermo docentis, ut ab intelligentia sua nullos quamvis imperitos excludat?* (c) Nonne idipsum S. Vincentius a Paulo suis Alumnis strictè præcipiebat, *ed a questo proposito solea portare l'esempio di GESU' CRISTO, il quale benchè avesse potuto spiegare i Misteri Divini con concetti proporzionati alla loro sublimità, essendo Egli la Sapienza dell'eterno Padre, si era nondimeno servito di* TERMINI, E SIMILITUDINI MOLTO COMUNI *per accommodarsi alla capacità del Popolo, e lasciare a noi il VERO MODELLO di spiegare la parola di Dio* (d).

78 Non hic vero Animadversioni finis; Redarguit enim illa (cit. §.21.) V. Ligorium, quod *invitato in Napoli a voler fare un sermone familiare in una rispettabile Congregazione di Missionarj &c. entrò ancora circa lo stile, che in qualcheduno si vedeva adulterato in quella*

(a) Ven. Ligorius in sua Epistola sulla Predicazione Apostolica con semplicità §. 5.
(b) Sum. Informat. pag.432. §.371.
(c) Auctor vitæ S. Thomæ lib.3. cap. 5.
(d) Vita di S. Vincenzo de Paoli cap.XI.

quella Congregazione, e da tanti, come diceva, si cercava imitare un certo famoso Oratore, ed accendendosi di zelo incaminciò ad inveire contro questo disordine, e tra l' altro disse: Io mi contento, che N. N. stia in Purgatorio sino al giorno del Giudizio per questo stile, che adottò nelle sue orazioni Panegiriche.

79 Ex hujusmodi narratione primum objicitur damnandam non esse in concionibus eloquentiam, quia *eloquentia, stylus, figuræ vim addunt orationi*; Neque id Ligorius negat, qui in sua Epistola typis impressa ad Regularem amicum ita scribit (*a*), *l'ordine è sempre necessario in tutti i sermoni. Anche* E' NECESSARIA L'ARTE ORATORIA *usando quando bisogna ancora e* TROPI, *e* FIGURE; *e perciò V.R. avrà osservato, che io nell'opera mentovata degli Esercizj a Preti parlando nella Terza parte del modo di predicare nelle Missioni, per istruzzione de nostri Giovani vi ho posto un* SUCCOSO RISTRETTO DELLA RETTORICA. *Ma benanche nell* ELOQUENZA POPOLARE (dice il Muratori) SI ACCORDANO I PRECETTI DELLA RETTORICA, *purchè servano al Predicatore per muovere gli ascoltanti, non a* LODARLO, E RIEMPIRLO DI VENTO, *ma a far essi vita Cristiana.* DEESI *bene* USARSI L'ARTE ORATORIA *soggiunge il Muratori; ma* SENZA FARLA CONOSCERE, & prius §.4. *Non si nega, che* IN TUTTE LE PREDICHE DOBBIAMO AVVALERCI DELLA RETTORICA *ma quale, dimando, è il fine principale, che predicando dobbiamo avere nell' usar l' arte oratoria? Certamente egli non è altro, che di persuadere, e muovere il popolo a mettere in esecuzione quel che noi predichiamo* = In Encyclica etiam, quam ad suos alumnos Episcopus misit anno 1773. *Proc. Ord. S. Agathæ fol.* 1180. *exadv. cit.* ita scripsit = *Ognuno si levi da testa quel* FUMO MONDANO DI VOLER COMPARIRE *come gli altri, e meglio degli altri* SINO NEL PREDICARE LA PAROLA DI DIO. *Non voglio affatto il predicare polito con periodi, e parole scelte, che sono la peste della Predica* (*b*), *di questa maniera si perderebbe a poco a poco* LO STILE, FAMILIARE, E SEMPLICE, *col quale le nostre Missioni* HAN FATTO *per divina misericordia* PRODIGJ DI CONVERSIONI *di anime &c. anche ne discorsi di qualche Santo bisogna servirsi dello stile familiare, e semplice in lodare le virtù del Santo, e poi ricavarne a proposito delle riflessioni Morali utili al profitto degli Uditori; ma comporre, e recitare il sermone con semplicità di stile senza tuono, e parole gonfie, e ricercate.* DOBBIAMO PREDICARE GESU' CRISTO CROCIFISSO NON GIA' NOI STESSI; LA SUA GLORIA, NON LA NOSTRA VANITA'.

80 Quid clarius ab ipso met Ligorii ore didicimus, quam non eum a concionibus eleminatam voluisse eloquentiam, figurasque Rethoricas, sed potius damnasse Oratorem, qui iisdem utitur, non ad movendos Auditorum affectus (quod unum concio spectare debet) sed ad incitandum populum *a lodarlo, e riempirlo di vento?* atque id ipsum dam-

(*a*) Lettera I. ad un Religioso amico del modo di predicare all' Apostolica, quæ prostat post opus cui tit. Sermoni &c. per tutte le Domeniche dell'Anno §.35.

(*b*) Ipsismet verbis utitur S. Franciscus Salesius *Lett. l. Tom. 1. cap. 5*, ibi: *I periodi lunghi, parole polite, gesti affettati, e simili sono peste della Predica.*

damnat etiam Angelicus *Opusc. Cap.* 19, ibi = *Qui eloquentiæ principaliter studet, homines non intendit inducere ad imitationem eorum, quæ dicit, sed dicentis* = Perbelle item scribit doctus Natalis Alexander commentans verba Apostoli 1. *Cor.* 2. 1. *Veni non in sublimitate sermonis*, ibi = *Quid mirum si nullum fructum faciunt plerique, qui prædicationem* IN ELOQUENTIÆ SECULARIS ARTIFICIO, IN PERIODORUM COMMENSURATIONE, IN VERBORUM LENOCINIIS, *humanæque rationis excursibus totum collocant?* EVANGELIUM NON DOCENT, SED INVENTA SUA. JESUM CRUCIFIXUM NESCIUNT, *Academicos Oratores lubentius sibi proponunt imitandos, quam Apostolos, & apostolicos viros &c.* TIMEAT (Concionator) NE *superbia sua gloriæ humanæ, plaususque captatione*, AC OSTENTATIONE ELOQUENTIÆ DEI OPUS IMPEDIAT. *Quo major ejus humilitas, quo minor in mediis humanis fiducia, minor eloquentiæ secularis affectatio, eo major spiritui, & virtuti Dei ad conversionem animarum locus datur.*

81 Nil ergo mirum si V. Alphonsus in familiari sermone habito Neapoli ad Missionarios *entrò ancora circa lo stile, che* IN QUALCHEDUNO SI VEDEVA ADULTERATO IN QUELLA CONGREGAZIONE, *e che da tutti si cercava imitare un certo famoso Oratore, ed accendendosi di zelo tra l'altro disse: Io mi contento, che N. N. stia in Purgatorio sino al giorno del Giudizio per questo stile.* Ex contextu patet accitum fuisse Dei Famulum ad habendum familiarem sermonem *in una rispettabile Congregazione de Missionarj*; patet ergo prius illorum Præsidem exorasse Ligorium, ut verba faceret *circa lo stile, che si vedeva adulterato in quella Congregazione*: Si adulteratus, ergo contra Regulam illius Congregationis, quæ ab illi simplicitatem præcipiebat; Quum vero *habeat ipsa legis mutatio, quantum in se est, detrimentum quodlam communis salutis &c. in [illegible] quod ea, quæ contra comunem consuetudinem fiunt, etiam si sint meliora de se,* GRAVIORA *videntur*, ceu docet Angelicus 1,2. *quæs.* 97. *art.* 2. *in corp.* Ergo nimis castigate locutus Alphonsus fuit, cum dixit, qui primus inter sodales stylum adulteraverat dixit. *Mi contento, che stia in Purgatorio sino al giorno del giudizio per questo stile.*

82 Et sane quid aliud sonat *si vedeva adulterato*, nisi quod stilum simplicem olim ea in Congregatione ad spiritualem fructum ex regula institutum conversum fuisse in adulterinum fœtum humanæ laudis? Hinc S. Gregorius commentans illud Apostoli 2. *Cor.* 2. 17. *Non enim sumus sicut plurimi adulterantes verbum Dei* = ita scribit (Mor. l. lib. 2. cap. 17.) = *adulterari verbum Dei est ex eo non spirituales fructus, sed adulterinos fœtus quærere laudis humanæ.* Qui ergo verbum Dei per se vivum, & efficax eloquentiæ fuco adulterans spiritualem fructum non quærit, nonne saltem erit *in Purgatorio sino al giorno del Giudizio?* Horrendum est illud Ezech. 3. 18. = *Si dicente me impio impium morte morieris non annuntiaveris ei . . ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem ejus de manu tua requiram* = Adulterare autem calamistris ac seculari eloquentia verbum Dei, itaut illotæ, ac pauperes illud non percipiant, idem est ac illis non annuntiare. Unde S. Bernardus exclamat apud Ugon. Card. in Luc. 10. *Venient, venient ante Tribunal Viventis, ubi erit Pauperum accusatio, quorum vixere stipendiis, nec diluere peccata.* Finem tandem im-

po-

ponam cum docto Cornelio a Lapide qui in *Luc.* 6. 26. non dicit de adulteraute verbum Dei, *mi contento, che stia in Purgatorio sino al giorno del Giudizio*, sed uncialibus litteris affirmat, quod = *Prædicator, qui plausum quærit, non conversionem Populi*, HIC DAMNABITUR, *tum quia prædicationis officio ad laudem non Dei, sed suam abusus est, tum quia salutem tot animarum sibi creditam impedivit, & avertit.*

83 De Prudentia, qua Dei Famulus Congregationem regebat Animadversio iterum sermonem instituens (§. 22.) eum *nimio fortasse zelo pro Regulari observantia* certasse authumat, quia tyronem quemdam e Congregatione dimisit *per certi difetti di poco notabile peso, ma pregiudizievoli all' osservanza di allora*; nec non alterum adolescentem non *aveva in quel credito, che si voleva*. Exquisita vero planeque heroica V. Fundatoris Prudentia in regendis tyronibus non modo, sed sodalibus universis, tuendaque illorum vocatione, petenda potissimum est a sueta illius perpetua, constantique agendi ratione, quo rectius quis de illo, altrove eventu ferre judicium queat. Constat enim adeo tenacem fuisse, ac renitentem in indulgenda dimissionis venia iis, qui forte perseverantiæ dispensationem ab ipso supremo Præside juxta Regulam expetiissent, ut nonnisi *gravissima* urgente *causa*, non nisi prius per multas preces propitiato Numine, nonnisi tandem repetita sæpius gravi adhortatione ad perseverandum, petitam veniam impertiri consueverit; quo factum, ut plurimi nutantes alumni ad Patris monita in vocatione roborati, immutato consilio in Congregatione perseveraverint; uti deponunt plurimi Testes in nostro Summ. Informat *num.*20. *de Prudentia, & num.* 22. *de Regulari observantia*; nec non quoad postremam vitæ Epocam *in seq. Exposit. Virtut. pag.*91. §.166.

84 Nec minori studio, zeloque adolescentes tyronesque suos in vocatione, qua vocati erant, perseverantes tueri satagebat; adeo ut vel ipsa fateatur Animadversio §. 29. quod *arrivò sino per non far perdere la vocazione a qualche povero Congregato a contribuire alla necessitosa sua Casa sopra dell' elemosine delle Messe*. Tantum vero abest, quod Sodales a Congregatione dimitteret *per certi difetti di poco notabile peso*, quodque propterea nimio fortasse zelo pro Regulari observantia certasset, ut potius, ceu paulo ante innuimus, facilis ipse ab uno, alterove Regulæ præcepto institutove, si ratio suassisset, dispensationem indulgere consuevisset; quemadmodum patet ex contextu sermonis illiusmet Testis XXVI. *Proc. Informat S. Agathæ*, a quo Animadversio petitur *fol.*1206. *in fin. & seq.* ibi = *Era esatto ancora il Servo di Dio nell' esigger l'osservanza, ma non irragionevolmente restio quando conosceva in qualche caso esser necessario il dispensarci con talani*, E RIPROVAVA UN SOMMO JUS NE RESPETTIVI SUPERIORI; *anzi* SOGGETTI TALI, *ancorchè Uomini degni, e di somma edificazione*, NON SI VIDDERO MAI IMPIEGATI NEL GOVERNO DELLE CASE = Bisogna esser geloso, *scrisse una volta al P. Villani*, in sostenere l'osservanza delle Costituzioni, MA NON BISOGNA ESSER TALE, CHE SI DIA NELL' ESTREMO VIZIOSO: Le Costituzioni non sono dappiù de Precetti del Decalogo, vi possono esser de casi, ne quali sarà necessario il dispensarci, ed in questi casi, se si fa il contrario SI FA MALE,

LE, E NON BENE; intendo in certi casi rari, ne quali LA PRUDENZA ESIGGE ALTRIMENTI.

85 Tam prudenti ratione mitique ingenio Sodales suos regens Alphonsus pari Prudentia, planeque cælesti lumine ducebatur in admittendis, dimittendisque tyronibus. Respiciebant in id alii extrinsecas adolescentium dotes, ipse vero intrinsecam virtutem, intimosque sensus prudentissime introspiciebat; ceu vel ipse objectus Testis XXVI. *Proc. Informat. S. Agathæ* narrare pergit *fol.* 1207. *ter. & seq.* ibi = *Somma Prudenza dimostrò il Servo di Dio nell' accettare, o* LICENZIARE *di Congregazione i Soggetti. Non era amico de talenti straordinarj, ma cercava ne Soggetti una sufficiente capacità &c. Similmente esaminava tutte le altre qualità proprie per un Soggetto della nostra Congregazione.* TANTI, E TANTI, CHE DA ESSO NON FURONO AMMESSI, E SI STIMAVAN DAGLI ALTRI, SI VIDDERO *in sequela di tempo*, CHE REALMENTE NON ERAN BUONI PER LA CONGREGAZIONE, E TANTI, CHE DA NOSTRI SI VOLEVANO ESPULSI, *col tempo* SI OSSERVO', CHE IL SERVO DI DIO NON SI ERA INGANNATO IN SOSTENERLI. *Giovanetto il nostro P. D. Bernardo Maria Apice, perchè sanguigno, e tutto fuoco si vedeva dare in mille impertinenze, Tutti i Consultori, ed altri ancora non una ma più volte lo volevano fuori di Congregazione; ma il Servo di Dio* DISSIMULAVA LE SUE LEGGEREZZE, LE SOSTENEVA, E SI COMPROMETTEVA DI UN OTTIMA RIUSCITA. *Di fatti entrato in età matura si rassodò talmente, che* RIUSCI POI, *come è noto, quel* DOTTO, E GRANDE OPERARIO, *e così* ZELANTE DELL' ONOR DI DIO, E DELLA SALUTE DELLE ANIME.

86 Quamquam vero noxæ, quibus Ven. Fundator objectum tyronem a sua Congregatione exulavit, fuissent *difetti di poco notabile peso*, erant tamen *pregiudizievoli all' osservanza di allora*, illius videlicet temporis, quo Congregatio primam lucem aspiciens de bono nomine, uti Evangelicos Operarios maxime decet, sollicitior, quam alias, esse debebat, ita ut deposuerit Vener. Fundatoris Socius P. Joannes Mazzini (*fol.* 338, *Proc. Informat. Nuc.*) quod *si è sempre vissuto, e si vive sin oggi per divina misericordia da tutti con* UNA VITA IRREPRENSIBILE, *non potendo permanere in Congregazione chi non vive irreprensibilmente non essendovi in essa altro castigo, che l' espulsione*. Cavendum propterea erat, ne irreprehensibile illud vitæ genus, ac rigida Regularis observantia, a qua decus, fama, stabilitas neonatæ Congregationis pendebat, ex Præsidum tollerantia sensim sine sensu languesceret, & relaxaretur. Qua de re defectus illi, qui videbantur *di poco notabile peso*, quia tamen erant *pregiudizievoli all' osservanza d' allora*, maximæ erant noxæ severissima coercitione puniendæ, ut bene S. Anselmus de *similit. cap.* 122., *& in Epist. 6. ad Monach. Cistercien.* Card. Bona *de princip. vitæ Christianæ cap.* 40. ubi agendo de Religioso statu inquit = *Nihil in hoc negligendum, nam parva remissio* MAXIMA JACTURA *est &c. quam noxia est omnis, vel minima Regularis disciplinæ relaxatio*; & late Rainaud. *oper. Tom.* 17. *pag.* 72. de neglectu *minimorum*; Qua de re *Inguibert. in Theol. del Chiostro Tom.* 1. *cap.* 12. *pag.* 284. in Superiore maxime commendat *riprendere fortemente in un Religioso un fallo esteriore, e piccolo per se stesso* PARAGONANDOLO *alla Santi-*

tà

tà di Dio, ALLA PERFEZZIONE DEL SUO STATO &c. Idque etiam docet V. Ludovicus a Ponte *Tom.4. de Christ. perfectione tract. cap.* 20., et Cornelius a Lapide in illud *Cantic.* 2. 15. = *Capite nobis Vulpes parvulas, quæ demoliuntur vineas*, scribit = *Parvæ Vulpes sunt relaxationes Regulæ, & disciplinæ in rebus parvis &c. hæc enim nisi corrigantur serpunt, crescunt*, ET MAGNÆ EVADUNT *ut tandem* OMNEM REGULAM, ET DISCIPLINAM EVERTANT.

87 Frustra vero Animadversio putat Ven. Fundatorem correctiones, monitionesque non adhibuisse antequam tyronem a sua Congregatione exulasset. Quamvis enim hoc Testis non exprimat, non inde tamen necessario consequitur, ex trita illa juris regula: *Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse*, de qua Rota *decis.* 728. *num.* 8. *cor. Molin.* Constat enim Ven. Præsidem non modo paternas, repetitasque monitiones adhibere fuisse solitum priusquam veniam discedendi a Congregatione iis indulgeret, a quibus expetebatur (*ex locis superius cit.*) sed etiam constat quod Sodalium defectus resciens *non mancava subito* AMMONIRE, E CORREGGERE PATERNAMENTE, *e punire ove il bisogno richiedesse &c. corretto, e gastigato che aveva si mostrava tutto bontà, ed affezzione verso di quelli stessi, li chiamava, li commandava, come se mai li avesse o corretti, o mortificati, ne mai sò che alcuni di questi non li sia restato più affezionato, ed obbligato*, uti narrat alter ex V. S. D. Confessariis Testis I. *Proc. Ord. S. Agathæ fol.* 171. *ter.* = Constat tandem quod *con i Giovani studenti mostrà sempre un impegno particolare per di. loro avvanzamento più nello spirito, che nelle lettere &c. sentendo &c. qualche mancanza nell' osservanza incaricava il Prefetto di AVVISARNELI in suo nome*; ex cit. Teste *fol.* 172. 1. & *ter.* = Si ergo hæc erat sueta Ven. Dei Famuli agendi ratio, & regula juris est, quod *id factum præsumitur, quod fieri consuevit*, constat admonuisse prius tyronem vel per se, vel per ipsum objectum Testem XXII. *Proc. Ord. Nuc.*, qui Novitiis præerat; postquam vero nulla supererat emendationis spes, e sua Congregatione exulasse; qua de re vel ipse Testis penes Animadversionem (§. 22.) ex hoc heroicam demiratur Ven. Fundatoris Prudentiam. *Da Maestro de Novizj notai la SUA GRAN PRUDENZA in avermi fatto cacciare dal Noviziato un Giovane &c.*

88 Neque valde contumeliosam Animadversio appellet (*cit.* §. 22.) expressionem illam, qua Ven. Vir de eodem juvene loquens usus est, *che la sua conversazione noceva più che dieci Eretici, e cento Demonj*: Nam non palam, & publice id dixisse constat, sed cum ipso objecto Teste, qui erat *Maestro de Novizj*, quique declarat sibi uni ita eum fuisse loquutum, *dicendomi, che la sua conversazione &c.* Quum ergo illius esset adolescentulum exulare, poterat utique; imo debebat Ven. Alphonsus eumdem Tyronum Magistrum commonefacere de communi spirituali damno quod ceteris tyronibus ex illius conversatione, societate, familiaritate, & exemplo fuisset obventurum, nisi morbida illa pecus ab ovile arceretur; ut bene Suarez de statu Relig. *Tom.* 4. *lib.* 10. *cap.* 9. *num.* 13. ibi = *Propter magnam Societatem, familiaritatem, quæ inter Religiosos esse solet, provenit, ut exemplo unius facile alii corrumpantur*. Hinc ne multitudo laederetur, penitusque corrumperetur, extremo expulsionis remedio

opus erat, instar cancerosi morbi, qui cito vel membri abscissionem vel ustionem deposcit. Hujusce autem significandæ rei gratia aptiore uti nequibat Dei Famulus comparatione, quam ea petita ab Hereticis, Diabolisque. Ab his enim utpote manifestis hostibus se quisque oculatus procul arcet, & cavet, eorumque suggestiones vitare maxime satagit, juxta illud Hieron. (*in Epist. de suspect. contub.*) = *quis unquam juxta viperam securos somnos capit* ? Secus autem est de contubernale Religioso, cum quo familiariter ceteri vivunt, quique si sub ovina pelle intrinsecus lupus fuerit, pravo exemplo totum ovile perdit, & majorem animabus perniciem affert, quam decem manifesti Heretici, Dæmoniumque centena. Unde S. Bernardus in *Sermon. de Pass. D.* scribit = *Non tibi videtur GRAVIOREM Christus substinere PERSECUTIONEM suggestione maligna*[], *EXEMPLO PERNICIOSO, scandali occasione ab eo, qui pervertit animas, quas redemit, QUAM A JUDÆO, qui sanguinem suum fudit* ? Et S. Leo scribit *Serm. 9. de Quadr.* quod = *plus periculi est in insidiatore occulto, quam in hoste manifesto.*

89 Infelix tandem exitus illius adolescentis, quem e Congregatione exulavit Alphonsus, eximiam suam prudentiam comprobavit : Nam ut narrat objectus Testis XXII. *Proc. Ord. Nuc. fol.* 1540, *exad. cit. L'esito infelice di detto giovane, il quale in seguito facendo il Governatore fu* AMMAZZATO, E BRUCIATO *maggiormente mi conferma, si sia il Servo di Dio regolato con Prudenza, e lume più superiore, che umano in tal fatto.* Etiamsi vero Dei Famulus hoc infortunium haud antea prænunciasset, eventus tamen probat eum intimas illius pravi cordis latebras penetrasse, propterea que agnovisse non ils esse præditum bonis moribus, quos in suis ipse Alumnis exquirebat ; quod quidem heroicam illius Prudentiam, ac plane divinam ostendit. Neque addas (cit. §. 23.) *quod miser ille si ex eo non fuisset ejectus Christianæ perfectionis asilo &c.* infortunium evitasset : Hoc enim nimis probat. Probat enim in Regulares Ordines cooptandos esse cujuscumque furfuris homines, etiamsi pernicioso eorum exemplo ceteri corrumpantur, ac Regularis disciplina relaxanda foret, quod quidem nemo est qui non videat quam sit absurdum. Illius itaque culpæ, vitioque tribuendum, si ab eo christianæ perfectionis asilo fuerit ejectus, à quo ejectus non fuisset, si cum sancto Alphonsi Instituto vitam, moresque suos composuisset.

90 Ad alterum eventum quod spectat alterius Adolescentis, *ch' esso* (Ven. Fundator) *non aveva in quel credito, che si voleva* (Animad. *cit. §. 22., & seq.*) ex integro contextu patet objectum Testem XXVI. *Proc. Inform. S. Agathæ* eventum ipsum in heroicæ Ven. Viri Prudentiæ argumentum retulisse. Ita profecto deponit (*fol.* 1206. *ex adv. cit.*) *Considerava ne Soggetti il Servo di Dio* IL MERITO INTRINSECO, *che si aveva, cioè la* VIRTU' PROPRIA, *e le proprie doti naturali, e non un qualche* MERITO ESTRINSECO, ED ACCIDENTALE. *Trattandosi un giorno di non sò che di uno de nostri Giovani, ch' esso non aveva in quel credito, che si voleva, ed avendogli detto un Padre* : Questo fu compagno del Fratello Biasucci ; *Rispose il Servo di Dio* : che importa questo ? anche Giuda fu compagno di Gesù Cristo = *Tante volte si riprovavano anche da Soggetti di senno taluna delle sue determinazioni, ma in seguito si vedeva quanto prudente era stato il Servo di Dio, e come da Dio*

ve-

veniva assistito nelle sue varie determinazioni. Quid autem clarius ex hisce verbis, & ex toto *contextu* patet, quam prudens fuisse Servi Dei judicium, nec non sinistram de illo opinionem ex eo processisse, quia Alphonsus illius cordis latebras intime perscrutatus id intuebatur, quod alii minime videbant? uti animadversio requirit (§. 23.) Secus enim Testis haud ex narratis conclusisset, quod *si vedeva quanto prudente era stato il Servo di Dio, e come da Dio veniva assistito nelle sue varie determinazioni*. Inepte autem Sodalis ille adolescentis probitatem ex eo arguebat, quod *fu compagno del Fratello Blasucci*, quod certe extrinseca quædam erat circumstantia. Optime ergo Ven. Fundator respondit = *che importa questo? anche Giuda fu compagno di Gesù Cristo* = ac si respondisset; tam falsum est hoc argumenti genus, quam falso quis concludere vellet haud Judam fuisse perversum quia fuit comes Jesu Christi.

91 Quod si Ligorius Judam appellavit Christi *compagno*, usus est ea locutione, quam sermo exquirebat, ut scilicet apposite responderet illi, qui dixerat adolescentem fuisse *COMPAGNO del Fratello Blasucci*. Haud autem improprie Judas dicitur *compagno di Gesù Cristo*, ex eo quod *Judas*, ut inquit Animadversio (§.24.) *ad apostolatum vocatus inter Christi discipulos numerabatur*. Vererer equidem, ne improprie appelletur *Discipulus*, nonnisi lato modo, qui erat *Apostolus*. Nam Apostoli erant tantum duodecim, discipuli vero septuaginta; Unde de Juda legimus *Matth.26. 24. abiit unus de duodecim Judas Iscariotas &c.* Apostoli quippe erant *compagni di Gesù Cristo*, quia illius societate, consuetudine, conversatione perfruebantur; discipuli vero non tam intima Christi societate gaudebant. Hinc S. Jo: Chrysost. *Homil.1. de proditione Judæ* §.3. advertit Judam non vocatum fuisse ab Evangelista discipulum, sed *unum de duodecim*, ut osteuderet Judam non prosilisse a communi discipulorum cœtu, sed peculiari illorum choro, qui erant Christi participes arcanorum, eique adhærebant; *Quid est*, inquit S. Doctor, *unum de duodecim? Hoc illi magno crimini vertitur, quod dicatur unus* de duodecim = *Etenim erant & alii Jesu discipuli numero septuaginta. Sed illi secundas habebant, illi non tanto fruebantur honore, nec tanta erant præditi fiducia, non tantorum erant participes arcanorum. Hi maxime probati erant, hic erat Regius chorus, hic cuneus MAGISTRO HÆRENS; ab hoc resiliit Judas.* Et seq. num.3. *vide quanta ex Judæ animo ejecerit, CONVERSATIONEM CONSUETUDINEM mensæ SOCIETATEM &c. in horum omnium oblivionem conjecit eum avaritia*; sic etiam maximam differentiam inter duodecim Apostolos, & discipulos erudite exposuit Dominicus Episc. Brixien. ad Pium II. de *Dignit. Episc. par.6.* Hinc tandem Benedictus Arias Montanus in *humanæ salutis monument. tabul.48. de legat. Apostolor.* sic Christum Apostolos alloquentem inducit = *oh mihi perchari COMITES, SOCIIQUE laborum, arcanique sacrarii magni &c.*

92 Quamquam non imperitæ fœmellæ, ignarive hominis Causam dicamus, sed docti Theologi, & Episcopi; objecit tamen Animadversio (§.24.) *quod iis utebatur vel in monendo, vel in docendo locutionibus, quæ certe erroneæ sunt si intelligi velint, prout verba sonant, atque idcirco &c. explicatione indigent, & interpretatione*,

ne. Quis vero est, qui vel loquens, vel audiens, non verborum sensum, sed nudum eorum corticem advertit? Sed quid hæc loquor? Cortex ipse verborum, quibus Dei Famulus usus fuit dum ait = *Che chi non stimava la Congregazione, e la Regola non stimava nemmeno Gesù Cristo, e che la Congregazione, e la Regola erano lo stesso di Gesù Cristo*; cortex, inquam, horum verborum, si propositio sui contextus integritati reddatur, a quo decerpta fuit, & obtruncata, errorem prorsus nullum involvet. Ita sane legimus *Proc. Apost. Nucer. fol.*2683. exadv. citat. = *Con eroica fortezza non permise mai, che si fosse introdotto alcun abuso anche minimo, contro le nostre REGOLE APPROVATE DALLA S. SEDE; solendo dire perciò, che chi non stimava la Congregazione, e la Regola, non stimava nemmeno Gesù Cristo &c.* Et clarius in *Process. Informat. S. Agathæ fol.*1084. exadv. citat., ibi = *Ebbe sempre in somma venerazione questa Regola approvata dal Sommo Pontefice Benedetto XIV., senza permettere ne' Capitoli Generali, che di tempo in tempo si sono tenuti, si fosse mai alterata in veruna cosa, e non solo l'osservò scrupolosamente esso medesimo, ma esigette sempre da tutti in ogni tempo con sommo rigore l'osservanza*. Chi non stima la Congregazione, *soleva dire*, e non stima la Regola non stima ne anche Dio.

93 Undenam erroris suspicio? Undenam illatio, quod Regula referenda sit in sacrum Evangeliorum Canonem? Nonne ex integro sermonis contextu patet dixisse Dei Famulum parvi illum facere Christi vocem, qui Regulam sperait ab ejus Vicario adprobatam? *Le nostre Regole approvate dalla Santa Sede* = *Questa Regola approvata dal Sommo Pontefice* = Quisnam ignorat Religionem, sive Ordinem Regularem continere de essentia tria vota Castitatis, Paupertatis, & Obedientiæ? uti docet S. Thomas 2. 2. *quæst.*188. *artic.*1. Quisnam ignorat tria hæc vota relata esse in Sacrum Evangeliorum Canonem, unde consilia *Evangelica* appellata, utpote immediate a Christo Domino proposita *Matth.* 16. 18. 19.? Quisnam ignorat, ceu scribit S. Thomas (*loco cit.*) Religionem significare statum perfectionis; propterea que eum, qui non obedit Religionis Regulæ, non obedire voci Christi dicentis *sequere me*? Quisnam ignorat Summum Pontificem dum Regulam aliquam adprobat, media proponere Ecclesiæ, viamque per illam sternere ad *Evangelicam* perfectionem assequendam? Ita porro scribit doctus Benedictus XIV. *lib.*3. *cap.*35. *num.*4., ibi = *Summus Pontifex aliquam approbans Religionem eam toti Ecclesiæ proponit, uti VERAM VIAM ad comparandam christianam perfectionem*. Quisnam Catholicorum dixerit Christi Vicarii vocem ipsius Christi non esse vocem? Nulla ergo explanatione indigebat Ven. Alphonsi propositio, *che chi non stimava la Regola (approvata dal Sommo Pontefice) non stimava nemmeno Gesù Cristo*.

94 Repugnat item satis notæ Alphonsi doctrinæ *durioremn* appellare, *si accipiatur uti jacet*, propositionem illam ab eo prolatam = *senza l'intercessione di Maria Santissima è QUASI IMPOSSIBILE, che uno possa salvarsi; e chi è devoto di Nostra Signora è IMPOSSIBILE, che possa dannarsi* (Animadv. §.25.) In verbis quippe Animadv.

madversio habet *Dei Famulum non aliud significare voluisse, quam devotionem illam, quæ cum operibus conjuncta est, quia sunt qui materialiter colentes Deiparam a culpis, peccandique consuetudine non abstinent falsa freti fiducia, quod cultus illi impensus ipsis profuturus sit ad salutem.* Sed tacentibus nobis ipsemet Ligorius morem Animadversioni gerens quo sensu objectam propositionem docuerit claris verbis exponit (*a*). *Questa proposizione forse a primo aspetto parrà ad alcuno troppo avanzata. Ma io pregarei costui a non condannarla prima di legger quello, che quì appresso io noterò in questo punto. Il dire*, che un devoto della Madonna è impossibile a dannarsi, NON S' INTENDE GIA' DI QUEI DEVOTI, CHE SI ABUSANO DELLA LOR DEVOZIONE PER PECCARE *con minor timore. Onde ingiustamente alcuni par che disapprovino il tanto decantare la pietà di Maria co' Peccatori, col dire*, che questi poi se ne abusano per più peccare. *Poichè tali presuntuosi per questa lor temeraria confidenza meritano castigo, non misericordia. S'intende dunque di quei devoti, che con desiderio di emendarsi son fedeli ad ossequiare, ed a raccomandarsi alla Madre di Dio. QUESTI dico* è moralmente impossibile che si perdano. *E trovo ciò averlo detto, anche* il P. Crasset nel suo libro della divozione verso Maria Vergine (*Tom.1.q.7.*) *E prima di lui* il Vega nella sua *Teologia Mariana*, il Mendoza (*virid. lib.1. Probl.9.*) ed altri Teologi. *E per intendere, che questi non han parlato a caso, vediamo quel che ne han detto i DOTTORI, ED I SANTI.* . . . S. Anselmo dice, *o Virgo benedictissima sicut IMPOSSIBILE EST, ut a Te aversus, & a Te despectus salvetur, ita ad Te conversus, & a Te respectus IMPOSSIBILE EST, UT PEREAT* (de excell. Virg. Cap.11.) = Conferma S. Antonino quasi colle stesse parole: *Sicut IMPOSSIBILE EST, ut illi a quibus Maria oculos suæ misericordiæ avertit, salventur; ita NECESSARIUM quod ii ad quos convertit oculos suos pro eis advocans salventur, & glorificentur.* . . S. Ignazio Martire: IMPOSSIBILE EST *aliquem salvari peccatorem, nisi per tuum o Virgo, auxilium, & favorem, quia quos non salvat Dei justitia, salvat sua intercessione Mariæ misericordia infinita* (*ap. Celada in Jud. Fig.* §.10.) aliasque plurimas in id congerit SS. Patrum Sententias, quibus, si quid nobis addere fas est, addimus etiam aliam sententiam laudati S. Anselmi *in cit. lib. de excell. Virg. cap.12.*, illi = *Si in Christum Judicem veremur accedere, ad Mariam Patronam accedamus* IMPOSSIBILE EST, *ut pereamus*. Sic etiam idem Ven. Ligorius alias scripsit. (*b*) *Non salva la Vergine tutti li peccatori, ma coloro solamente, che la servano, e l'onorano. Quegli all'incontro, che vivono in peccato, e non l'onorano &c. ne a lei si raccomandano al fin di uscir dal peccato, essi &c. nel Giudizio miseramente saranno posti alla sinistra co' dannati.*

93 Vanitatem *aliquam* redolere animadvertit Animadversio (§.26.) expressio illa Ven. Alphonsi = *d'ogni altra cosa ne debbo dar conto a Dio, ma non del predicare; ho predicato in modo da potermi far capi-*

(*a*) In aureo suo, vereque cedro digno Opere inscript. *La gloria di Maria* Cap.VIII.§.1.
(*a*) In Opere cit. Cap.VI. §.3.

capire da tutti, anche dalla più rozza vecchiarella. Quum vero laus propria sit per se actio indifferens, imo quandoque *necessaria*, si præsertim utilitatem, & instructionem respiciat aliorum, ceu late probat Benedictus XIV. *lib.*3. *Cap.*40. *n.*7., & *Cap.* 41, *num.*19. Hinc omnis vanæ gloriæ suspicio evanescit si, tantisper advertatur id Ligorium dixisse Alumnis suis, quos ad styli simplicitatem in concionibus sectandam verbo, scripto, exemplo adducere conabatur, quemadmodum clare eruitur ex *Summar. pag.*431. §.367. *exadvers. citat.*, ubi alter ex Alumnis ait = *Di ogni altra cosa, ci DISSE un giorno ne debbo dar conto a Dio, ma non del predicare &c.* Ita & Paulus Castitatem Corinthis suadens se ipsum in exemplum adduxit 1. *ad Cor.* VIII. 7., ibi = *Volo autem vos omnes esse sicut me ipsum*; quæ verba commentans Theodoretus ait = *ad ea quæ sunt optima, & præstantissima eligenda seipsum exemplar proposuit*.

94 Quod vero dixit idem Apostolus in cit. 1. *ad Cor.*4. *Neque me ipsum judico, nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum. Qui autem judicat me Dominus est*, cum nostra facti specie non convenit. Ita sane Paulus locutus fuit ad Corinthios, ut eos redargueret, qui trabem in oculo suo ferentes festucam in alieno criminabantur, deque aliorum meritis judicabant, propterea que ut eos ab alienis judicand.s factis moribusque retraheret, edocebat quod non homines, imo nec ipsa propria conscientia, licet culpis expers, sed Deus est, qui judicat, uti exponit S. Joan. Chrysost. *Homil.*XI. *in Epist.*1. *ad Cor.* Præterea idem Paulus cum dixit: *Nihil mihi conscius sum*, haud sermonem coercuit ad hunc, illumque defectum, sed omnem prorsus culpam a sua conscientia exclusit; uti advertit præfatus S. Joannes Chrysost. *loco cit.*, ibi = *Quod nam ergo peccatum judicaturus erat cum NIHIL sibi conscius esset?* Ligorius autem sermonem coercens ad unum concionandi stylum, non dixit *nihil* sibi conscium esse, sed imo expresse professus est, quod = *di ogni altra cosa ne debbo dar conto a Dio*. Cum vero Apostolo Paulo sese occasio obtulit determinate disserendi de carnali, ac seculari *sapientia*, non modo gloriatus fuit, sed ipsum suæ conscientiæ testimonium appellavit, quod ab ea semper abhorruerit, & in simplicitate ambulaverit; ut in 2. ad Corinth. 12. = *Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, quod in simplicitate, & sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conversati sumus in Mundo*. Quæ de more explicans S. Io: Chrysostomus *homil.*3. *in* 2. *ad Cor.*12. scribit = *Hoc est conscientia nostra, cum nos condemnare nequeat &c, nobis ad consolationem nec ad consolationem tantum, sed etiam ad coronam sufficit conscientia, quæ pura est, nobisque hoc testificatur*. Necnon super illud = *Non in sapientia carnali* ibid. = *Hoc est non in vafricie, & improbitate, nec in sermoni facundia, nexuque sophismatum; Hæc enim per carnalem sapientiam intelligit*. Non semel tandem, sed bis, terque, quaterque Apostolus gloriatur, se verbum Dei humanæ eloquentiæ fuco non adulterare, sed prædicare Christum Crucifixum, uti in 11. *ad Cor.* 2. 17. *Non enim sumus, sicut plurimi adulterantes verbum Dei; sed ex sinceritate, sed sicut ex Deo, coram Deo, in Christo loquimur*. Et in 1. ad Cor. 2. 4. *Prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione*

sione spiritus, & virtutis. Et vers.17. = *Misit me Christus evangelizare non in sapientia verbi, ut non evacuetur Crux Christi*. Et in cit. 2. ad Cor.1., & 2. = *Veni, non in sublimitate sermonis, aut sapientiæ, annuntians vobis testimonium Christi. Non enim judicavi me scire aliquid inter vos, nisi Jesum Christum, & hunc Crucifixum*.

95 Ultro quidem Animadversio concedit (*cit.* §.26.) Ven. Alphonsum de Mariæ laudibus concionantem fecisse olim *una predica bassa, e popolare*, ut humanas vitaret laudes, quia = *ci fu un concorso grande &c. ci vennero molti Ufficiali Militari, Sacerdoti, e galantuomini a sentirlo*; subdit tamen, quod ipse, ut humilitati consuleret, haud debebat eam tenere rationem, quæ *loco, personis, & actioni* nullatenus conveniebat. Ita ne? In objectis tamen verbis unius illius Testis P. Paschalis Caprioli, qui eventum in utrisque Inquisitionibus Nucerinis narrat, nec vestigium, nec vola est, quod Ligorius *subjecto indigna* prædicaret. Quod si sodales erubuere, non id accidit, quod ipse indigna dixisset, sed quod sibi suadebant Ven. Fundatorem doctrinam suam fore ostensurum nobilibus illis doctisque Auditoribus, qui eo consulto convenerant *tirati dalla fama delle sue prediche zelanti, e fervorose sopra le grandezze di Maria Santissima, e della sua santità*; Prudens vero Dei Famulus, qui *quando vedea personaggi distinti, venuti apposta per curiosità di vederlo, ed ammirare in esso i doni di Dio, allora qual'altro S.Filippo Neri SI FINGEVA FANCIULLO*; tunc fecit *una predica bassa, e popolare, come se avesse predicato un ragazzo*. (*a*) Ratio vero, quam Alphonsus tenuit, ut humanas declinaret laudes, utpote ab aliis prius Sanctis exercita, haud loco, personis, actionique dedecebat; non dedecebat, inquam, templo, auditoribus, & ministerio. Et sane S. Franciscus Salesius in quadam sua *Epist. data Parisiis ad Monialem sui Ordinis Visitationis* ita scripsit = *La vigilia del Natale io predicai davanti alla Regina nella Chiesa delle Cappuccine, ma vi assicuro, che io non predicai meglio davanti a tanti Principi, e Principesse, di quel che fò nella nostra povera, e piccola Visitazione di Annisi*. Verum Sancti ad humilitatem sectandam, non modo incomptam concionem, sed vel ipsa inepta, & jocosa templo, nobilibus viris, actioni haud indecora existimarunt; ceu præceteris de S. Philippo Nerio narrat Baccius in *ejus vita lib.2. cap.18.*, quod *interula coccinea usque ad genua protensa superindutus, calceis insuper graudioribus, iisque albi coloris calceatus, necnon perangusto bireto opertus capite &c. diebus etiam FESTIS IN ECCLESIAM quandoque descendere solitus erat, & semel accidit, ut in ipso Bmæ Virginis natalitio die dum solemni ritu decantarentur Vesperæ, ac permulti in CHORO PURPURATI adsisterent, hujusmodi amictus indumento spectandus coram accesserit*.

96 *Oh felix* Alphonsus (exclamare heic nobis liceat cum Guillelmo *in vita S. Bernardi lib.1. cap.8.*) *felix, cui solum reputatur ad culpam quod ceteri præsumere sibi solent ad gloriam*! Reputatur enim Alphonso ad culpam (Animadv. §.27.) *quod nimis facilis erat in vovendo, modumque non servabat in carnis maceratione*.

(*a*) Proc. Apost. Nucer. fol.806. exadv. cit.

97 Principio, ut à nuncupatis, persolutisque votis dicere incipiam, illud Sapientissimi Suffragatores advertant, quod, licet Testes innuant plura vota Ven. Virum emisisse, tamen ad duorum dumtaxat observantiam *sub gravi* sese obstrinxisse deponunt; ceu legere est penes ipsas Animadversiones *cit.* §.27. = I. Derelictus a suis *con voto sub GRAVI si obbligò ancora ancorchè solo proseguir l'opera* II. *Fè anche voto SUB GRAVI di punto non appartarsi dalla direzione di Monsig. Falcoja*. Hujusmodi vero, aliæque omnes promissiones, sive proposita, quæ a Ven. Alphonso emissa narrantur, non quidem ex schedula ejus charactere conscripta, sed ex Testium dictis hauriuntur; Non satis propterea constat cui nam potissimum epocæ hæc, vel illa referenda sint. Nihilo tamen secius lubenti animo impositæ legi satisfacimus ostendendi, *enumeratis stricto calamo votis*, Dei Famulum omni vitæ tempore stetisse promissis.

98 Itaque Fundationis initio derelictus a suis, qui eo salutis animarum zelo, quo Fundator ardebat, minime accensi Missionum Institutum in scholas immutare, ac pervertere pertentarunt, ipse a Cardinali Pignattello Archiepiscopo Neapolitano, a Stabiorum Antistite Falcoja, & ab aliis probis, sanctisque viris ad prosequendum opus erectus, se voto sub gravi adstrinxit *ancorchè solo proseguir l'opera*. Haud opus est multis, ut hujusce voti observantiam probemus, quippe quæ in propatulo sit. Numquam enim Ecclesia Congregationem *SS. Redemptoris* novisset, nisi Dei Famulus nuncupatum votum persolvens initam fundationem per se solus promovisset; novosque operarios a Messis Domino nactus ad majorem Dei gloriam adeo familiæ suæ incremento studuisset, ut eam ab Antistitibus certatim expetitam, & ab æter. mem. Benedicto XIV. adprobatam per utriusque Siciliæ Regna non modo, sed per Ecclesiasticam quoque Ditionem mire propagatam aspexerit. *Mano mano acquistò nuovi soggetti, e con sua gloria vide popolata la Congregatione, ed in seguito situate le sue Case in varie Diocesi con quell'opplauso, che si sà, e con tanto bene delle Anime* = *Summ. pag.*122. §. 151., *p.*101. §.12., *p.*102. §.28., *p.*104. §.45. *p.*107. §.59., *p.*113. §.96., *p.*119. *in fin.*, & *seq.*, *p.*124. §.161. *p.*128. §.191. *ad* 193., & per tot. *Summ. num.*9. *de Fundat.*

99 Si vovit *di punto non appartarsi dalla direzione di Monsig. Falcoja*, stetit etiam promissis. Non modo enim in condendis Instituti Regulis illius opera, directione, consilio usus est (*a*) sed ab ejus nutibus quoad ille vixit, instar pueruli, exacte perpendit.

I. Testis Proc. Ordin. Nucer. V. S. D. Socius, perpetuusque Director *Summar.* pag.576. §.44. *In tutto il tempo, che visse un altro Servo di Dio Monsig. Tommaso Falcoja de' Pii Operarj Vescovo di Castellamare di Stabbia, DIPENDE' COME UN BAMBINO il nostro Servo di Dio da Lui, ed eseguì* SEMPRE *i santi di lui consigli, mai tralasciando di fare tuttociò, che costui ordinava, e specialmente nel fondare la detta Congregazione, e nelle Case già fondate che dovea lasciare, e nelle altre, che dovea fondare.*

I. Testis *Proc. Apost. S. Agathæ* Summ. pag. 575. §.30. exadv. citat. *Avendòsi eletto per suo Direttore per consiglio de'medesimi Padri* (Pagano, e Fiorillo) *Monsig. Falcoja &c. si obbligò anche con voto*

(*a*) *Summ. pag.*104. §.42., & 44. *pag.*105. §.49. *pag.*108. *init. pag.*109. §.71. *p.*111. §.83., *pag.*112. §.89. *pag.*114. §.103. *pag.*117. §.126.

to di obbedirla , in tutto dipese da' consigli di quel savio Prelato ne' varj incidenti della Congregazione .

XXXVII. Testis *Proc. Apost. Nuc.* V. S. D. Confessarius Ordinarius *Sum.* pag. 574. §. 22. = *Si mostrò sempre esatto , e cieco obbediente &c. di Monsig. Falcoja &c. al quale sopratutto mostrò CIECA DIPENDENZA il Servo di Dio FINCHE VISSE il detto Prelato in tutte le cose , che li comandava , facendosi anche da lui regolare nelle Fandazioni delle Case .*

100 Voverat quotidie Rosarii decades recitandas (*Animad. cit.* §. 27.), ac idem votum ad extremum usque spiritum constanti more persolvit . Quoad Epocam Episcopatus, quotidianam hanc praxim probant Ejus Famuli scilicet Testis XXV. Proc. Apost. S. Agathæ *Sum. p.*303. §. 148. ibi = *Ogni sera recitava il Rosario &c.* Testis XXVIII. ejusdem Proc. *Sum.* pag. cit. §. 149. *Impreteribilmente ogni sera si reciva il SS. Rosario &c.* nec non Testis XLIV. Ejus Secretarius , & Confessarius Sum. pag. 296. §. 90. *Ogni giorno &c. recitava il suo Rosario* ; aliique plurimi . Quoad vero antecedentem Epocam , & postremam usque ad obitum idem probant contubernales Testes in seq. *Exposit. Virtut. pag.* 24. §. 36.

101 Voverat *di non prender cioccolato, ne bever acqua in tutto quel giorno di Sabato = si confessava per voto ogni Sabato* = Votum sese abstinendi in Sabatho ab americana potione , vulgo cocholata , eo maxime referendum est,quo tempore ingravescentibus annis, eam potionem quotidie sumendam ad fovendum stomachum Medici sibi suaserant . Nam in viridi ætate Sabathi diem per viginti & amplius annos pane tantum , & aqua definire consuevit ; A moderatoribus inde jussus a tanta abstinentia valetudinis causa cessare, una herbarum pulte absynthio , & aloe depravata eum diem transigebat (*a*).Ad senectutem itaque votum abstinendi ab americana potione in Sabatho pertinet ; illiusque observantiam , necnon alterius expiandæ conscientiæ in Sabatho , Testes omnes cumulate deponunt ; ac præ ceteris .

V. Testis *Proc. Apost. Nuc.* V. S. D. Famulus *per postremos annos* 25. fol. 458. ter. *Si confessava per voto in ogni Sabato , volendo in tal giorno essere avvisata da me , non bevendo nemmeno acqua in tal giorno fuori di tavola , ne prendendo cioccolata .*

XXVIII. Testis *ejusdem Proc.* V. S. D. Socius *per postremos annos* 28. fol. 1586. *Mi fù riferita da persone degne di fede , che esso avesse fatto voto di confessarsi ogni Sabato , come io sempre l' ho veduto ; di non prender cioccolato , ne bever acqua in tutto quel giorno di Sabato in onor di Maria .* Et in Proc. Ord. Nuc. fol.1293. *Si confessava ogni Sabato &c. In questi ultimi tempi della sua vita non voleva , ne cioccolata , ne limonata &c.*

XLIV. Testis *ejusd. Proc.* V. S. D. Secretarius , & Confessarius *per annos* 11. *in Episcopatu* Sum. pag. 21. circ. med. = *ogni Sabato ascoltai le sue confessioni = Ho ascoltato le Confessioni del V. Servo di Dio per tutto quello spazio,che lo servii da Segretario , ogni Sabata .*

(*a*) Sum. pag. 286. §. 14. pag. 289.§.39., 631. §. 70. , & alibi passim in Sum. num. 11. & 42, pag. 290. §. 51., pag. 293. §. 72., & seq. pag. 297. §. 99., pag. 612. §. 93., pag. 28. & 29.

Domesticis hisce Testibus addendi sunt plures alii *oculati*, quorum dicta in hanc ipsam rem congessimus *in seq. Exposit. Virtut. Tit. de Fide pag.* 23. §. 34.

102 Voverat *di predicare le glorie di Maria in ogni Sabato*. Hujusce voti exacto, vereque heroico implemento plenæ sunt omnium Inquisitionum tabulæ. Postquam enim in sua Congregatione hanc legem pro Regula indixerat, eam per sese adimplebat. Episcopus etiam *ordinò, che in ogni luogo della sua Diocesi ogni Sabato la sera si fosse fatta l' esposizione del SSmo con un discorso in onore di Maria SSma, e quando stava in S. Agata*, o *in Ariano*, o *dovunque si trovava in S. Visita non lasciava Egli di fare il detto discorso con molto fervore &c.* testatur Ejus Secretarius, & Confessarius *Sum. pag.* 296. §. 93., cui cohæret alter ex Agathensis Cathedralis Canonicis *Sum. pag.* 302. §. 138. = *In qualunque luogo della Diocesi si trovava il Servo di Dio era solito in ciascun Sabato fare in Chiesa una Predica in onore di Maria SSma*. Idem concinunt alii Dicecesani Testes in *Sum. num.* 14. *de devot. erga B. M. V. a pag.* 297. *ad* 303. Eundem morem constanter Dei Famulum in Congregatione tenuisse, tam ante susceptum, quam post abdicatum Episcopatum, gravissimis etiam posthabitis decrepitæ senectutis, & morborum tormentis, *sino a circa* OTTANTOTTO ANNI *di sua età*, fuse jam probavimus *in Exposit. Virtut. Tit. de Fide pag.* 20., *& seq.* §. 31.

103 Voverat *di assistere gli appestati in caso di bisogno*. Frustaneum est de hujusmodi conditionati voti adimplemento disserere. Deficiente enim conditione, *in caso di bisogno*, defuit item Alphonso hujusce voti exequendi occasio. Nam, ut inquit Test. V. *Proc. Ord. Nuc. f.* 587., *& ter. Allorchè sentì il flagello della peste in Messina, che se mal non mi appongo fu nell' anno* 1756., *od altro più vero tempo, onde si stava in tutto questo Regno di Napoli in un TIMORE fondato di attaccarsi detta peste, Egli dimostrò tal sua carità col far voto di assistere alle persone, che sarebbero state attaccate dalla Peste*. Avertit quidem Divina Clementia quod metuebatur malum, sed si defuit Alphoso periculi subeundi occasio, voluntas, ac meritum certe non defuit.

104 Voverat *di non perder mai tempo*. Oh præclarissimum votum, ac utpote novum, & V. Alphonsi characteristicum, æternis laudibus celebrandum! Nullum in actis Testem reperies, qui hujusce voti adimplementum non apprime testetur. Hinc qua pene obruor probationum ubertas plurimos Testes afferendos postulat; id vero imposita lex vetat, exigitque *stricto calamo* utendum. Utrumque præstabo. Ex plurimis aliquos duntaxat Testes proferam, qui V. Virum novere non modo *Regularem*, sed etiam *Episcopum*, reliquos in Congregatione ante, & post Episcopatum, Ejus contubernales, Directores, Confessarios, & Socios hæic loci prætermittam, propterea quod ex iis nonnullorum dicta prostent *in seq. Exposit. Virtut. de Prudentia pag.* 88. *& seq.* §. 161. *& seq.* ubi jam hujus voti observantia per plures Testes probata legitur. Itaque quoad Episcopatus Epocam specimnis loco sint.

V. Testis *Proc. Apost. Nuc.* V. S. D. Famulus per postremos annos 25. *fol.* 387. *& ter. La sua vita poteva dirsi un continuo raccoglimento, ed unione con Dio, si conosceva questo ardente suo amore dagli ar-*

den-

denti sospiri &c. dal raggionare, che faceva continuamente di Dio, dell' amor suo, e della sua bontà anche nelle cose indifferenti, dal non prendersi mai divertimento, essendosi astretto coll' arduissimo voto di non perder mai tempo, per impiegarlo tutto per la gloria di Dio, salute spirituale del Prossimo, tanto che stando in Ariemo per ordine de Medici dovendo uscire per sollevarsi un poco in Carrozza, lo passava in farsi leggere, o qualche libro devoto, o la storia Ecclesiastica &c. cosi dopo aver rinunziato il Vescovado &c. Et in Sum. pag. 484. §. 15. *In Diocesi quando veniva persona, o per visitarlo portandoli io l' imbasciata mi ordinava di dire a questo, che fosse breve per aver Egli affari premurosi, e che non poteva perder tempo &c. trattandosi di affari necessarj, e serj, lo sentiva, e impiegava tutto il tempo che bisognava per disbrigarsi.*

XII. Testis *ejusd. Proc.* V. S. D. Confessarius fol. 102. ter. *Lo viddi sempre non perder mai tempo inutilmente tanto da Rettor Maggiore, quanto da Vescovo, quanto dopo la dimissione del suo Vescovado applicato sempre alle cose confacenti, e necessarie per la gloria di Dio e per la salvezza delle Anime.*

VIII. Testis *Proc. Ord. Nuc.* V. S. D. Secretarius, & Confessarius in Episcopatu *fol.*709. *ter. Fece voto di non perder mai tempo, con cui intese obligarsi a stare di continuo occupato in cose utili, o necessarie appartenenti al proprio ministero, perciò, o parlava di Dio, o di affari della sua Diocesi, o di cose Dottrinali.* Et in Sum.pag.492. in fin. *Anche stando il V. Servo di Dio ammalato non voleva nemmeno perder tempo, di modo che tutto quel tempo, che li restava vacuo dalle cure della Diocesi, e dalle udienze lo impiegava in farsi leggere da me, o dal Fratello Francesc' Antonio Romito libri Ascetici, vite de Santi, o d'Istoria Ecclesiastica, lo che durava per molte ore del giorno, oltre la Recita del Divino Officio, Rosario, ed orazione.* Si quis autem præter alios Testes jam allatos *in cit. Exposit. Virtut. pag.* 88. *& seq.* §. 161. *& seq.* qui abunde usque ad V. S. D. obitum hujus voti adimplementum probant, cæterorum quoque dicta perlegere exoptat, adeat prævialm *nostram Informat. pag.* 115. *a* §. 396. *ad* 399. ubi singula Summarii loca notantur.

105 Voverat tandem *di non mangiar frutti uel Sabato*. Hanc item abstinentiam per omnes vitæ semitas a V. Dei Famulo exercitam fuse jam Testium dictis probavimus in *sequen. Exposit. Virtut. tit. de Temperantia pag.* 129. §. 263., quibus sane Testibus si alios addere lubet, præsto sunt omni exceptione majores; V. Testis Proc. Apost. Nuc. V. S. D. Famulus *per postremos annos* 25. Sum. pag. 608. §. 3. ibi = *Per tutto il tempo, che lo servii non mangiò MAI le prime frutta anche nel tempo del Vescovado, e nel giorno di Sabato, e Mercoldì affatto non volle assaggiarle.* X. Testis *ejusd. Proc.* V. S. D. Socius (*de visu per ann.* 46.) Sum. pag. 609. §. 17. ibi = *Si nel Mercoldì, che nel Sabato, non mangiava de frutti, ne gustò MAI de primi frutti.* XXVIII. Testis ejusd. Proc. V. S. D. Laicus *per postremos annos* 28. Summ. *pag.* 627. §. 33. ibi = *Non mangiava anche i primi frutti &c. quali frutti anche lasciava* COSTANTEMENTE *nel Mercoldì, Venerdì, e Sabato.*

106 Antequam vero ab hac Votorum disertatione me expediam, egregiæ Animadversioni assentiri non possum, nostrum Heroem de votorum mul-

multiplicitate esse arguendum. Multa fuerint vota, sed singula ad hanc vel illam determinatam virtutem spectant. E contra vero votum *efficiendi semper quidquid perfectius* est, tot continet vota, quot sunt Virtutes humanæque actiones, ac si singulæ speciatim essent explicatæ, uti perpendit Fridericus a S. Antonio in vita S. Theresiæ *lib.* 1. *cap.* 18. ibi = *La materia delli altri voti è il meglio di qualche opera di supererogazione, ma quella del voto di Teresa fu il meglio assolutamente IN QUALSIVOGLIA GENERE DI VIRTU'. In somma gli altri voti sono una promessa di qualche meglior bene, ma questo fu d' ogni miglior bene.* Ecclesia tamen S. Theresiam, ac S. Joannam de Chantal, quæ arduo hocce voto non unam, aut alteram determinatam actionem, sed omnes omnino, & singulas actiones suas obstrinxere, nec *nimis faciles in vovendo*, nec tamquam exponentes se *periculo declinandi a promissis* traducit, vel quoquo modo redarguit, sed imo ex hoc ipso voto intensissimam in earum corde Dei Charitatem agnoscit; ut in *LL. Decret. Canoniz.* S. Theresiæ *pag.* 306. §. *Sed inter* = ibi = *Divini amoris flamma in eo corde adeo æstuabat, ut maxime arduum votum emiserit &c.*, ac simile præconium repetit in Bulla S. Jo. de Chantal. *Cod. novissimæ Canoniz. pag.* 160. Ex eadem ergo divini amoris flamma Alphonsi vota prodiere.

107 Quod vero *satius* non sit suum continere fervorem, quam sibi pondus imponere, ceu ipsa objicit Animadversio (*cit.* §. 27.) imo magis meritorium sit, magisque heroicum, opus executum ex voto, quam sine illo, egregie de more docet Angelicus 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 6. *in corp.*, ibi = *Triplici ratione facere idem opus CUM VOTO EST MELIUS, ET MAGIS MERITORIUM, quam facere sine voto. Primo quidem quia vovere est actus latriæ, quæ est præcipua inter virtutes Morales. Nobilioris autem virtutis est opus melius, & magis meritorium &c. Secundo, quia ille qui vovet aliquid, & facit, plus se Deo subjicit, quam ille qui solum facit. Subjicit enim se Deo non solum quantum ad actum, sed etiam quantum ad potestatem, quia de cætero non potest aliud facere, sicuti plus daret homini qui arborem cum fructibus, quam qui daret fructus tantum &c. Tertio quia per votum immobiliter voluntas firmatur in bonum. Facere autem aliquid ex voluntate firmata in bonum pertinet ad perfectionem virtutis.* Et ad rem docet Bened. XIV. *lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 8. *Votum non auferre illam libertatem quæ requiritur ad laudem, ad meritum, ad* HEROICITATEM, *cum ut plurimum libentius fiat, & promptius quod fit ex voto, quam quod fit sine voto. Votum siquidem ex se* LÆTITIAM GIGNIT *cum ex magna charitate procedat &c.* MERITUM *operantis ex voto AUGETUR, superatque, meritum eamdem rem operantis sine voto.*

108 Progredior ad aliam, ut ajunt, Alphonsi culpam, quod in *sese cruciando quandoque per excessum peccaverit*; uti animadversio veretur §. 28. propterea quod *si offese gravemente un nervo del femore*. Severioris hujusce verberationis causa ab ipsis objectis locis repetenda est, unde censoria nota desumitur, ac potissimum ex *Sum. pag.* 632. §. 84. ubi V. S. D. *Confessarius* aperte testatur, quod *la causa fù di quella straordinaria disciplina, per cui si offese il nervo della coscia, la visita, che gli fece l' Eño fù Cardinal Orsini in questa Casa, dicen-*

cendogli , ch' era venuto apposta per vederlo ; forse il Servo di Dio FU' TENTATO DI VANAGLORIA , *onde* PER VINCERLA , *e domare se stesso si diede subito quell' orrenda battitura , ordinò al Laico , che non avesse pipitato con veruno di quella sua insueta salita sul tetto della Casa , ma questo avendolo a me comunicato &c.* = Id etiam liquet ex ceteris *locis exadv. cit.*

109 Finis ergo , in quem Ligorius intendit in eo peculiari eventu se solito severius verberans , non fuit certe offendi nervum fœmoris , sed refrenandæ vanæglorіæ , ut *per vulnera corporis educeret ab anima vulnus mentis* ; ut verbis utamur S. Gregorii de *S. Benedicto* ad tentationem fugandam inter spinas projecto apud *Gloss. in Clemen. final. de Hæreticis verb. Sexto &c.* = Licite ergo , imo etiam cum merito id exequi potuit Alphonsus ; uti ad rem docet Benedictus XIV. *lib.3. cap.29. num.6.* , ubi quærit = *An seclusa intentione sibi mortem inferendi , aut vitam abbreviandi possit quis licite asperum vitæ genus amplecti ob finem supernaturalem , ut Deo videlicet inserviat, ut concupiscentiam* (vel vanamgloriam) *frænet , etsi prævideat illud sibi esse mortem acceleraturum* ; concluditque = *& in hoc vera est Theologorum sententia ea* LICITE , *&* CUM MERITO *fieri posse . Ita &c.* Postquam vero sapientissimus ille Pontifex animadverterat *cit. num.6. speciali Dei Providentia contingere, ut rigidissimi Pœnitentes vitam ultra consuetos cæterorum hominum terminos produxerint* (quemadmodum in pœnitente Alphonso contigit , qui ex hac vita decessit annos natus 90. menses 10. dies 5.) hanc regulam Amplissimis Judicibus ad judicandum proponit = *cap.cit.num.9.* = *Sacrorum Rituum Congregationi adscripti cum agitur de carnis , & corporis mortificatione Servorum Dei &c. non ita faciles sint vel ad judicium ferendum de excessu , & ninietate ; vel quatenus aliquis excessus , aut aliqua ninietas ipsis appareat non ita faciles sint , ut putent virtutum fulgorem ab eo excessu penitus offuscari .*

110 Quamquam sapientissimus Censor debitis laudibus Alphonsi zelum extollet (§. 29.) quod = *arrivò sino per non far perdere la vocazione a qualche povero Congregato a contribuire alla sua necessitosa Casa sopra l' elemosine delle Messe* = & quamquam pro sua religione, *iniquum fore suspicari* arbitretur , quod V. Vir *sibi licere existimaverit in alios usus convertere eleemosynas traditas pro celebratione Missarum* ; nostra tamen studia excitat , ut , si quid obscurum in Testium dictis , illustremus . Tanti Viri mandatis morem ultro gerentes haud generali illa regula utimur , qua in similibus eventibus nobis ad defendendum , Vobis AA. PP. ad judicandum proponit doctus Pontifex Benedictus XIV. *lib.3. cap.41. num.19.* quod, *si aliquod dubium occurrat, resolutio petenda videtur a reliquo cursu vitæ , & ab aliis a Dei Servo gestis* . Non dicam ergo, id *iniquum esse suspicari* de illo, de cujus heroica Justitia in Deum , & homines cumulate in *Summario* constat *num.31. per tot.* Non dicam *iniquum* id esse *suspicari* de illo , qui in adimplenda Missarum celebratione adeo religiosus extitit , ut extremis Episcopatus annis pertinaci rheumathe per aliquot menses ad celebrandum impar angeretur quammaxime non posse Sacrificium pro suo Grege immolare, & quamvis a consultis Theologis responsum accepisset non teneri impotentem ad illius oneris , utpote personalis , implementum , voluerit tamen , quod ab aliis a se dato stipendio præfatum Missarum onus impleretur *Sum.*

pag.109.

pag. 509. *sub init.* = Illud vero dicam, haud esse tam obscura objecta Testium verba, ut ab iis non apprime percipiatur V. Virum Sodalium Parentum egestatem levasse, non quidem stype ad celebrandas Missas collata, Missarum satisfactione neglecta, sed ea eleemosynæ pecunia, quæ ex celebratis Missis suæ Congregationi obvenisset. Et sane in *Summar. pag.* 411. §. 188. *exadv. cit.* postquam Testis dixerat quod Dei Famulus Sodalium Parentum egestati occurrebat *sopra l' elemosina delle Messe* addit = *a dispetto delle strettezze, e povertà della Congregazione* = Et in *Summ. pag.* 431. §. 364. legitur, quod = *Tanti, e tanti perchè bisognosi i Parenti erano in procinto di lasciare la Congregazione, il Servo di Dio, ancorchè in grave povertà,* RILASCIAVALI *la lemosina delle Messe, contento di avere l'Operario* = Sic item in *Proc. Ap. Nuc. f.* 1591. *ter. exad. cit.* id facere consuevisse narratur Dei Famulum = *benchè allora si fosse vivuto assai scarso nella Comunità, egli si contentava* DI LEVARSI IL PANE DI BOCCA *a tal effetto* = Et *fol.* 2288. Testis deponit, quod V. Alphonsus iisdem egenis Sodalium Parentibus elargiebatur *l'elemosina, che si apparteneva alla Congregazione*. Quid amabo clarius ex hisce verbis patet, quam V. Alphonsus non quidem Missarum celebrationem omisisse, sed Sodalibus egenis eleemosynam donasse, quæ ex Missarum celebratione ab ipsis Sodalibus peracta in suæ Congregationis subsidium cedebat? Ita porro declarant verba illa = *a dispetto delle strettezze, e povertà della Congregazione* = *Si contentava di levarsi il pane di bocca* = *rilasciavali la lemosina delle Messe* = *l' elemosina, che si apparteneva alla Congregazione* = Secus enim quid incommodi, quid jacturæ rei familiari, & Congregationis annonæ ex omissa Missarum satisfactione obvenisset?

111 Sed rem per se satis claram clariorem reddit ipsemet Alphonsus, qui in Epistola data *die* 2. *Octobris* 1774. ad suæ Congregationis Vicarium P. Villani de quodam egeno Sodali loquens ita scribit = *all' ultimo per sollevarlo dalle angustie se gli potrebbe dar la licenza di applicare alla Casa la* LIMOSINA, CHE RICEVE DALLA MESSA, CHE DICE. . . *essendo questo Soggetto di molto valore per la Congregazione merita più degli altri questa cortesia, la quale già per lo passato* SI E' ACCORDATA AGLI ALTRI.

112 Ornatissimo vero Viro Fidei Promotori exhibuimus *privilegium dispensationis a quotidiana recitatione Divini Offici tempore Missionum*, quod expetebat *Animad.* §. 30.

113 Quod autem pertinet ad publicam illam attestationem quam Dei Famulus dedit de quodam prodigio, *quod contigisse fertur in quadam B. Mariæ Virginis imagine dum ipse de Ejus laudibus ad Populum sermonem habebat*, ultro eam exhibemus *in Summ. Addit. numer.* 2. ut Amplissimi Suffragatores eamdem perlegentes aperte percipiant, in facti expositione V. Virum *ea moderatione fuisse usum, ut quidquid in sui laudem verti poterat evitare curaverit*, quemadmodum animadversio exoptabat *cit.* §. 30. Et sane prodigium fuit hujusmodi. In Templo Collegiatæ Foggiæ, quæ Trojæ Diœcesis Civitas est, lignea, ac pervetusta Dei Genetricis Icon colitur, cujus vultus ovali tegitur velo; Quum olim ibidem Alphonsus solito ferventiore zelo confertum Populum ad Mariæ amorem inflammaret, repente ex ovali velato spatio decorus Cœli Reginæ vultus omnibus sese dat intuendum, ac duo lucis radii inde exorti, tranverso Templo, Alphonsi faciem

faciem perculere, qui extaticus hærens, ac amoris perfusus dulcedine in hæc verba prorupit = *Signora mia ti vuoi pigliare proprio gusto* = Duplici repentino prodigio universa hominum multitudo miraculum inclamat, ac pœnitentiæ singultibus reboante Templo, vel ipsæ prostitutæ fœminæ ad castum Christi amorem conversæ sunt. Ita porro factum narrant *de visu*, *audituque a videntibus* plures Testes in *Sum. Informat. num* 14. *de devot. erga B.M.V. pag.*291. §.54. *pag.*294. §.76. *& seqq. pag.*299. §.113. *& seqq.* = Ad eam vero Imaginem aurea coroua solemni ritu decorandam requisitus Alphonsus jam Episcopus, ut hujusce Prodigii attestationem daret, id tanta moderatione, & humilitate præstitit, ut miram Deiparæ apparitionem, utpote universo Populo communem, testatus sit, lucis vero radios e Virginis vultu in se inunissos, suamque extasim prorsus omiserit; uti legere est in *cit. Summ. addit. num.*2. *lit.B.*

114 Tacitus prætermittere jure possem, quod quandoque V. Vir aliquod sibi suisque crealiat solatium pulsando cymbalum, cujus erat peritissimus; Ipsa enim animadversio fatetur §.31. quod id *non detrahit virtuti*, *& Sanctitati*, sed rectius dictum fuisset, ex hac ipsa industria, qua etiam S. Philippus Nerius per musices Professores utebatur apud Baccium in ejus *Vita lib.* 1. *cap.* 19. §. 4. ad suos Oratorii Sodales recreandos, maximum Alphonsi virtuti, & sanctitati decus, ac ornamentum accedere. Si enim aliquando pomeridiano temporis spatio ad recreandum animum dato cymbalum tinniret, sacras modulabatur cantiunculas amantis animæ æternam Dilecti sui frutionem suspirantis, quibus alumnos suos tam cælesti dulcedine demulcebat, ut ii se magis Divino amore ferventes ab ea recreatione, quam a profunda cælestium commentatione discedere profiterentur (*a*).

115 Nemini vero dubium, quod V. Ligorio culpæ vertendum non sit si morem gessit Amalphitano Antistiti, qui eum compulit ut adesset *ad una Comedia*, *non sò se sacra*, *o profana*, nisi Dei Famulo culpæ vertamus quod Prophetiæ dono inclaresceus eidem Archiepiscopo tabulati ruinam eo in eventu vaticinaverit, ut ipsa narrat Animaversio §.31. *ex Summ. pag.* 686. §. 83. *& seqq.* Ibi enim legitur quod Alphousus hisce verbis abArchiepiscopo ad discedendum impeditus= *Se vi puol stare un Prelato di S. Chiesa vi possono stare ancora i Missionarj . . . . ti voglio per Padre Spirituale*, *e non per Profeta* = obedivit quidem, sed adeo certus comœdiæ loco, tabulati visuram fore ruinam, ut = *pregò di dargli la benedizione*, *e situarsi le sedie per poter subito partire vicino la porta*. Ac re quidem vera *non ancora era terminato il Prologo*, *che si vide* ROVINARE IL PALCHETTO *superiore a quello dell'Arcivescovo*. *L' opera non si fece*, *ed il Servo di Dio scappò fuori prima di tutti*.

116 Quum illud docto Animadversori in evolvendis Actis occurrisset, quod Servus Dei affirmaverit = *che non si ricordava di aver licenziato qualche Penitente senza il benefizio dell'assoluzione* = concludit §. 31. *aut dicendum Virum Venerabilem nullum offendisse occasionarium*, *& consuetudinariuu recipiendæ absolutioni minus aptum*; *aut perperam ab Innocentio XI. propositiones* 60., *& 61. damnatas fuisse &c.* Neutrum dicendum. Atque ut id clarius exponam retro-

(*a*) Summ. Informat. pag. 255. §. 141. pag. 348. §.74. pag.354. §.128. pag.355. §.136. pag. 359. §. 175. pag. 384. §.391.

grado ordine a secunda dilemmatis parte exordiar ; postea de prima dicam .

117 An umquam Ven. Alphonsus senserit *perperam* damnatas fuisse ab Innocentio XI. propositiones 60. & 61. testem appello non modo Europam universam , per quam repetitis editionibus evulgata est Ven. Ligorii *Theologia Moralis* , sed etiam hanc ipsam S. Congregationem, quæ,illa ad trutinam revocata , in ipsa , aliisque Ven. Viri operibus *nihil censura dignum repertum* fuisse decrevit die 14. Maji 1803. cui Decreto Summus Pontifex insequenti *die* 18. gravissimæ suæ adprobationis robur adjecit (*a*): In eadem enim (*lib.* 6. *num.* 454.) proposito quæsito : *An pœnitens qui versatur in occasione proxima voluntaria possit unquam absolvi ?* Ita scribit = *Hic ante omnia oportet animadvertere quatuor propositiones proscriptas in hac materia I. Propositio* 41. *damnata ab Alex. VII. &c. II.* PROPOSITIO 61. *damnata* AB INNOCENTIO XI. *dicebat* = *Potest aliquando absolvi, qui in proxima occasione peccandi versatur* , QUAM POTEST , ET NON VULT OMITTERE *quinimo* DIRECTE , ET EX PROPOSITO *quærit* , *aut ei se ingerit &c. . . . Sed dubium fit,an qui non adhuc occasionem, proximam removerit possit prima , vel secunda vice absolvi ? Prima Sententia affirmat . . . Sed hic distinguendum cum S. Carolo Borromeo* (in Instruct. suis Confessariis tradita) *inter occasiones, quæ* sunt in esse , *prout cum aliquis Concubinam Domi detinet &c., & inter occasiones* , *quæ* non sunt in esse , *utpote si quis loquendo prolabitur in blasphemias &c. In occasionibus hujus secundæ speciei* , quæ non sunt in esse *recte DOCET S. CAROLUS quod si Pœnitens FIRME PROPONAT ab eis se cavere,* POTEST PER UNAM , AUT DUAS *etiamque* TRES VICES ABSOLVI . *Quod si postmodum emendatio non apparet , differri ei debet absolutio donec ille cum effectu occasionem derelinquat . In occasionibus vero prioris speciei* , *quæ* sunt in esse, *ait S. Carolus pœnitentem* NEQUE PRIMA VICE *absolvendum quascumque promissiones proferat , nisi prius occasionem amoveat* . Et HANC SENTENTIAM CENSEO (*saltem ordinarie loquendo*) OMNINO SEQUENDAM.... *Dixi tamen* ordinarie , *nam merito excipiendus est 1. cum Lugo &c. casus, quo Pœnitens afferat* EXTRAORDINARIA SIGNA *doloris &c. Nihilominus ait Ronc. quod ipse* ETIAM IN HOC CASU ABSOLUTIONEM DIFFERRET *usque dum occasio auferatur si absolutio commode differri posset* ; *&* ITA ETIAM EGO ACEREM . Sternit ne Alphonsus laxismo viam S. Caroli opinionem amplexus ?

118 Gressum præterea faciens idem V. Vir *in cit. lib. IV. num.* 455. ad alteram quæstionem = *An possint absolvi qui sunt in occasione proxima necessaria ?* Allata distinctione inter necessitatem *physicam* , *& moralem* , allatisque de more Theologorum Sententiis , ita concludit *seq. num.* 456. *Ut ego quid sentiam in hac re ingenue dicam* : NUMQUAM ABSOLVEREM *qui est in occasione proxima intrinseca &c. præsertim si occasio sit de materia turpi,sen per ac absolutio commode differri possit . Censeo enim, quod Confessarius tamquam Medicus tenetur aptare suo pœnitenti remedia opportuniora , ut ille suam faciat salutem , reorque* NULLUM ALIUD APTIUS ANTIDOTUM

(*a*) In Decreto adprobat. Oper. & Mss. primo loco legitur Theologia Moralis V. S. D. editio nona Bassani 1785. Prostat Venetiis apud Remondini &c.

TUM *ministrari posse ei, qui est in occasione proxima*; QUAM DILATIONEM ABSOLUTIONIS. Ad Episcopatum evectus hæc suæ Diœcesis Confessariis præcepit in Encyclica quæ legitur *Proc. Ord. S. Agathæ fol.*700. *ter. num.*7. = ibi = *Stiano attenti a* NON ASSOLVERE *coloro, che si trovano* IN OCCASIONE PROSSIMA VOLONTARIA *di peccato prima che non hanno tolta affatto l'occasione,ed ancorchè l'occasione fosse necessaria,pure debbono differire ad essi l'assoluzione fintanto che colla dovuta sperienza non si veda, che l' occasione da prossima si è fatta remota, specialmente stiano attenti a non assolvere gli Sposi, ed altri Giovani che fanno l'amore, e pratticano insieme colle loro Drude &c.*

119 Hæc de occasionariis; ad Consuetudinarios, & recidivos quod spectat, postquam V. Alphonsus in *cit. lib. quæst. IV. num.*458. proposito dubio = *An possint absolvi illi, qui in peccatis sunt consuetudinarii, & recidivi?* diversas Theologorum Sententias exposuerat, & *falsam* pronunciaverat Sententiam illorum, qui asserunt toties quoties absolvendos,scribit = *Prima pars est contra primam Sententiam dicentem, quod recidivi debent absolvi semperac ad Sacramentum accedunt.Et probatur ex Prop.*60. *damnata* AB INNOCENTIO XI., *quæ dicebat = Pœnitenti habenti consuetudinem peccandi contra legem Dei, naturæ, aut Ecclesiæ*, ETSI EMENDATIONIS SPES NULLA APPAREAT, *non est deneganda absolutio, dummodo ore proferat se dolere, & propouere emendationem*. Hisce præhabitis docere pergit, quod quando pœnitens *jam in alia Confessione fuit admonitus, & eodem modo cecidit, nullo adhibito conatu, & nullo impleto ex mediis a Confessario præscriptis, frequens ille relapsus signum præbet, vel saltem prudentem dat suspicionem,quod sua pœnitentia non sit vera*. Ad hujusce autem assertionis probationem plurium Theologorum sententias affert, ac præsertim S. Caroli Borromei *in sua Instruct. ad Confess.* (*in Act. Synod. Mediol. tom.*2.*pag.*653.) ubi docet = *Proroganda est absolutio eis, qui a multis annis in iisdem peccatis perseverarunt, nec ut emendarentur laborarunt*. Aperte autem idem Ligorius rejicit illorum Theologorum Sententiam, qui asserunt, quod *poterit absolvi recidivus usque ad tertiam, vel quartam vicem, etiamsi eodem modo relapsus fuerit, & nullum adhibuerit remedium. Veneror* (notentur hæc verba) *veneror tantorum DD. auctoritatem, sed* EGO EORUM OPINIONI NUMQUAM ACQUIESCERE POTUI. Extraordinaria ergo signa ipse,requirit, ac auctoritate S.Hieronymi, S. Joannis Chrysostomi, aliorumque, probat voluntatis mutationem non solum per experimentum temporis, sed multo melius per alia signa præsentis dispositionis agnosci. Inquirens vero *seq. num.*460. *Quænam sint hæc signa extraordinaria doloris?* haud ipse pœnitentis lacrymis se contentum ostendit, asserens *non esse sæpe credendum lacrymis peccatorum, nam sæpe lacrymæ proveniunt ab humano affectu*. Unde alia bene multa ex Theologis signa perhibet, inter quæ etiam illa, *si prolapsus fuerit post magnum conflictum; si adhibuerit jejunia, eleemosynas, orationes, & Missas, ut bonam faceret Confessionem, & ad absolutionem se disponeret; fugu spontanea occasionum, si pœnitens ut accederet ad Sacramentum notabilem conatum adhibuit, scilicet longum iter aggressus, abstinuerit a lucro illius diei; si accedit ductus ab aliquo extraordinario moti-*

vo, nempe conclanis auditæ &c. & similia. Quamobrem statuit *num.*461. quod = *Sufficit quod Confessarius habeat prudentem probabilitatem de dispositione pœnitentis, & non abstet ex alia parte prudens suspicia indispositionis &c. dum quæcumque signa pœnitentium non præstant, nisi probabilitatem dispositionis, ut recte docet Suarez &c. Et hoc videtur satis exprimi* in Catech. Rom. de pœnit. num. 60. *ubi dicitur* = *Si audita Confessione* (Sacerdos) *judicaverit neque in enumerandis peccatis diligentiam, nec in detestandis dolorem pœnitenti omnino defuisse absolvi paterit.* Quo tandem cætera omittam, dissertationem hanc de impertienda, vel differenda absolutione recidivo per extraordinaria signa disposito ita V. Auctor concludit *num.*464. in fine = *Unusquisque in hac puncto impertiendæ vel differendæ absolutionis dirigere se debet juxta lumen a Dea sibi donatum.* Et in Praxi Confessarii *ad calcem Th. Mor. §. IV. num.*76. de iisdem recidivis per extraordinaria signa dispositis scribit = *Quidam volunt melius esse quod hujusmodi Recidivis differatur absolutio; alii tamen communius censent id raro expedire,* & HOC ETIAM SENTIT *celebris nostrarum temporum Missionarius R. P.* (nunc Beatus) LEONARDUS DE PORTU MAURITIO *in sua docto Sermone Romæ edito, cui titulus* Discorso mistico, e morale. *Melius nihilominus dicendum, quod in hoc puncta nequit certa statui regula, sed Confessarius juxta accurrentes circumstantias gerere se debet. Deo se commendet, & secundum se sensit inspiratum, sic faciat.*

120 Episcopus factus hanc ipsam praxim a Diœcesis Confessariis servari jussit, uti legitur in Encyclica *ad Confessarios* compulsat. *in Prac. Ord. S. Agathæ fol.*699., *& seq.*, ac præsertim *in* §.8. *fol.*701. *ter.* = ibi = *Stiamo ancora attenti* A NON ASSOLVERE SUBITO *quei, che sono* MALI ABITUATI, E RECIDIVI *nel peccato, e specialmente di bestemmia, e d' impudicizia, se non danno* COL TEMPO, E COLL' EMENDA *prova bastante dell' emenda di essi, a pure se nella stessa Confessione non danno qualche segno estraordinario, o certo della loro disposizione. Quali sieno poi i segni, essi stanno dichiarati nella nostra Morale; e bisogna, che tutti li Confessori li tengano avanti gli occhi, acciocchè possano bene regolarsi nel dar l'assoluzione.*

121 Hisce positis, ut unde est orsa, illuc revertatur oratio, per V.S. D. propositionem, *che non si ricordava di aver licenziato qualche Penitente senza il benefizio dell'assoluzione.* diximus, *non* colligi *nullum* ipsum offendisse *occasionarium, & consuetudinarium* absolutioni minus aptum, quod est impossibile; neque item colligi Eum absolutionem fuisse impertitum occasionariis, qui etsi poterant, *nolebant* tamen *omittere peccandi occasionem, qua versabantur, quinimo directe & ex proposito occasionem ipsam quærebant, aut ei se ingerebant,* uti fert Prop. 61. damnata ab Innocentio XI., vel absolutione donasse consuetudinarios, & recidivos *etsi emendationis spes nulla appareret,* uti se habet alia Prop. 60. ab eodem Pontifice proscripta, quia non modo id Ejus Sanctitati aperte repugnat, sed palam, & publice is profitetur ita se neque gessisse, neque unquam acturum, utpote sanæ Apostolicæ doctrinæ, & Animarum saluti contrarium; imo reprobat, & amare plorat consuetudinem illorum, qui absque veræ contritionis signis pœnitentes absolvunt.

Di-

122 Dicendum ergo est V. Virum per donum illud cælitus sibi collatum compungendi peccatorum corda, & ad veram pœnitentiam revocandi, non modo in concionibus habendis, ipsisque sacris canticis modulandis, sed etiam in Pœnitentiæ Sacramento administrando, quo *aveva un tale spirito di unzione, che chiunque si portava a suoi piedi per confessarsi lo compungeva in maniera, che* LO CONVERTIVA DA DOVERO *a Dio* Sum. p.400. §.90., & alibi passim (*a*), ita pœnitentes suos disponere, & compungere valuisse, ut vera, ac sincera illorum pœnitentia per signa optime cognita, eosdem absolutos dimittere potuerit. Ad hoc revera donum comprobandum uni Alphonso, haud cæteris a Deo concessum; & ad probandam item stabilitatem, & perseverantiam conversionis eorum, qui a Dei Famulo absoluti discedebant Testis XXVII. *Proc. Ap. Nuc.* V.S.D. *Confessarius* objectam retulit propositionem, uti ex toto contextu patet in nostro *Sum. pag.* 413. §.220., *& seqq. exadv. cit.* ibi = *Questi doni* (compungendi peccatores, ac duriora flectendi corda) *rilussero ancora nelle continue Confessioni de' Peccatori, che il Servo di Dio udiva &c. Non solo Egli aveva una dolce maniera penetrante* D'INTERNARSI NEL CUORE DE' PENITENTI *per fargli vomitare ogni più enorme peccato a dispetto del rossore, ma sapeva suggerirne loro tali, e tanti motivi della bontà di un Dio offeso, e di un Cristo morto in Croce, che* PENETRAVA IL PIU' DURO DE CUORI, *e li faceva disciogliere in lagrime di vera compunzione, per cui chiunque andava da lui a confessarsi* PER OSTINATO, E DURO, *che fosse stato*, SI DOVEVA ONNINAMENTE COMPUNGERE, *ed anzi Egli stesso mi disse più volte, che non si ricordava di aver licenziato qualche Penitente senza il beneficio della S. assoluzione Sagramentale a tale, e tanto, che queste* CONVERSIONI, *ch' Egli faceva animato dallo Spirito di Dio non solo furono* SEMPRE SINCERE *ma eziandio* STABILI, E PERMANENTI.

123 Orationis tandem vela contrahens de hac Epoca religiosissimus Animadversor ex eo quod quidam Laicus expulsus *denunciò &c., che nelle nostre Case di Nocera, Ciorani, e Caposele vi erano* (*forse così credendo*) *Cantaja, e cantaja di tabacco contrabando* (Animad. §.32.) atque ex eo quod *nel giardino vi era quantità di piante di tabacco il P. Ministro si pose a strapparle, ma essendosene avveduto il Servo di Dio fè subito desistere dicendo: non và bene; quello ha fatto la denuncia sul vero, e non conviene farlo ritrovar bugiardo &c.* commendat quidem Dei Famuli justitiam, sed inquirit cur ipse non ignorans legem, quæ vetabat culturam, & fabricationem Nicosiani pulveris, permisit, ut in suarum Domorum hortis plantatio fieret? Ac primo quidem huic interrogationi respondeo infimam hanc curam nicosiani pulveris plantationis pertinere quidem ad inferiorem Præsidem, vel scilicet rei familiaris curatorem, vel Rectorem localem, non autem ad V. Alphonsum, qui utpote totius Congregationis Generalis Præpositus (Rectorem majorem vocant) summa cogitare

(*a*) Sum. pag. 400. §. 87. ad 90. p. 401. §. 91. p. 402. §. 104. ad 107. p. 403. §. 110. ad 115. p. 404. a §. 116. ad 122. p. 407. §. 145. ad 153. p. 408. §. 154. p. 410. §. 183. & seqq. p. 411. §. 186. p. 412. §. 200. ad 207. p. 413. §. 208. ad 215. p. 420. a §. 271. ad 276. pag. 429. §. 346. p. 432. §. 368. 375. ad 378. p. 403. 3§. 379. p. 449. §. 501. p. 450. §. 509. p. 451. §. 522. p. 452. §. 524., & late in nostra Informat. p. 92., & seqq. a §. 318. ad 324.

re debebat, quique in postrema præsertim vitæ Epoca, ad quam eventus spectat, vix unquam in viridarium descendit; hinc ut ipsi nulla erat hujusce pulveris cura, nulla itcu culpa potest inesse; ceu perbelle scribit S. Gregorius in *Pastoral. part.2. cap.7.* ibi = *A subditis inferiora gerenda sunt, a Rectoribus sublima cogitanda, ut scilicet oculum qui prævidendis gressibus præminet* CURA PULVERIS *non obscuret*.

124 Sed ex ipso sermonis contextu patet non fuisse quidem Regia Lege prohibitam nicosiani pulveris plantationem, & culturam, in omnibus Religiosis Domibus fieri solitam, sed unam ejusdem pulveris alibi fabricati retentionem, & usum; Nam denunciata fuerat hujus regii vectrgalis Conductoti non nicosianæ herbæ plantatio, sed supposita ejusdem pulveris retentio, *che nelle nostre Case vi erano* (*forse così credendo*) *cantaja, e cantaja di tabacco contrabando* = Si plantas accusatio respexisset, cum hæ in propatulo essent, illas pro certo in Nucerina Domo retineri expulsus Laicus denunciasset, non vero supposuisset, *forse così credendo*; si plantas respexisset, utpote quæ solo inhærebant, metiri non poterant, & tamen accusatio fuit, quod *vi erano cantaja, e cantajo di tabacco*, quod omnes norunt mensuram quamdam esse Neapolitani Regni, quæ libras trecentum quinquaginta Romanas æquat. Si denique plantas respexisset, quum hæ V. Alphonsi jussu haud e solo fuissent evulsæ = *il Ministro si pose a strapparle, ma essendosene avveduto il Servo di Dio fe subito desistere &c.* eas Conductoris administri invenissent, haud accusatio declarata fuisset *falsa*, haud infelix Accusator ad solvendas frustraneæ expeditionis expensas a Regio Vectigalis Conductore damnatus fuisset; haud hoc nomine ipse profugus abiisset, donec heroica V. Alphonsi charitate, atque studio pristinam assecutus fuerit tranquillitatem; uti legitur in *Proc. Ord. S. Agathæ fol.* 1188. *ter. exadv. cit.* ibi = *Venendo poi* PERSEGUITATO IL LAICO DALL' ARRENDITORE DEL TABACCO *per l'interesse, che sofferto aveva collo spedire nella medesima ora trè Squadre in tutte trè le rispettive Case, avendolo saputo il Servo di Dio, e vedendo, che il* LAICO ANDAVA FUGIASCO, *non mancò interporci in Salerno l'Avvocato de' Poveri D. Vincenzo Nola, affinchè in suo nome pregato ne avesse l'Arrenditore per un qualche rilascio, e tanto si adoperò, che lo* FECE COMPORRE *per poca quantità di denaro*. Vide V.Viri, licet innocenter lacessiti, charitatem vere eximiam, vereque heroicam!

DE TERTIA EPOCA

Ab Anno 1762. *ad* 1775. *sive de Episcopatu*.

125 Si hactenus experti fuimus sapientissimum Fidei Promotorem, obiiciendi inopia, vel nodum pro munere quærentem in scirpo, vel Alphonso vertentem culpæ, quæ sibi cæteri decerpunt ad laudem, eadem profecto methodo de V.Viri *Episcopatus Epoca* disserentem sectatum fuisse intelligimus. Scribenti enim sibi de gestis V.Ligorii jam Episcopi, Ejus imaginis prima ipsa lineamenta quum duceret, protinus illius Pastoris occurrit imago, quem in Tito suo informat Apostolus. Quamobrem intimos animi sensus aperiens (hujusce scilicet Antistitis virtutum fulgore vel ipsos censorios oculos penetrante) ita graviter, &

inge-

ingenue orationem suam exorditur (§.33.) *Equidem Hominem intueor , qui vocatus tamquam Aaron sibi imposito gravissimo oneri , ne Divinæ voluntati Pontificis formali præcepto patefactæ resistere videretur , cervicem inflectit .Hominem video de Grege sibi comisso sollicitum , illius bono semper intentum*, NON SUA QUÆRENTEM, SED QUÆ DEI SUNT , *hospitalem , sobrium , benignum , continentem , exemplum bonorum operum in doctrina , in integritate .* Quid plura ?

126 Hæc profecto candidum decebant animum ; reliqua muneris religio postulat ; sed ita postulat , ut fas ingenuo Viro sit quæ sentit verè , ac libere pronunciare . Fatetur enim quæ dicturus est de hacce Episcopatus Epoca haud censuræ nomen promereri , sed aliquales esse fragiles, fallaces, & apparentes censuræ larvas:*Ergo ne*,pergit ipse cit. §.33. *Alphonsus usque ad Santitatis fastigium pervenit ? Nequeo id affirmare nisi quædam ejusdem actiones , quæ* ALIQUALEM *censuram promereri* VIDENTUR *ab omni labe immunes declarentur.* Sed quæ labes actionibus hujusce V.Episcopi inesse potest, qui juxta Apostoli cor vitam , moresque composuit ? *Concedam* , respondit ornatissimus Censor , *concedam V. Virum* HAUD PECCASSE *per defectum* : Magnum hoc est , rarum , insitatum , ac prorsus heroicum : Sed addit *per excessum tamen non deliquisse non item dare possum* . Bone Deus ! Si concedis Ligorium fuisse Episcopum *Gregis bono semper intentum , non sua quærentem , sed quæ Dei sunt* , necessario sequitur Eum in Gregis bono quærendo pastoralis muneris partes implere debuisse , inter quas præsertim illam , quam inculcat Apostolus ad Thimoth. 2. 4. = *Insta opportune , importune* . Hæc vero exequentes facile *nimios* appellamus , & per *excessum* deliquisse dicimus, uti ad rem advertit S.Bernardus Eugenio III. de *Consid. lib.*3. *Cap.*3.*num.*8. = ibi = *Insiste & resistentibus . Dicendo hæc forte* NIMIUS *dicar . Num nostra illa vox* : Insta opportune , importune ? *Hunc , si audes , nimium appellato . Si dura fronte sunt , durato & tu è contra tuum . Nil tam durum , quod duriori non cedat.* Hæc profecto si in Ligorio reprehendis , non excessus , sed fervoris, sed zeli argumenta sunt , ceu scribit Guillelmus Abbas in Vita S.Bernardi *lib.*1. *Cap.*8. = *In quo Servus Dei nimietate forsan excessit , piis certe mentibus non de nimietate , sed de fervore exemplum reliquit* . Vagæ huic objectioni de V. Ligorii gestis , cujus *heroica Prudentia* plene probata legitur in *Summ. num.*20. , his dumtaxat occurrimus , cætera suis in locis infra dicturi .

127 Post hæc generatim adnotata , antequam ad peculiares eventus Animadversio descendat , aditu sibi facto ad ea , quæ Pastoribus præcipiuntur , etsi ultro concedat §.34. , per Testes probari V. Antistitem biennalis Visitationis Diæcesanæ munus juxta Tridentinæ Synodis decretum implevisse ; exquirit tamen ea de re legalem attestationem ex *Visitationum Codicibus depromptam* . Hanc itaque ultro exhibemus in *Summ. Addit. num.*3. , sicque duplici probationum genere, tum ex Testibus , tum ex allatis monumentis luculentissime constat V. Ligorium ab Anno 1763. , qui primus fuit Episcopatus , usque ad Annum 1774. , postquam Episcopatum abdicavit , Pastoralis Visitationis onus implevisse *per se cum vires suppeterent ; per alios vero dum senio confectus , ac ægritudinibus oppressus ad illud subeundum impar evaserat* , ceu Animadversio exoptabat . Neque vero illud prætereun-

dum

dum V. Virum in postremis Episcopatus annis tanto affectum fuisse dolore, quod morbis, ac generali præsertim arthritide, qua contortis vertebris in reliquam vitam obstipo collo remansit, ad visitandam per se Diœcesim impar evasisset, ut hoc nomine ad Sa. Me. Clementem XIV. Episcopatus abdicationem miserit. Pontifex vero ea, quam de ipso fovebat Sanctitatis opinione, *non volle accettarla, e li fece sentire per mezzo del Cardinal Castelli &c. che valeva più una preghiera, cl' Egli faceva dal suo letto, che mille visite* (*a*). Nihilo tamen secius per suum Vicarium Generalem Nicolaum Rubbino Diœcesim lustrari sategit, ab eoque, licet ægrotus, de singulis certior fieri volebat, singulis sapienti ratione accurrebat, singulis prospiciebat; nullaque sibi quies, nisi postquam scandalum, si quod forte resciret, provida lege, & cautione dirimisset (*b*). Quinimo eodemet anno, quo arthritide afflictabatur 1769. (*c*), in Argenii oppido visitationem peregit, ut in *Summ. Addit. num.* 3. §. *Nell' Anno* 1769. ibi = *Die* 2. *Mensis Julii* 1769. *Illmus, & Rmus Dominus Episcopus post Vesp.* HABITUALI SUA INFIRMITATE NON OBSTANTE *petiit Ecclesiam Collegialem &c. seguono le Visite* = quæ quidem Argentii visitatio per sese personaliter repetita legitur Anno 1773.

128 Quamquam vero ex ipso objecto Teste XXXIV. *Proc. Informat. S. Agathæ*, qui est D. Petrus Truppi Civitatis *Airolæ* (*fol.* 1480. *ex adv. cit.*) pulcherrime pateat ipsum non loqui de omnibus, singulisque visitationibus in sua Civitate peractis, sed de unis tantum quatuor a Ven. Ligorio ibidem *personaliter* executis, utpote qui expresse deponit, quod *diede sempre per otto giorni gli esercizj = MI PARE fossero state quattro volte in diversi anni*, Animad. §. 34., evidentius id tamen patet ex allato Visitationum monumento *Summar. Addit. num.* 3. Et si enim Cancellarii incuria haud singulæ Visitationes a Ven. Episcopo peractæ in publicas Actorum tabulas seu regesta relatæ inveniantur (*d*) constat tamen Ven. Antistitem post primam suam Visitationem in Agathensi Urbe indictam anno 1763. usque ad illam habitam 1774., qui postremus fuit sui Episcopatus annus, non quater, sed *in singulo biennio* Airolæ Civitatem, vel per se, vel per suum Vicarium visitasse, uti legitur in *cit. Summar. Addition. num.* 3. sub annis 1765. 1767. 1769. 1771. 1773.

129 Si ad ostendendam quoque hanc ipsam Ven. nostri Antistitis Pastoralem sollicitudinem in sua visitanda Diœcesi *multum proderunt Relationes, quæ dicuntur* ad limina, *quæque in Tabulario S. Congregationis Concilii adservantur* (Animad. §. cit. 34.) publica testimonia exhibemus ipsius *S. Congregationis Concilii*, quibus constat, Ven. Episcopum in singula visitatione ad Sacra limina in quolibet triennio de

(*a*) Sum. pag. 131. §. 20. pag. 135. §. 49. p. 136. §. 59. & passim *in cit. Sum. num.* 10. *de Episcopali munere*.

(*b*) Sum. p. 504. §. 2. p. 138. §. 73., & seq. p. 139. init. p. 142. §. 98. p. 146. §. 127. p. 152. §. 170. p. 156. §. 203. p. 158. §. 215. p. 161. §. 241. p. 517. §. 110.

(c) Sum. pag. 440. §. 439., & passim in cit. Sum. num. 18. per tot.

(*d*) Nonnullæ visitationes haud in Cancellariæ Regestis repertæ fuere, uti legere est *in Summar. Addit. num.* 3. *sub* §. qui incipit *Nell' anno* 1764. *circa fin.* ibi : *Si trova carta bianca, forse doveva qui stendersi l' apertura della visita fatta dal Vescovo, e si tralasciò. In seq. §. Nell' anno* 1765. *circ. med.* ibi : *Si vede chiaramente, che mancano altre carte* : In §. nell' anno 1768. ibi : *comincia questo quinterno con spazio di carta bianca prima, segno evidente, che mancano altri notamenti di visite*.

de more executa, suæ Ecclesiæ statum, seu relationem religiose misisse *Summar. Addit. num. 4. per tot.* Imo vero exhibemus responsa ipsa ejusdem S. Congregationis Concilii in *Summar. Addit. num. 5. per tot.*, ex quibus, non modo quid Ven. Episcopus exposuerit, verum etiam, quid ei S. Congregatio responderit apprime intelligitur. Quamobrem ad Diœcesanas visitationes quod attinet, non nudam exhibemus Ven. Viri assertionem a suæ Ecclesiæ *relatione* depromptam, qua una Animadversio contenta erat, sed gravissimum, & maximum Purpuratorum Patrum S. Concilii Interpretum elogium ipsi Ven. Ligorio in hæc verba patefactum = *Præ cæteris nos in Tui existimationem impulit quod . . . . Tibi* SACRAM VISITATIONEM QUOTANNIS *peragenti viam parari facis, ac muniri dimissis hunc illuc Evangelicorum Virorum expeditionibus* = *Summar. Addit. cit. num. 5. §. 2.* =

130 Germana huic est altera exceptio de Diœcesana Synodo a Ven. Antistite non celebrata (*Animad.* §. 35.) Non in ea versamur facti specie, qua excusatio ab iis Auctorum sententiis petenda sit, qui hoc Tridentinæ Synodi Decretum contraria consuetudine tantisper emollitum, & temperatum, non ita stricte, rigideque accipiendum asserunt, ut numquam fas sit Diœcesanam Synodum prætermittere, ceu erudite disserit Animadversio §§. 36. & 37. Non hanc certe arripimus viam, ac si Ligorii zelus undequaque cum Prudentia conjunctus aliqua indigeat excusatione; etiam si Fagnanus, Præsul ille doctissimus, qui S. Congregationis Concilii Innocentio X. Pontifice Maximo a Secretis fuit, asserere non dubitaverit *in Cap. Ego N. n. 22. de jurejur.* emollito jam ætate sua Tridentini Decreto, ipsam Sacrorum liminum Visitationem Episcopalibus Synodis æquiparari. Pluribus enim rationum momentis adductis, *colligi posse*, ait (loc. cit.) *hanc Visitationem liminum nunc aliqua ex parte assimilari Synodis Episcopalibus*; etiamsi doctus item Cardinalis de Luca commendatione dignum putaverit in suo *Oper.*, cui tit. = *Il Vescovo Prattico Cap. 12. num. 3.* si Episcopi nulla urgente necessitate abstineant a Diœcesana Synodo convocanda.

131 Ecquis enim hoc nomine Ligorio succenset, cum & ipse religiosus Censor nobiscum una conveniat haud Ven. Virum *negligentia*, & *socordia* (quam unam redarguit Benedictus XIV. *Animad.* §. 36.) Synodum prætermisisse? *Non is ego sum*, scribit (*loco cit.*) *qui velim Ven. Virum ex sola negligentia, & socordia Synodum facere prætermisisse &c. imo legitimas non defuisse Episcopo causas, ne Synodum indiceret existimo*. Sciscitanti vero, quænam fuerint hujusmodi causæ Testes, ipsa Animadversione fatente, apertissime respondent Sacrum Antistitem a convocanda Synodo præpedivisse *temporum circumstantias*. Nonne hæ momentosum suppeditant impedimentum? Nonne Ligorium tamquam nimio, & imprudenti zelo abreptum quis merito traduxisset, nisi in aggredienda re, quæ unam respicit disciplinam, locorum, & temporum circumstantias respexisset? Ita profecto sapientissime sentit Benedictus XIV. de Synod. Diœc. *lib. 9. Cap. 9. num. 2.* ibi = *Ne Episcopus erret nimio, atque indiscreto zelo abreptus . . . . TEMPORUM, ET LOCORUM CIRCUMSTANTIAS, sed & potissimum rerum, causarumque naturam diligenter consideret oportet*. Et prius Cap. 3. num. 7. = *Mu-*

tantur rerum circumstantiæ, & quod uno tempore utile erat, postea inutile, & quandoque PERNICIOSUM evadit =

132 Sed quorsum hæc disputo? Si enim Sacri hujusce Senatus conscripti Patres *Ven. Jo. Franciscum Tenderinium* Civitatis Castellanæ, & Hortanæ Episcopum *legitima causa* præpeditum duxerunt a Diœcesana convocanda Synodo ob quæstionem quamdam *circa præcedentiam* inter Collegiatas excitatam (*a*) propterea immortali Pontifici Pio VI. suffragium præbuere, ut illum, hacce posthabita censura, inter Christianos Heroas adscriberet, quemadmodum solemni Decreto adscripsit *Nonis Augusti* 1794., si, inquam, unam inter Collegiatas quæstionem impediendæ Synodi causam *legitimam* agnovere, longe multoque graviore causa, quam Tenderinium, Ligorium præpeditum intelligent a convocanda Synodo ob *temporum circumstantias*, quas ipse variare nequibat.

133 Et sane nil sibi reliquum Ligorio supererat, quam Apostolicam Sedem de impedimentis ad convocandam Synodum certiorem reddere; juxta monitum Benedicti XIV. de *Synod. cit. lib. 9. cap: 8. num. 1.* ibi = *Disciplina varia est pro locorum, & temporum ratione, ac fieri potest, ut aliqua Constitutio, licet plerisque Orbis Christiani Diœcesibus utilis, ALICUI tamen PROVINCIÆ, AUT PECULIARI DIÆCESI MINUS OPPORTUNA dignoscatur, idcirco operæ pretium duximus hic explicare qua ratione se gerere debeant Episcopi, qui aliquam Pontificiam Constitutionem Diœcesis suæ rebus minime conducere arbitrantur &c. In his itaque rerum circumstantiis Episcopus intelligens Apostolicæ Sedis legem in Diœcesi sua noxium aliquem effectum producere posse, non modo suas Romano Pontifici rationes repræsentare non prohibetur, quin potius ad id omnino tenetur &c. Neque Romani Pontifices &c. minime recusarunt aliquas Provincias, aut Diœceses a Generalium Constitutionum suarum lege quoad disciplinæ genus illud, de quo nunc agimus, eximere.* Quod ergo suum erat Ligorius explevit: Apostolicæ Sedi impedimenta exposuit, quibus in sua Diœcesi Synodum convocare nequibat. Purpurati vero Patres S. Concilii Interpretes, quibus ab Apostolica Sede hæc demandata provincia est, ita gravia, & legitima a Ven. Ligorio exposita impedimenta judicarunt, ut ipsi responderint, ut id quidem quantum in se erat, suæque vires ferebant, adlaborandum, *de exitu tamen quicumque futurus erat, in Divina voluntate quiescendum.* En ipsa S. Congregationis verba; Sum. Add. num. 5. litt. A. §. 4. *Facere non possumus, quin te etiam ad ea quæ VIX AC NE VIX QUIDEM EFFICI POSSE SCRIBIS pro munere nostro inflammemus. Diœcesanam igitur Synodum Tibi proponi a nobis ut tuarum laudum pulcherrimam metam existima &c. atque id quamquam PERDIFFICILE Tibi PLURIMISQUE SEPTUM IMPEDIMENTIS videatur, tamen cum Divinam opem in cæteris hactenus præsentissimam expertus sis cum præclara ejusdem in istis prodivisti exempla non desint, omnem operam, cogitationem, PRUDENTIAM, ac industriam Tuam illuc convertere debes, & quantum in Te est, Tuisque viribus conniti, multumque Divino auxilio confidere, ac demum in SUPREMA VOLUNTATE DE EXITU, qui*

(*a*) In Posit. Caus. Ven. Tenderini super Virt. an. 1783. Sum. Addit. num. 5.

quicumque futurus sit conquiescere. Hæc ad Ligorium Apostolica Sedes. Causa dicta est.

134 Hocce responso accepto ad celebrandam Synodum ea mente se convertit Alphonsus, ut si id haud congruere cum Prudentiæ legibus intelligeret, in suprema tandem Divini Numinis voluntate juxta S. Congregationis monitum omnino conquiesceret. In hujus itaque sollicitudinis partem adscivit probum Virum, qui est *Testis I. Proc. Apost. S. Agathæ* a quo, uti diligens Animadversio refert §. 36., accipimus, quod = *Era NELLA RISOLUZIONE il Servo di Dio sin da che terminò la visita generole della Diocesi DI TENERE UN SINODO &c. destinò me in Napoli per consigliore sù di questo Monsignor Borgia Vescovo di Aversa, il P. D. Gennaro Fatigati Superiore de' Cinesi, ed altri Uomini savj; MA NE FU SCONSIGLIATO sul riflesso &c, sentendo questo mi disse: Quello che far dovrei col Sinodo lo farò con tante Notificazioni*. Prudentiæ certe fuit in tam arduo negocio sui diffidere, ac doctorum Virorum consilia exquirere; Prudentiæ item fuit in re ab Apostolica Sede suis tantum viribus commissa, quin de exitu sollicitus foret, illorum consilia sequi qui Synodi prætermissionem pro tempore, & circumstantiis magis in Domino expedire existimabant. Nam *Prudentis Prælati est in iis, ad quæ Superioris lege non adigitur, se loco, & tempori accommodare, & quædam, quæ olim in usu erant prætermittere, sicut ad rectum suæ Diœcesis regimen magis expedire in Domino judicaverit*; verba sunt Benedicti XIV. in *cit. Oper. de Synodo lib. 5. cap. 3. num. 7.*

135 Si vero prudens Antistes *formalem* Synodi celebrationem ad meliora tempora distulit; non prætermisit tamen *æquipollentes* Diœcesanas Synodos identidem convocare. Accibat siquidem eos, quos ad Synodum vocare debuisset, Canonicos, Diœcesanos Parochos, ac etiam Regulares, eorumque sententiis invicem in Sessione collatis, Edicta, legesque condebat Diœcesis necessitati accommodatas; quemadmodum uno ore Testes referunt, ac speciminis loco.

XXXV. Testis *Proc. Apost. Nuc.* V. S. D. Confessarius *Summar. pag. 142. §. 99.* = *Il Ven. Servo di Dio nel tempo del suo Vescovato sempre chiamava a consiglio i Parochi, ed i Canonici per trattare gli affari riguardanti il bene spirituole della Diocesi*.

III. Testis *Proc. Apost. S. Agathæ* (Presbyter illius Diœcesis) *Summar. pag. 156. §. 205.* = *In tutto il tempo che il Servo di Dio governò questa Diocesi, sò che non fu celebrato mai Sinodo formale &c. Sò bensì, che di continuo chiamava nella sua Residenza Persone Ecclesiastiche da tutta la Diocesi, e specialmente Arcipreti, Parochi, e Vicarj Foranei, e talvolta anche i Regolari, e di continuo altresì spediva Editti, Notificazioni, ed altri ordini SECONDO IL BISOGNO, come io co' proprj occhj li vedeva affissi, o in Sacristia, o alla Porta di questa Cattedrale, o in altri soliti luoghi*.

XIV. Testis *Process. Ordinar. Nucer.* V. S. D. Famulus de visu, *f. 1186. ter.* = *Sò che nelle difficoltà più gravi esso Servo di Dio voleva sentire il parere* DE' PRIMI DELLA SUA DIOCESI, E DELLA SUA CATTEDRALE CON TENER SESSIONE *per tale effetto con essi*. His cohærent alii oculati Testes *in nostro Summar. pag. 137. §. 64. pag. 149. §. 151. pag. 161. §. 242. pag. 163. §. 254., & per tot. num. 10. de Episc. munere* =

136 Quamquam omnes, singulique præfati Testes aperte deponant *de propria experientia* Sacrum Antistitem Synodi vicem supplevisse per Edicta, opportunasque leges Diœcesis necessitati accomodatas = *secondo il bisogno* = religiosa tamen Animadversio *cit.* §.35. ex eo quod Ven. Antistes se præpeditum intelligens ad Synodum celebrandam dixerat = *Quello che far dovrei col Sinodo, lo farò con tante notificazioni* = has a nobis exquirit, ut *PP. judicent, sint ne aptæ ad gravissimam hanc difficultatem enodandam*. Sed si Testium dictis non præbetur fides, iis inquam, qui utpote præsentes in loco abusus noscebant, proindeque melius, quam modo nos judicare valebant, an Ven. Dei Famuli Edicta *opportuna* essent necessitati; quomodo mehercule Sapientissimi Judices ex ipsis Constitutionibus, & & Edictis divinare poterunt an ea decernenda fuissent in Synodo? an opportuna necessitati? an ad evellendos abusus, qui tunc ea in Diœcesi serpebant, accommodata? Docet quippe Benedictus XIV. (*de Synodo lib.6. cap.3. num.1.*) *Non posse certam regulam præscribi, quæ constitutiones indigitet in qualibet Synodo edendas. Quæ enim uno tempore, atque in uno loco saluberrima sunt, alio tempore, alioque in loco incassum renovantur*. Unus ergo ille, qui Diœcesi præerat, quique Diœcesim quotannis visitabat Alphonsus, unique Testes Diœcesani, & oculati, noverant, quæ forent Diœcesis necessitates, & an iis Dei Famulus æque, ac in Synodo per Constitutiones occurrerit.

137 Nihilo tamen minus in optima Causa abundare volentes, quoad requisitam Edictorum exhibitionem communi adagio reponimus: *frustra quæris quod intus habes* = Ea enim jam exhibita in ipso Causæ limine, & compulsata leguntur in *Process. Ordinar. S. Agathæ a fol.689. ter. ad 710. ter.* Quo vero AA. PP. facili negocio percipiant in iis Ven. Antistiti nil omnino excidisse, quod in quacumque Synodo decerni, mandarique poterant, haud refugientes laborem, non modo Edictorum titulos, sed ea etiam, quæ iidem complectuntur *summatim* exponimus.

Notificazione I. Ai Reverendi Canonici della sua Cattedrale, e Reverendi Mansionarj, ed a tutti gli altri RR. Canonici, Mansionarj, Cappellani della sua Diocesi. In ea Sacer Antistes illos admonet de gravi obligatione interessendi Choro, ac recte, devoteque psallendi; de rebus gravis momenti nonnisi per secreta suffragia in Capitulis decernendis; deque ratione substituendi alios Ecclesiæ servitio.

Notific. II. ai RR. Arcipreti, e Parochi anche de' Casali separati, ai Rettori della sua Diocesi, ed ai Confessori della medesima. Jubet Ven. Episcopus in singulis Festis publice recitandos cum Populo Christianos actus; habendam conciunculam, necnon christianam scholam puerorum; erudiendum populum in Fidei misteriis ad rite satisfaciendum Paschali præcepto, sponsosque ad sancte contrahendum matrimonium; impediendam inter utriusque sexus adolescentes familiarem conversationem; non recipiendas promissiones de futuro matrimonio, nisi a nuptias proxime contracturis; conficiendum statum Animarum, certasque adhibendas cautiones ad evitandas fraudes in comunione Paschali; opportune administranda extrema sacramenta lethaliter ægrotantibus; fideliter adimplenda Legata eorumque elencum in sacrario retinendum; legendum Populo in

Cœna

Cœna Domini casuum reservatorum album ; servandum statutum tempus antequam Cadavera humi tradantur , tam eorum , qui prævia ægritudine , quam eorum , qui repentino morbo decedunt ; stricte custodiendam clavim Sacri Tabernaculi , vasisque Olei infirmorum ; conficiendum Inventarium bonorum Ecclesiæ ; a Paræcia non recedendum , ac singula Parochialia munia rite obeunda ; applicandam a quolibet Paroco in Festis Missam pro Populo ; exequendam omnino correctionem , & impedienda scandala ; monendum populum de vespertina recitatione Psalmi De profundis, ejusque indulgentiis ; traditur tandem formula benedictionis ægrorum .

Notific. III. A tutti i Sacerdoti Secolari , e Regolari , che avevano avuta da lui la facoltà di prender le Confessioni = Commendat his juge Th. moralis studium , & accademiæ moralis frequentiam ; obligationem admonendi parentes de onere erudiendi natos Fidei mysteriis , deque casu sibi reservato absolutionis eorum , qui necessariam hanc negligunt institutionem ; interrogandos Pœnitentes ad se prima vice accedentes an ruboris causa aliqua reticuerint peccata ; differendam absolutionem occasionariis , usque ad emendationem , ut in *super.* §. 118. , idem exequendum cum consuetudinariis , & recidivis , nisi emendatione , vel extraordinariis concurrentibus signis , de quibus in sua morali , ut in *super.* §. 120. ; Admonendos Medicos de obligatione præcipiendi Sacramenta graviter ægrotantibus , juxta Bullam S. Pii V. ; alia demum sectanda monita ad excitandos Pœnitentes ad contritionem , melioremque frugem revocandos accommodata .

Notific. IV. A tutti i Sacerdoti Secolari = Mandat his ad confessionem , & beneficia obtinenda frequentiam Accademiæ moralis ; Non absolvendum Sacrum infra quadrantem sub pœna suspensionis ; illud devote celebrandum , gratiasque debitas inde reddendas ; Non differendam commissæ Missæ celebrationem ultra bimestre , & si sit pro defunctis ultra mensem ; abstinendum a ludis sortis , utpote *Bassetta , Primiera , Dadi , e simili* ; Non exequendam ab ipsis Scenæ actionem, neque in sacra,neque in privata Comœdia;Non exercendam venationem absque sua venia ; Non conducenda vectigalia , vulgo *Affitti di Gabelle &c.* ; celebratas Missas diligenter in Sacrarii libris describendas ; Se tandem ad Beneficiorum collationes propensum pollicetur favore illorum , qui Parochos in christiana præsertim puerorum institutione adjuvaverint .

Notific. V. Per tutti quei , che vogliono esser promossi agli Ordini . In Ordinandis requirit Patrimonium , scientiam , & bonos mores . Quoad *primum* exigit Beneficii titulum , reservans sibi ordinationem ad titulum Patrimonii , juxta Ecclesiæ necessitatem . Quoad *secundum* ; frequentiam conferentiæ , seu Accademiæ moralis , Doctrinæ in Paræcia , Sacramentorum , & orationis , incessum in habitu , & tonsura , & abstinentiam a ludis , & venatione . Quoad *tertium* , scilicet scientiam , proponit morales tractatus pro quolibet Ordine Sacro suscipiendo , ad Presbyteratum autem totius Th. moralis scientiam exigit ; singulos tàndem Ordines Sacros religioso exercitiorum recessu præveniendos indicit .

Notific. VI. = Circa la forma delle Vesti , e Tonsura , che debbono usare gli Ecclesiastici = Hocce Edicto prohibet nutriendam comam , secu-

seculareſque veſtes, & colores; Eccleſiaſticæ tonſuræ formam oſtendit, ac ſubobſcuros veſtium colores jubet; Thalarem habitum exigit a Clericis, ac Presbyteris ad Eccleſiam accedentibus; ab hac lege rurales Sacerdotes inter hybernos glacies, & imbres excipit a die prima Novembris, usque ad totum mensem Aprilis, dummodo thalari ea veste celebrent, vulgo nuncupata *Sottana senza maniche, ma non la faldiglia*.

138 Plura ne in Synodo decernenda fuissent? Præter autem hæc fere innumera, & præclara sunt alia a Sacro hocce Antistite ad reformandos Gregis mores salubriter instituta, quæ ex *Summario* deprompta legantur in nostra Informat. *a pag.* 96. *ad* 99. *a* §. 329. *ad* 339. Quin vero cuncta persequar, unum illud Sacræ Congregationis Concilii *judicium*, ac æternum illius præconium de Pastoralibus Alphonsi laboribus satis abunde probat, qua, quamque heroica diligentia, studio, vigilantia in commisso regendo Grege Synodi vices ipse suppleverit. Nam Emi illi Patres hodiernum judicium vestrum, Sapientissimi Suffragatores de Ven. Antistitis meritis prævenientes admirationem suam, datis ad eum litteris, patefecerunt, sibique maxime gratulati sunt. *Summ. Addit. num.* 5. *litt. A.* §. 1. , ibi = *Præcæteris Nos IN TUI EXISTIMATIONEM IMPULIT, quod stationes Pastorum, vigiliasque, Parochiales videlicet Ecclesias, ut animarum necessitas postulabat, MIRA ANIMI contra plurimas difficultates CONTENTIONE, industriaque multiplicasti; quod Seminarium Tuo Episcopio adhærens meliori aptiorique forma A FUNDAMENTIS EXCITAS, juvenumque in eo convictu disciplinis præsertim Ecclesiasticis instruendorum CURAM geris ACERRIMAM &c. quod puellarum conservandarum Domui extremam imponere manum satagis, viamque sternis, ut isti perficiendo operi nihil ad perennitatem desit &c. QUOD CLERO ad Ecclesiasticam disciplinam, sacramque eruditionem EXCOLENDO MIRIFICE STUDES inductis moralis Thæologiæ Accademiis, præter eas, quæ crebro fieri consueverunt, de conscientiæ casibus, & Sacris Ritibus collationes; quod Tibi Sac. Visitationem quotannis peragenti viam parari facis, ac muniri dimisso huc illuc Evangelicorum Virorum expeditionibus &c. Quid alios Tui Pastoralis zeli, ac industriæ referam usus, quibus divinum cultum, pietatem charitatemque foves, omnisque Tibi commissus Grex ut salvus, atque incolumis sit omnimoda ratione, exemplis scilicet, monitis, hortationibus, correptionibus, ac* NUMQUAM INTERMISSA CUSTODIA, AC SEDULITATE *caves*? Quodnam de Alphonsi meritis pulchrius, gloriosius, & excellentius hocce Apostolicæ Sedis judicio, & præconio excogitari, darique potest?

139 Expediti tandem ab iis, quæ Pastoralia munera respiciebant ad peculiares quasdam Ven. Viri actiones progrediamur. Ac primo quidem *erit FORTE, quis,* inquit Animadversio §. 38. *qui redarguendum putet Alphonsum; erit alter, qui LAUDABIT eum qui miserum hominem domi impudicæ Fœminæ occisum priusquam profano sepulcro traderetur jussit per totam circumduci Civitatem cum faculis ex pice confectis ad* INCUTIENDUM TERROREM, *& infelicem illius animæ statum demonstrandum*. Quis amabo erit, qui forte redarguendum hoc nomine putabit Alphonsum? Nemo certe: imo omnes

me-

meritis laudibus ejus zelum, ac prudentiam extollent, qui cum Diœcesim suam invenerit *assai portata a questo vizio scellerato* impuritatis (*a*) proptereaque Apostolico zelo, heroica animi fortitudine, ingentique pecuniæ vi in eleemosynam collata, opus habuerit ad brutale hocce vitium evellendum (*b*) sensibili etiam signo usus fuerit ad ingereudum ovium suarum menti invisibilem, & exitialem perniciem, quam impuritatis vitium animabus affert. Et sane nonne huc Ecclesia respexit cum millies sancivit in fornicatione, & adulterio occisos Ecclesiastica Sepultura privandos? *Cap. Sacris* 12. *de Sepulturis, Clement.* 1. *de Sepult. Cap. Pro obeuntibus* 21. *cum Glossa C. quibus peccata* 6. *Caus.* 13. *quæst.* 2. *Cap. Non æstimamus* 19. = Nonne, inquam, Ecclesia ideo illos Ecclesiastica Sepultura privat, ut eorum dehonestetur honor, itaut vivi infelicem ipsorum statum agnoscant? Nam *Sepultura mortui non confert ei quantum ad sensum &c. pertinet tamen ad defunctum quid de ejus corpore agatur quantum ad hoc quod vivit in memoriis hominum cujus HONOR DEHONESTATUR*; uti docet S. Thomas 2. 2. *quæst.* 32. *art.* 2. *ad* 1. Non ergo arguendus, sed summæ Prudentiæ laude commendandus est Ecclesiæ minister Alphonsus, si legis spiritu actus miserum illum hominem, jam Ecclesiæ sententia infamem, *ad incutiendum terrorem* viventibus per Civitatem circumduci jussit facibus ex pice confectis. Doctus certe Censor non eum redarguit, quippe qui scribit *Animadv.* §. 49. quod = *Sontes debitis pœnis plectendi sunt &c.* AD ALIORUM EXEMPLUM; quod etiam antea docuerat Seneca *de Clementia lib.* 1. *Cap.* 22,

140 Hujusmodi Animarum zelo æstuans Sacer Antistes, quo libidinis vitium penitus evelleret e sibi commissa Diœcesi *assai portata a questo vizio scellerato*, præter fervidas, ac fere quotidianas concioues exquisitamque vigilantiam, qua *si affaticò tanto, spese tanto, e patì tanto per eliminarlo dalla sua Diocesi senza lasciare alcun mezzo o umano, o Divino* (Sum. pag. 563. init.) in id præsertim incubuit, ut publicas meretriculas a turpi quæstu ad pœnitentiam, & castum Christi amorem revocaret. Facilius profecto foret orationis initium, quam exitum invenire si singulas hic prostitutas fœminas commemorare contenderem paternis Ven. Antistitis monitis ad honestam, & pudicam vitam traductas, ab eoque ære suo, vel menstrua stype liberaliter substentatas, vel collata dote nuptui traditas, vel in Gynæceis, ac tuto loco positas. Hujus enim pastoralis sollicitudinis, & hæroicæ Charitatis exemplis plenæ sunt actorum tabulæ (*c*). Eas vero, quæ Pastoralibus ejus monitis non cesserant, nullumque dantes emendationis signum effrontes, procacesque in turpi quæstu perseverabant, ne morbida pecus totum ovile corrumperet, a Diœcesi exulabat, ac eorum aliquas magis celebres, magisque obstinatas per compita fustibus cedi imperabat.

141 At id *genus punitionis* minus opportunum Animadversioni videtur §. 38., additque quod alii *alia minus tumultuosa* eidem suffecere. Non nego

(*a*) Proc. Apost. Nucer. fol. 3017.
(*b*) Proc. Apost. Nuc. fol. 2661. ter. 2663. ter. 3073. ter. Proc. Ord. Nuc. fol. 423. 1228. 308. alibique passim, & in nostra Informat. pag. 99. §337.
(*c*) Informat. p. 99. §. 337., & in Summ. per tot. num. *de Charit. in Prox. quoad spirit.*

nego in cujuscumque Episcopi potestate esse quas velit pœnas indicere ad coercendam mulierum libidinem, & crimina vindicanda; sed nonnullorum exemplum regulam non firmat in contrarium. Prudentis enim Episcopi est pœnas aptare necessitati, scandalisque, quæ si publica fuerint, frequentia & generalia, ut in Ven. Ligorii Diœcesi *assai portata a questo vizio scellerato*, publica indigent punitione non modo *ad criminis expiationem*, sed *ad aliorum exemplum*, ceu paulo ante ipsa Animadversio docebat, & expresse habetur in Textu *L. ut unius 1. cod. ad L. Juliam repeteud.* ibi = *ut unius pœna metus possit esse multorum* = Illud vero certum est Ecclesiam cælesti Prudentia ductam contra Meretrices, concubinarios, Adulteros verberationis pœnam, aliasque graves inflixisse: ut in *Cap. In Archiepiscopatu 4. de Raptor.* = *Cap. Concubinæ 5. Caus. 32. L. 2. Cap. Nemo 4. C. Dicat. 9. Caus. 32. quæst. 4. cap. cum dilectus 20. de Accus. cap. si Concubinæ 55. de Sent. Excom. Concil. Rom. sub Nicolao II. cap. 13. Concil. Mediolanen. II. tit. 1. Decr. 29. Lateran. V. Sess. 9. in Bulla Reformat. Curiæ &c.*

142 Nova item Ecclesiæ disciplina cum veteri omnino cohæret. Nam Tridentina Synodus *Sess. 24. de Reform. Matrim. cap. 4.*, non modo decrevit mulieres, quæ cum adulteris, seu Concubinariis publice vivunt, gravi pœna puniendas, & extra Diœcesim exulandas, sed etiam pœnas ipsas jam a SS. Canonibus contra adulteros, & Concubinarios inflictas in suo robore permanentes declaravit = *Mulieres sive conjugatæ, sive solutæ quæ cum adulteris, seu concubinariis publice vivunt, si ter admonitæ non paruerint, AB ORDINARIO locorum nullo etiam requirente, GRAVITER pro modo culpæ puniantur, & extra Oppidum, vel Diœcesim, si ibi iisdem Ordinariis videbitur, invocato si opus fuerit brachio Seculari, EJICIANTUR; ALIIS PÆNIS contra adulteros, & concubinarios inflictis IN SUO ROBORE PERMANENTIBUS.* Unde Fagnanus scribit in *Cap. Perniciosam de Off. Ordinar. n. 22.* = quod = *Hoc Decreto* Concilii Tridentini *non tolluntur aliæ pœnæ a Jure comuni, vel Statutis Synodalibus contra Concubinarios inflictæ*, & concludit *Mulieres, quæ cum adulteris, & Concubinariis publice vivunt posse ultra exilium aliis etiam pœnis contra Adulteros, & Concubinarios i inflictis* CUMULATIVE *puniri* = Præsentem denique constantemque disciplinam puniendi meretrices *pœna Carceris, exilii, verberationis* exponunt Pignattellus *Tom. 4. consult. 87. num. 3.* Antonell. *de Regim. Ecclesiæ lib. 6. cap. 29. num. 3.* Pirhing. *in Jur. Can. lib. 5. tit. 16 Sect. 3. num. 78.* Wanespen. *in jur. Ecc. univ. part. 3. tit. 4. cap. 4. num. 57.*, & Lucius Ferrarius in sua Bibl ioth. verb. *pœna* num. 76. ibi = *Episcopus potest punire Concubinarios non solum pœna pecuniaria, sed etiam pœnis corporalibus, nempe carceris, fustigationis &c.* Et verb. *Meretrix num. 8.* plura affert Responsa *S. Congr. Episcop. & Regul. de verberationis pœna* Meretricibus infligenda; ac indulgentiam illorum plorans, qui hoc pœnæ genere non utuntur, exclamat = *Utinam revera sic ejicierentur, & punirentur, ut harum pœna TERRITÆ ETIAM ALIÆ sordidam illam artem relinquerent.* Qua de re, si redarguere quis vellet Alphonsum, quod hoc pœnæ genere usus sit, absurdum sequeretur, quod redarguenda foret Ecclesia (quod absit) quæ contra Meretrices verberationis pœnam inflixit.

Inte-

143 Interea dum sacer Antistes libidinis vitium ignito zelo insectabatur, ad Paschalem Communionem publice e sua manu cum Populo suscipiendam accessit quidam uxoratus vir, qui habebat *scandalosa publica prattica con una Donna maritata Sum.* Object. *pag.* 5. *&* 6. *n.* 3. Ubi eum Ven. Episcopus optime ab aliis discernit *per avergli fatto antecedentemente delle molte ammonizioni*, a sacra mensa in hæc verba repulit = *Io non ti posso communicare perchè frequenti quella maledetta*. Iteratis autem ejus precibus motus addit = *Mi dai parola avanti questo Dio, che non anderai piu in quella Casa?* Ed *avendolo assicurato di aver lasciata la prattica suddetta, ed essersi confessato, il Servo di Dio lo comunicò.*

144 Eventum doctissimus Censor animadvertens interrogat §. 39. *in fin. Redarguendus ne erit hac de causa Dei Servus? ID NON AFFIRMO; si quæ nebula est quæro ut dissipetur* AD SERVI DEI VIRTUTEM MAGIS, MAGISQUE DECLARANDAM. Concedit siquidem ex Ritualis Romani lege ad Communionem non esse admittendos publicos peccatores; concedit item publicos peccatores esse, qui tales æstimantur *notorietate facti*, quæritque tamen *num talis esset ille, de quo est quæstio?* Sed quid quæso magis ex *Teste* constat? Non modo enim deponit is, Dei Famulum *avergli fatte antecedentemente delle molte ammonizioni*, sed etiam illius scandalosam consuetudinem esse publicam, *tenendo scandalosa* PUBLICA *prattica con una Donna maritata*. Si publica, ergo notoria; uti ad rem advertit Fagnan. *in cap. Vestra de cohabit. Cler. & Mulier. num.* 52. ibi = PUBLICUM *est nomen generale*, & VERIFICATUR IN NOTORIO *&c. unde Notorium potest dici publicum sicut id quod constat per famam*. Imo vero quum in nostra facti specie constet, scandalosam consuetudinem fuisse *publicam*, aperte patet eam constasse magis, quam *notorietate facti*; ceu idem Fagnanus prosequitur *loc. cit.* ibi = *Publicum est illud, quod omnibus patet*; quærens autem *seq. num.* 88, *Quot hominum scientia requiratur ad inducendum NOTORIUM facti?* innumeros Doctores affert, qui probant *ad NOTORIUM inducendum requiri, ut detur scientia totius viciniæ vel majoris partis ipsius; non enim requiritur scientia totius Populi, sed* SUFFICIT SCIENTIA TOTIUS VICINIÆ *&c. vel majoris partis ipsius*. Ergo crimen de quo quæstio est, non constabat dumtaxat *notorietate facti*, scilicet notitia *majoris partis viciniæ*, quod satis erat ad repellendum peccatorem a Sacra Mensa, sed quum foret *scandalosa* PUBLICA *prattica*, patebat omnibus, eratque notum *scientia totius Populi*. Neque addas *cit.* §. 39. ex eo, quod vir ille, de quo quæstio, *non domi suæ fœminam alebat, sed ejus ædes solum frequentabat, suspicio oriri poterat, non certa diffamatio*. Nam tantum abest, quod hæc circumstantia ad evitandam notorietatem, & diffamationem prodesset, ut potius eam magis induceret. Majus revera scandalum, magisque publicum erat, illius Mulieris ædem interdiu frequentare, cujus jam consuetudo evaserat *scandalosa*, quam si eam domi suæ aleret, propterea quod toties populum, & viciniam ad obloquendum incitaret, quoties per diem illius ædem petebat, sicque scandalum in populum propagabatur. Si vero fœminam domi suæ aluisset, ea tamquam famula habita fuisset a Populo, crimenque remansisset occultum. Commotus quidem fuit Populus in Templo cum hominem Episcopus sacro Cibo prohibuit, haud tamen commotus

ob criminis novitatem, quia prava hominis consuesudo erat *scandalosa*, *& publica*, sed ex eo commotus, ut pronum est, quia *Monsignore non volcva communicare il N. N. a me ben noto*, ut in cit. *Sum. Object. pag.* 6. §. 2. *in fin.*

145 Sed hic iterum egregium Censorem interrogantem audio, quod si constabat hominem illum ut publicum peccatorem ab omnibus manifeste haberi, cur eum V. Episcopus ad communionem admisit? Additque S. Caroli Borromæi monitum = *neminem peccatis publicis irretitum ad comunionem recipiat*, *NISI prius SCANDALO PUBLICO SATISFECERIT, etiam si absolutionis a Pœnitentiariis, aut Confessoribus etiam Regularibus acceptæ testimonium produxerit. Animad. cit.* §. 39. Ipsa facti historia, tacentibus nobis, aperte docet ideo Sacram Comunionem V. Ligorium eidem Peccatori præbuisse, quia juxta S. Caroli monitum *scandalo publico satisfecerat*. Non prius quippe sacram Hostiam ei præbuit, nisi postquam ei dixerat = *mi dai parola avanti questo Dio*, *che non anderai più in quella Casa*? ac nisi *avendolo assicurato DI AVER LASCIATO LA PRATTICA suddetta, e d'essersi confessato* = Quonam mehercule solemniori actu *publico scandalo* satisfacere miser ille debebat? Protestationem edidit *di aver lasciato la prattica* in publico Templo, & in faciem Ecclesiæ; edidit coram universo Populo; edidit in ipso sacratissimo Cœnæ Domini die; edidit coram Deo vivo, & vero *avanti questo Dio*, quem V. Episcopus in animis absconditum manu tenebat. Publice ergo publico scandalo satisfecit. Quid amplius? Quid solemnius? Si adhuc urgeas tam publicam hominis protestationem ruborem, & verecundiam expressisse, negare non potes simplicem hanc esse suspicionem de intimo illius hominis sensu, cujus scrutator unus Deus est; Ecclesia vero de *externis* judicat, coram qua nullo unquam actu magis publico, magisque solemni peccator ille dato scandalo satisfacere poterat; Imo vero quum erubescentia ex sui natura peccati confessionem comitetur, tantum abest, quod ab ea minus sincerum publice confitentis propositum suspicari quis debeat, ut ea ipsa erubescentia pœnam minuat, uti docet Angelicus *in Sent. dist.* 17. *q.* 3. *Art.* 5. ibi = *Confessio diminuit pœnam ex ipsa natura actus confitentis*, *qui habet PŒNAM ERUBESCENTIÆ adnexam*,

146 *Nec vitio vertam Dei Famulo*, pergit Animadversio §. 40. *si ad coercenda crimina*, *& puniendos Ecclesiasticos carnis illecebris irretitos*, *postquam in irritum cesserant privatæ monitiones sæpius iteratæ*, *Secularium Tribunalium sibi præstolabatur auxilium*, *ut pertinaces*, *& in suis criminibus obfirmati carceribus traderentur*. Et merito quidem; quum Pastoralis sollicitudinis zelus non in *vitium*, sed suapte verbi significatione in virtutis præconium cedat. Si enim *hi motus*, *atque effectus de amore boni*, *& de sancta charitate venientes vitia vocanda sunt*, *sinamus ut ea quæ vere vitia sunt*, *virtutes vocentur*, inquit S. Augustinus *de Civit. Dei lib.* 13. *Cap.* 9. *num.* 3. Quamquam vero ipsa Animadversio concedat jure sancitum esse Episcopos posse Tribunalium Secularium auxilium præstolari, subdit tamen §. *cit.* quod *cum detrusio in carceres postremum sit remedium adhibendum tantummodo in casu*, *quo nullius evaserint efficaciæ pœnæ spirituales*, *quas ex ordine enumerat Tridentinum*

Con-

Concilium &c. superest demonstrandum reapse Dei Famulum &c. ab hisce regulis numquam declinasse.

147 Equidem concedere Animadversioni non possum detrusionem in carcerem *postremum* esse remedium, tunc adhibendum, cum pœnæ spirituales, scilicet censuræ, nullius evaserint efficaciæ. Licet enim id de jure communi sancitum antea fuisset, tamen post Decretum Concilii Tridentini *Cap.* 3. *Sess.* 25. *de Reform.* ordine inverso incedendum est; ita ut ad spirituales pœnas non deveniatur, nisi postquam corporales, præsertim executio personalis, nullius fuerint efficaciæ; ceu omnes Canonistæ docent, ac præ cæteris Fagnanus *in C. Prevenit de Adulter. num.* 31., *& seq.* ibi = *De Jure comuni Censura erat remedium ordinarium quia eo Judex Ecclesiasticus primario uti debebat pro executione suæ sententiæ, & pro sua jurisdictione* Cap. Dilecto de Sent. Excom. &c. *districtio vero personalis, seu invocatio brachii Secularis erat remedium extraordinarium; Hoc enim utendum non erat nisi cum censura non proficiebat &c. Patres statuerunt ne de cætero liceret uti excommunicatione, sed PRIUS DEBERENT Ordinarii ALIA REMEDIA EXPERIRI pro justitiæ exequutione, ac demum in subsidium censuras adhibere ubi executio realis, vel personalis fieri non possent &c. Ex his infertur ut hæc controversia sit hodie dirimenda ordine diverso, quam dirimenda esset de Jure comuni; tunc enim idcirco Episcopus uti non debebat remedio extraordinario capturæ, quia illi suppetebat remedium ordinarium excommunicationis; At post Concilium EXECUTIO realis, vel PERSONALIS effecta est REMEDIUM ORDINARIUM, & excommunicatio remedium extraordinarium, & subsidiarium*; quod etiam repetit in Cap. Licet de pœnis *num.* 23. ibi = *Sacrum Concilium &c. ordine inverso., ubi prius oportebat uti censuris, & in subsidium alia adhibere remedia, voluit PRIUS EXPERIENDA ESSE ALIA REMEDIA, & in subsidium deveniendum ad censuras.*

148 Hac itaque mente, ut ad censuras non deveniatur nisi in subsidium, in uno scilicet eventu, quo executio personalis vel fieri non possit, vel nullius fuisset efficaciæ, aliaque remedia in irritum cessissent, Tridentinum *carceris pœnam* tamquam ordinarium remedium aperte inflixit contra simplices Clericos carnis illecebris irrititos, & in crimine pertinaces in *seq. Cap.* 14. *cit. sess.* 25. *de Reformat.* ad quod nos provocat Animadver. ibi = *Clerici beneficia Ecclesiastica, aut pensiones non habentes juxta delicti, & contumaciæ perseverantiam, & qualitatem ab ipso Episcopo CARCERIS PŒNA, suspensione ab Ordine, atque inhabilitatione ad beneficia obtinenda aliisque modis juxta Sacros Canones puniantur.* Ex quo quidem Decreto clare patet carceris pœnam esse ordine primam, inde vero juxta allatam Concilii mentem deveniendum esse ad suspensionem ab Ordine, aliasque pœnas spirituales.

149 Quoad vero Clericos beneficiatos iisdem illecebris irretitos Concilii Patres quum animadverterent superesse etiam ante censuras aliud remedium pecuniariæ multæ in beneficiorum fructibus, decrevere in *eod. Cap.* 14. *exadv. cit.*, quod si ipsi a Superioribus moniti ab illecebris se non abstinuerint, *tertia parte* fructuum, & si adhuc contumaces, *omnibus* omnino Beneficiorum fructibus privandi sint. Hæc tamen pecuniaria multa locum non habet extra judicium; nec

primo loco, vel in ipso Judicii limine potest infligi, sed reservari debet ad ipsam sententiæ pronunciationem, uti sapientissime docet cum Fagnano Benedictus XIV. *de Synod. lib.* 10. *Cap.* 9. *num. VI. & VII.*, ubi scribit, quod Concilium Tridentinum *Sess.*25. *cap.*14. *in Clericos concubinarios post monitionem non resipiscentes pœna animadvertit privationis tertiæ partis fructuum suorum Beneficiorum, ac pensionum, quæ fabricæ Ecclesiæ, aut alteri pio loco arbitrio Episcopi applicetur; crescente vero contumacia eosdem omnibus spoliat Beneficiorum fructibus &c. RECTE TAMEN MONET Fagnanus* in Cap. Irrefragabili §. cæterum num. 15. de off. Ordinar. *ejusmodi pœnas exigi solum posse PER JUDICIALEM SENTENTIAM, non vero extra judicium a diffamatis de aliquo crimine, ut illius solutione judicialem evitent inquisitionem; Ita enim viderentur delicta NON PUNIRI, SED TOLLERARI, ET PECUNIÆ SOLUTIONE IMPUNITAS EMI DELINQUENDI.* Adhæret Monacellus in celebri suo *Formular. Leg.Pract. For. Ecc. Tit. V. formul.*9.

150 Ex his ergo, quæ hactenus disseruimus, apertissime liquet V.Antistitem Ligorium potuisse animadvertere in scandalosos Clericos carnis illecebris irretitos ordinaria carceris pœna vel fuerint Beneficiati vel non; Constat ipsum nullum carceri tradidisse, nisi *postquam in irritum cesserant privatæ monitiones sæpius iteratæ*; ac nisi *pertinaces, & in suis criminibus obfirmatos*; ceu totidem fatetur verbis Animadversio *cit.* §. 40. Ergo constat a præscriptis regulis non declinasse; quia Tridentina Synodus locis superius allatis carceris pœnam sancivit = *juxta contumaciæ perseverantiam = si a Superioribus moniti &c.* Si vero non constat V. Episcopum in Clericos suos animadvertisse pœna suspensionis ab Ordine, vel privationis fructuum, ac tandem administrationis, & tituli Beneficiorum, cum hujusmodi pœnæ non fuerint ordinariæ, ut illa carceris, sed tantum in subsidium adhibendæ juxta contumaciæ perseverantiam; consequens est ipsos Clericos una carceris pœna a scandaloso crimine resipuisse, proptereaque Episcopum aliis subsidiariis pœnis opus amplius non habuisse.

151 Postquam hæc de Clericis generatim animadverterat doctissimus Censor sermonem convertens §. 41. ad *Canonicum* quemdam *concubinarium*, quem V. Antistes in vincula conjici jusserat, ingenue fatetur, quod *jure merito* id fecit, *cum ille prorsus incorregibilis esset, ac omnibus scandalum afferret, quia non erubescebat secum deferre natos ex ea, quam deperibat*; fatetur etiam omnem prius Antistitem movisse lapidem, ut eum ad bonam frugem revocaret = *sæpius monitum suavissimis modis, modo increpatum minacibus verbis insordescentem in malo hominem illum perstitisse* = duo tamen animadvertit. Primum; *utrum fructuum Beneficiorum fuerit ei interdicta perceptio &c.*, ac utrum *deventum fuerit ad suspensionem, privationem, & excommunicationem &c.* Secundum *fuisse publice nimis illum a Satellitibus comprehensum, & ad Laicales carceres traductum.*

152 Ad primum quod attinet, sancitum in Jure demonstravimus cum Fagnano, Benedicto XIV., & Monacello Beneficii fructuum privationem non esse remedium ordinarium, & in ipso judicii limine adhibendum, multoque minus excommunicationem, sed infligendas pri-

primum corporales pœnas, inde vero juxta contumaciam spirituales. Concubinarius Canonicus, de quo modo loquimur, erat dives, ac eo usque præpotens, ut Antecessoris Episcopi zelum eluserit = *Il Vescovo Antecessore non vi aveva potuto rimediare, perchè non se gli faceva sapere per LA PREPOTENZA di tal ragguardevole Personaggio . . . . tal male pareva irremediabile* (a) *Questi da più anni anche sotto il suo Antecessore teneva un publico scandaloso concubinato con una donna maritata, che uxorio nomine teneva in sua casa arrivando sino A CONDURSI SECO PER LE PUBLICHE STRADE I FIGLI CON ESSA PROCREATI, e spallegiato dalla sua PREPOTENZA, NOBILTA', E RICCHEZZE disprezzava ogni cosa sacra, e profana* (b). Finge ergo privationem tertiæ partis fructuum Beneficii esse remedium ordinarium ad coercendos concubinarios Clericos, quid V. Antistes profecisset, si hac pecuniaria multa animadvertisset in hunc Canonicum *spallegiato dalla sua prepotenza, nobiltà, e ricchezze*? in hunc, cujus scandalo *il Vescovo antecessore non vi aveva potuto rimediare . . . . per la prepotenza di tal ragguardevole Personaggio*? Ad hanc certe multam dives ille risistet, ac amisso etiam totius Canonicatus fructu in suo concubinatu permansisset. Numquid hoc esset *delicta non punire, & pecuniæ solutione impunitas emi delinquendi*? quod paulo ante dolebat Benedictus Quartus decimus cum Fagnano, qui in *Cap. irrefragabili §. Cæterum de Off. Ord.* ad rem advertit, quod *nullam delinquens pertimescit culpam cum sperat eam nummis redimere; ut dicit Textus in Cap. Pauper 11. quæst.* 3.

153 Finge etiam V. Antistitem contra Tridentini mentem in concubinarium Canonicum primario suspensionis pœnam inflixisse, quid illa profuisset ei, qui *disprezzava ogni cosa sacra, e profana*? Hinc *vedendo l'ostinazione, e disprezzo del cennato Canonico non giudicando espediente fulminare contro lui le censure Ecclesiastiche PER NON ESPORLO A MANIFESTO PERICOLO DI DISPREZZO, secondo la dottrina del Concilio di Trento in un Sacerdote che NON AVEVA nemmeno IL RIBREZZO DI PROFANARE LA MATTINA IL SACRO ALTARE DOPO LA COABITAZIONE COLLA SUA DRUDA NELLA NOTTE, nè avendo forze bastevoli per arrestarlo, ne umiliò ricorso alla Maestà del Sovrano* (c). Concludendum ergo tam jure, quam facti circumstantia, perquam sapienter egisse Dei famulum hunc publicum concubinarium carceris pœna puniendo, tum quia hæc erat ordinaria pœna a jure statuta, tum etiam quia una erat pœna ad ejus præpotentiam frænandam, & comprimendam, ad eum a concubina removendum, ad eum denique in bonam frugem revocandum idonea.

154 Quamquam vero Fagnanus *loco prox. cit. num.* 28. doceat posse Episcopum in causæ cognitione, ac pronuncianda sententia imminuere pœnam a jure statutam juxta *causam, personam, tempus, locum, qualitatem, quantitatem, & eventum*; ita tamen V. Antistes sententiam suam in concubinarium Canonicum protulit, ut eum a parte fructuum Beneficii, & ab Ordine suspenderit, ceu Animadversio exoptabat. *Non li volle far altro male, che solo rinser-*

(a) Proc. inform. Nuc. fol. 722.
(b) Proc. Ap. Nuc. fol. 1605. *ter.*
(c) *Cit. Proc. Ap. Nuc. fol.* 1606. *& ter.* & 2665.

serrarlo nel Convento de' Padri Conventuali di quella Città per un triennio colla sospensione a Divinis conforme lo condannò quella sua Curia ; e tutto a fine di vederlo emendato (*a*) Suspensus ergo a Divinis, sacroque in Cœnobio carceris loco trusus Choro interesse nequibat, proptereaque quotidianis Canonicalibus distributionibus per totum inquisitionis, carcerationis, ac Cœnobiticæ detrusionis tempus orbatus remansit, *Summ. Addition. num.* 6. §. 2. illa scilicet redditus parte *ex singulorum Præbendis detracta iis duntaxat eroganda, qui divinis intersunt*, uti notum est, & scribit Benedictus XIV. *de Synodo lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 1., ac erudite exponit doctus Morettus in *suo Oper. de ritu dandi Presbyterium* ; & in cit. *Summ. Add. num.*6.

155 Imo quum Sacerdotalis Præbenda illius Canonici non redderet, nisi *soli Ducati DODICI, e grana trentacinque* (*Num. cit.* 6. §. 1.) ac majus propterea lucrum eidem Canonico obvenisset ex quotidianis distributionibus, quæ = *consistendo, non solo in denaro, ma anche in oglio, e vettovaglie, attesi i prezzi correnti di que' tempi, potevano ascendere le medesime per chi niente perdeva a DUCATI CENTO in circa* = (Summ. Addit. *cit. n.* 6. §. 3.) aperte patet V. Episcopum, privando Canonicum quotidianis distributionibus, eum privasse, non modo *tertia parte* fructuum Beneficii, sed illius fere *integro* fructu.

156 Communandæ autem excommunicationis causa V. Antistiti defuit. Illi enim locus duntaxat fuisset ex ipso objecto Tridentini *Cap.* 14. *de Reformat.* si Canonicus e claustris eductus concubinatum repetiisset ; ibi = *Sed si postquam eas semel dimiserint intermissum consortium repetere, aut alias hujusmodi scandalosas mulieres sibi adjungere ausi fuerint, præter prædictas pœnas, excommunicationis gladio plectantur*. At Canonicus, de quo quæstio, Antistitis sui zelo, atque ope, *mandandogli de' libri Spirituali, e figurine di Gesù Cristo, e della Madonna, con paterne, e spirituali ammonizioni per la sua conversione* (Proc. Infor. Nuc. fol. 723. ter.) ita facti pœnituit, ut penes PP. Conventuales commoratus *lunghissimo tempo, ed essendo stato quindi il Santo Prelato assicurato dal Superiore, e Religiosi del detto Convento della mutazione di vita, e frequenza de' Sacramenti, dopo lunghissimo tempo di esperienza, l'abilitò alla celebrazione della Messa* ; *procurò ancora il detto zelante Vescovo togliere l'occasione con far unire la Donna al suo Marito, che però vedendo LA VERA CONVERSIONE di detto Ecclesiastico si benignò con paterno amore moderare ancora, ed abbreviare il tempo della condanna per la facoltà riservatosi dalla Curia nel Decreto emanato. Nè s'ingannò il Servo di Dio in così giudicare, POICHE' RITIRATOSI IN SUA CASA il suddetto soggetto, si vide menare UNA VITA DI VERO, ED ESEMPLARE ECCLESIASTICO.* (*b*) *D'indi in poi seguitò a menare una vita morigerata il detto Canonico, il quale anche ad insinuazione del Servo di Dio proveduto al mantenimento de' figliuoli da lui illegittimamente procreati, il detto Servo di Dio si cooperò a farli altrove collocare per togliere affatto ogni radice dello scandolo passato* (*c*).

Ad

(*a*) Proc. Apost. Nuc. fol. 1607. 1666., & Proc. Infor. Nuc. fol. 723. alibique.

(*b*) Cit. Proc. Inform. Nuc. fol. 723. ter. & seq.

(*c*) Proc. Apost. Nuc. fol. 2666. ter.

157 Ad alteram Animadversionis partem quo modo progrediar, fuisse scilicet *publice nimis tumultuarie, & clamorose miserum illum a Satellitibus comprehensum, & ad laicales carceres traductum*, quoties de publico puniendo scandalo incidit sermo, toties ipsius Censoris doctrina repetenda est, quam legimus §. 49. in fin. = *Soutes debitis pœnis plectendi sunt ad proprii criminis expiationem & AD ALIORUM EXEMPLUM*. Scandalum fuisse publicum nec ipsa animadversio inficiatur §. 41. *cum ille omnibus scandalum afferret quia non erubescebat secum deferre publice natos ex ea, quam deperibat*. Ergo publice puniendus erat, qui publice in iniquitate sua gloriabatur; juxta Augustinum *Serm.*83. *de verb. Dom. num.* 8. ibi = *Si peccatum PUBLICUM est & apertum, PUBLICE CORRIPE, ut ille emendetur, & cæteri timeant*. Et sane in nostra facti specie *l'esempio datosi della di lui Processura, e carcerazione fece* UNA GRANDE IMPRESSIONE IN QUESTA CITTA', E POSE TUTTI IN SOGGEZZIONE &c. *Questo tratto di Divina providenza* FU' DI UN ESEMPIO A TUTTI *gli Abitanti di questa Città* (*a*).

158 Prudentiæ vero fuit implorare brachii Sæcularis auxilium, juxta Canonicas sanctiones, *non avendo forze bastevoli per arrestarlo*; ceu paulo ante ex Testibus diximus. Prudentiæ item fuit reum ad laicales carceres primum emandare, quia *avevano rappresentato ad Esso Servo di Dio, che il Canonico aveva Parenti* PREPOTENTI *in questa Città, procurò di farne eseguire l'arresto con implorarne il braccio Superiore . . . . temendo di qualche inconveniente* PER LA PREPOTENZA DE CONGIUNTI *a lui supposta, si era posto in orazione nel giorno della suddetta cattura, dopo la quale &c. avendo inteso, che tutto si era fatto quietamente, in ringraziamento a Dio si fece in quel punto la disciplina &c.* (*b*) PER NON ESSER SICURE LE CARCERI DI S. AGATA, *lo fece trasportare nelle forze di quella Regia Udienza. Il Servo di Dio però prima di colà inviarlo se lo fece portare davanti, e con tutta carità, e dolcezza gli disse queste, ed altre precise parole* = Figlio mio io non intendo castigar te, ma il tuo peccato; *e li regalò un libro spirituale &c. per farcelo leggere dentro le carceri* (*c*) Verum paulo post, cessato præpotentis violentiæ timore, eum e laico carcere ad Ecclesiasticum transferri jussit = *Avendo li Parenti del medesimo date per sicure le carceri Vescovili, ivi fecelo stare ritenuto &c.* (*d*) Concludere tandem liceat, quod in hocce eventu *si vociferava da tutti communemente*, E SI LODAVA IL GRAN ZELO *e la Fortezza Vescovale del Santo Prelato, dicendo tutti di ogni ceto, e condizione* „ Cosi dovrebbero essere tutti i Vescovi della Chiesa di Gesù „ Cristo per togliere i scandali, riformare gli abusi, e far rifiorire „ la Pietà nella Vigna di Gesù Cristo (*e*).

159 Quam hujusce Antistitis singularem Prudentiam in corrigendis puniendisque Clericis demirati fuimus, eadem sese dat intuenda in alio item Presbytero e peccatorum cœno emendo. *Nam*, verba sunt Animadversionis §. 42., *quum frustra adhibuisset salutaria*

(*a*) Proc. Apost. S. Agath. fol. 775. ter. & 1048.ter.

(*b*) Proc. Ap. S. Agath. fol. 1047. ter., & seq.

(*c*) Proc. Ap. Nuc. fol. 1606.ter.

(*d*) Proc. Informat. Nuc. fol.723.

(*e*) Proc. Apost. Nuc. fol.1881.ter.

ria monita, vehementesque increpationes, tandem = un giorno fattoselo chiamare fe trovare il Crocifisso posto nell' entrar della porta, ed indi ordinò al Sacerdote, che fosse entrato; ma non avendo il Sacerdote voluto, il Servo di Dio gli disse: entrate pure e calpestate; forse questa è la prima volta, che ve lo avete posto sotto i piedi? Et si vero ex hujusmodi facti historia mira V. Viri prudentia eluceat, utpote qui postquam in irritum arguerat, obsecraverat, increpaverat, veluti solers animarum venator obdurato in malo Presbytero salubres insidias tetendit ad excutiendum in eo noxarum suarum horrorem; hujusmodi tamen *experimentum* tamquam *periculosum*, & *imprudens* Animadversio redarguit. Quisnam vero erat ille, cui propositum experimentum? Erat Presbyter, Quisnam proponebat? Episcopus. Ergo nec suspicari, nec somniari quidem poterat Presbyterum coram suo Episcopo Dei Filium conculcaturum. Et sane, quotnam absurda sequerentur, si ad hanc potius Antistitis vocem, quam ad Apostolicum scopum, ad quem ipse tendebat, non respiciamus? ut bene advertit S. Joannes Chrysostomus *Hom.* 13. *in Epist. ad Rom. num.* 1. ibi = *Si non cum decenti reverentia voces deligamus, nec* APOSTOLICUM SCOPUM *respiciamus, innumera absurda secutura sunt.*

160 Quisnam autem fuit hujusce experimenti scopus? Ut cæcus ille, obduratusque Presbyter Christi Mysteriorum particeps, per visibile, & materiale signum id oculis perciperet, quod *tenebris obscuratum* habens *intellectum*, ut inquit Apostolus *ad Eph.* 4. 18. eatenus assecutus non fuerat, per peccata, quibus insordescebat, ipsum Dei Filium conculcare; juxta Psalm. 55. 1. 2. *Conculcavit me homo tota die impugnans tribulavit me; conculcaverunt me inimici mei*; & monet idem Chrysost. *Hom.*20. *in Ep. ad Hebr.*10. super illud = *Qui Filium Dei conculcaverit* = ibi = *Et quamodo conculcat quispiam Filium Dei? Quando qui est particeps in mysteriis, peccatum, inquit, fecerit non Eum conculcavit? non Eum despexit? Ut enim nullam habemus rationem eorum, quæ conculcantur, ita etiam qui peccant nullam Christi habent rationem.* Unde Presbytero materialem Christi imaginem pedibus conculcare renuenti V. Antistes effatus est: *Entrate pure, e calpestate, forse questa è la prima volta, che ve lo avete posto sotto i piedi?* Apostolici sane Viri se auditorum captui, ingenio, indolique accommodare solent. Quamobrem hujusmodi pias artes a plerisque Apostolicis Viris usurpatas quotidie videmus, qui sancto dolo peccatores capiunt cum Apostolo 2. *ad Cor.* 12. = *Cum essem astutus dolo vos cepi*. Sic item ipse Paulus, quo gentibus Dei cognitionem ingereret eorum indoli sese accommodans res sensibiles, visibilesque proposuit, ut materiali earum demonstratione magis, quam voce, ad invisibilis Dei cognitionem illos attraheret, ceu laudatus advertit Chrysostomus *Hom.*3. *in Ep. ad Rom. num.* 2. ibi = *Id effecit, quod magis illos, quam vox quælibet, attrahere poterat &c., ita ut sapiens, idiota &c. ex solo visu visibilium ad Deum conscendere posset ideo ait = Invisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur.*

161 Hinc Ligorius materiali demonstratione magis quam voce obcæcatum Presbyterum ad Divinæ offensæ cognitionem, ac pœnitentiam attraxit = *si vidde il Sacerdote COMPUNTO a segno, che proruppe in pian-*

pianto, e promise una vera mutazione di vita (*a*). Atque hic Animadv. subdit = *vehementer vereor ut ex fausto emendationis eventu possit excusari*. Non quidem ex emendationis eventu, exituque, qui tamen, non dicam, in Presbytero, verum etiam in rudi quaque Christiana femella necessario fauste cessurus erat; sed ex Ven. Viri intentionis proposito experimentum illud perquam prudens, ac sanctum tuemur; juxta Bernardi monitum *in Epist. 69. cir. init.* = *Rerum causa, non materia, nec exitus actuum, sed intentionis propositum culpas discernit, & merita*.

162 Tantum Viri zelum de vita, & honestate Clericorum, quo solertissima Animadversio suadeat §. 43. haud fuisse cum necessaria discretione conjunctum illud mirabunda verbis exagerat, quod de se narrat Testis III. Proc. Apost. S. Agat. *per aver dato un pezzetto d'ostia ad una donna per suggellare una lettera non volle ordinarmi nella prossima Ordinazione, non ostante che ero stato esaminato ec.* Sed quæso quisnam factum narrat? Ille ipse qui instinctu a natura hominibus indito se ipsum prodere non tenebatur. Narrat quidem purum putumque factum, sed adjuncta reticet. Silet porro an fœminam, cui hostiæ frustulum tradidit facie tantum, an familiariter nosset; silet, an forte cum illa crebros antea habere sermones consuevisset, fuissetque hoc nomine umquam ab Episcopo private redargutus, ita ut V. Antistes hac potius, quam traditæ hostiæ causa, sacram ei Ordinationem distulerit. Huc sane vel nolens nos manuducit ipsemet Testis, qui *fol.* 663. *exadv. cit.* ideo eventum narrat, ut probet Ven. Alphonsum differre promotionem ad Ordines fuisse solitum iis Clericis, quos delinquentes in aliqua re rescivisset, ibi = *So che il Servo di Dio fu vigilantissimo sulla vita de' Chierici, e con diligenza s'informava de loro costumi, e qualora li conosceva MANCHEVOLI anche in piccoli difetti, differiva di ordinarli, come io sperimentai ec.* Quum ergo hostiæ traditio ad firmandam epistolam non sit defectus; quumque Sacer Antistes differre consuevisset ordinationem illorum, quos *conosceva manchevoli*; conse quens est non hujusce duntaxat simplicis actionis, sed suspectæ potius consuetudinis cum ea fœmina, cui tradidit hostiam, ac etiam contemptæ Episcopalis correctionis causa, ei distulisse Ordinationem.

163 Et re quidem vera ex ore ejusdem Testis ediscimus (*Proc. Ord. S. Agath. fol.* 1694. *& ter.*) quod Ven. Antistes *invigilava con tutto lo zelo cercando sempre informi segreti da Parrochi, e da ultre Persone accreditate de disordini, che si commettevano così nel Popolo, che molto più dal Clero per darvi gli opportuni ripari secondo il bisogno, prima però sempre con dolci paterne ammonizioni, e quindi con proporzionato castigo agli Ecclesiastici che non si ravvedevano, come ne furono continuati gli esempj; e gl'istessi informi premetteva RIGUARDO AGLI ORDINANDI per saperne l'indole, ed il costume, e trovandoli di buoni costumi, si portava con essi con dolcezza nell'esame*. Id item confirmant alii Testes, qui non modo deponunt Ven. Antistitem in Clericorum mores vigilasse *con aver distinta nota di tutti i Soggetti Ecclesiastici da lui ricavata DA VERIDICI INFORMI SEGRETI*, sed addunt etiam, *non dando mai castigo pubblico, se prima non aveva più, e più volte con amorevo-*

(*a*) Proc. Ord. S. Agat. fol. 523. exadv. cit.

legga il delinquente corretto, e colla medesima prudenziale condotta si portava nell' esame degli Ordinandi (a). Illud tandem ex actis constat Ven. Virum indulgentem quidem fuisse in puniendis Clericorum defectibus, severum tamen in illo, qui Castitati opponitur, cujus, *ne fu sempre così rigido persecutore specialmente nella Persona de' Preti della sua Diocesi, che correva VOCE COMUNE fra di essi, che potevano essere accusati di qualunque delitto presso il Santo Vescovo, che NON TROPPO LI CASTIGAVA così aspramente, come lo faceva nel sentire QUALCHE' MANCANZA CONTRO QUESTA SANTA VIRTU'* (b).

164 Si ergo Ven. Episcopus de vita, & honestate Clericorum, ad Ordines præsertim promovendorum, secreta indagine per Parocos, aliosque probos Viros informatus privatis primum, suavibusque monitis sontes redarguebat; si numquam dabat *castigo pubblico se prima non aveva più, e più volte corretto*; si indulgens erat & mitis in puniendis Clericorum defectibus, ita ut eumdemmet Episcopum, quem modo de nimia severitate in puniendo Animadversio redarguit, de nimia postea indulgentia incuset *seq.* §.51, tumenduinque scribat, *ne nimia Servi Dei indulgentia ad delinquendum, ut ita dicam allicceret, proindeque cresceret ex EPISCOPI BENIGNITATE, & non laudabili MISERICORDIA peccandi licentia*; Si, inquam, non tam severa pœna cæteros defectus punire consueverat, quam vitium castitati oppositum; quisnam tam quotus est, qui credat eumdem, immutata improviso sententia & agendi consuetudine, in Clericum animadvertisse *publica* pœna dilatæ Ordinationis, *non ostante ch' era stato esaminato, ed approvato, ed anche fatte le solite publicazioni*, non alio nomine, non alio crimine, nisi *per aver dato un pezzetto d' ostia ad una Donna per suggellare una lettera*? Quisnam potius ex contraria, perpetnaque Ven. Episcopi agendi ratione non recte concludet hunc Clericum de familiari consuetudine cum ea fœmina, cui tradidit *un pezzetto d'ostia*, fuisse antea *più, e più volte corretto*, proptereaque fuisse illi dilata Ordinatio? Hoc profecto judicium tum Logicæ, tum Juris Leges ferendum jubent. Nam *id factum præsumitur, quod fieri consuevit*, docet Rota coram Mantic. *Dec.*352, *num.* 1,

165 Quod autem ardentem Ecclesiasticæ disciplinæ tuendæ zelum apprime ostendit, id monstrifero partu bilem movere authumat Animadversio *cit.* §.43. scilicet Ven. Episcopum ad se accersisse Presbyterum, quem forte resciverat uti coma fictitia, & *giudicando esser cosa indecente allo Stato ec., credendo che fosse cincinnata, come forse era stato prevenuto, giacchè il Santo Prelato poco ci vedeva, glie la tolse di capo ec., la spettinò, la tagliò, la bagnò, e così la rese sconcia, perchè più non avesse a servirsene*. Sed quorsum hæc? Nonne vetitus est Ecclesiastica institutione Clericis comæ fictitiæ usus absque Episcopi venia extra missam; in missa vero, absque Pontificis facultate? Id erudite de more probat Benedict. XIV. tum *de Synod. Diœc. lib.7. cap.60. num.1. ad 5.*, tum *Instit. Eccl. 116. num.5. ad 16.* ubi postquam Summorum Pontificum & S. Congregationis Concilii Decretis vetitum probat Clericis quocumque in loco comam fictitiam ge-

(a) Proc.Apost.Nuc.fol.2513. & ter.2679. ter. alibique.

(b) Proc.Ap.Nuc.fol.815.ter.

gestare ita concludit *num.*7. ibi = *Quapropter hanc Ecclesiæ disciplinam Clero nostro restituere oportet ne muneri nostro deesse videamur. Igitur statuimus, ne ullus Clericus, licet prima solum tonsura, sed beneficio præditus cæterique omnes Sacris Ordinibus initiati comas fictitias gerant, nisi scriptam a Nobis, aut Vicario Nostro Generali facultatem antea impetraverint.* Ejusdem quoque fictitiæ comæ usum Clericis extra sacram actionem omnino fuisse interdictum a Summis Pontificibus Clemente IX. Innocentio XI. Innocentio XII. Clemente XI. Benedicto XIII. *per specialia Edicta sub gravibus pœnis* late refert Lucius Ferrarius in *sua Biblioth. Verb. Coma fictitia a num.*1. *ad* 14. ubi easdem Pontificias refert Constitutiones. Hinc gravissimi Doctores affirmant Clericos, præsertim in Sacris constitutos, ceu in nostra facti specie, vel Beneficiatos, comam adscititiam absque debita facultate deferentes peccare mortaliter, cum relatæ Constitutiones obligent sub culpa gravi, uti probat de comuni Fagnan. in *Cap. quoniam* 13. *de Constitutionibus num.*22. & Clericatus *de Sacrif. Miss. dec.* 48. *a num.*21. *ad* 27., ubi scribit = *Utinam criniti Clerici, & eorum Confessarii serio considerarent delationem comæ in Ministris Sacris esse PECCATUM MORTALE ec. Hi enim non impenderent ipsis Sacramentalem absolutionem, & illi melius consulerent animabus suis.*

166 Qua de re Ven. Antistes Ligorius *in sua Notificat. VI. ad* Clerum, quam superius per summa capita retulimus ex *Proc. Ord. S. Agath. fol.*709. *& ter.* = *circa la forma delle vesti, e tonsura, che debbono usare gli Ecclesiastici* = ita se habuit = *Alessandro III.* Cap. Clerici de vita, & honest. Clericor. *dice, che i Chierici se portano i capelli troppo cresciuti debbono esser tosati dagli Arcidiaconi*; Clerici, qui comam nutriunt, etiam inviti a suis Archidiaconis tondeantur. *Pertanto ordiniamo, che niuno porti i capelli ad uso di chioma, e molto meno inanellati, ed adornati con polvere di cipro; ma tutti avvertano a fare, che i loro capelli non giungano a COPRIRE IL COLLO, NE' L'ORECCHIE, e specialmente che portano i capelli rasi, come li portano i Seminaristi.*

167 Hisce positis, non dico Dei Famulum fictitiam Presbyteri comam ideo fuisse demolitum, quia nimis calamistratam putasset, ceu objectus Testis sibi forte suasit, dum ait *credendo, che fosse cinciunata, come forse era stato prevenuto, giacchè il Santo Prelato poco ci vedeva*. Ad id enim sab erat vigilantissimo Antistiti, eamdem comam fuisse sueto tutulo ex contortis capillis per gyrum ducto exornatam, propterea que contrariam Ecclesiasticæ comæ, quam ex Card. Crimaldo graphice describit Benedictus XIV. (*a*) inquiens = *Cæsariem sic componendam curet, ut & color ætati congruat (quamobrem nec castanei, neque flavi capilli senibus conveniunt) & PATEANT AURES, & corona appareat*; contrariam item formæ a se in Edicto præscriptæ = *i Capelli non giungano a coprire il collo, nè l' orecchie*. Si enim huic brevi formæ coma illa congruisset, haud Sacer Antistes habuisset opus, ut eam demoliretur, & capillos absinderet: *giudicando esser cosa indecente allo stato ec. la spettinò, la tagliò ec.* Sat item erat Presbyterum illum haud a suo Episcopo fictitiæ comæ gerendæ veniam obtinuisse, ceu satis clare patet ex ipso

(*a*) Instit. Ecc. 116. num 8.

sermonis contextu. Testis enim eventum narrat, ut probet, quod V. Episcopus *era altresì fermo nel correggere gli Ecclesiastici, quando si accorgeva di qualche cattivo loro portamento E CONTRARIO ALLA VITA, ED ONESTA' CLERICALE. Mi ricorda specialmente, che essendogli stato riferito, che il qu. D. Domenico Mauro ec. usava Parrucca &c.* (a) Non mehercule incomptum, breveque capillitium fuisset *contrario alla vita, ed onestà Clericale*; non illud putasset Episcopus *esser cosa indecente allo stato*; non sibi novum accidisset Presbyterum gestare capillitium *essendogli stato riferito che &c. portava Parrucca*; non Ejus ipse comam redegisset *così sconcia, perchè più non avesse a servirsene*, si ejus gerendæ veniam prius illi concessisset. Hæc itaque V. Antistitis agendi in re tam gravi ratio, quin bilem moveat, illius Ecclesiasticæ disciplinæ tuendæ zelum apprime portendit; propterea quod id ipse fuerit executus, quod Alexander III. ab Archidiaconis olim exequendum statuit, ut *Clerici, qui comam nutrium etiam inviti a suis Archidiaconis tondeantur*. Secus namque ad sapientissimam suam eludendam legem, quod *i capelli non giungano a coprire il collo, nè l'orecchie*, cæteri etiam Clerici proprio marte fictitiis comis caput ornassent, talique modo timendum fuisset, quod perperam Animadversio scribit §. 51. *ne cresceret ex Episcopi benignitate, et non laudabili misericordia peccandi licentia*. Animarum itaque bono prospiciens *intus arsit ignibus amoris, foris accensus est zelo severitatis*, ut verbis utar S. Gregorii *Lib. 20. Moral. Cap. 8.*

168 Ex hactenus dictis luculenter patet quam inane sit Animadversionis effugium *cit.* §. 43., quod Presbyter ille *fortasse ad valetudinem tuendam ficto utebatur capillitio*. Hæc enim causa exponenda prius erat Episcopo, ejusque veritas ab Eodem cognoscenda. Nam plerique necessitatem ad opportunitatem effingunt, ac infirmam valetudinem propriæ accommodant voluntati, quemadmodum sapiens Benedictus XIV. post prohibitam suæ Bononiensis Diœcesis Clericis fictitiam comam lepide eventurum prævidebat: *Jam perspicimus*, inquit, (b) *magnam Sacerdotum copiam, qui simul cum suis tonsoribus ad nostras Ædes confluant, ut varia nobis morborum genera patefaciant. Alius quidem vultu dejecto, mœrentique testabitur aliquem Sacerdotem capitis morbo laborare, qui stomachum moveat &c. Alius vero tonsor fatebitur alterum Sacerdotem propriis capillis omnino carere &c. attamen ejusmodi concursum in nostras Ædes recusamus, & NULLAS CAUSAS excipere volumus.*

169 Sed jam Vos Amplissimi Suffragatores probe intellexistis, non *levissimas*, sed graves fuisse, quas commemoravimus culpas debito zelo a V. Antistite redargutas; Qua de re sponte sua ruit Animadversionis querela §. 44. quod ille, qui *rigidus, & severus graviter plectebat levissimas culpas . . . . iratus est in Missionarium*, qui in publica Missione *predicava sù de' mali, che cagiona il peccato veniale. Al Servo di Dio dispiacque molto tal Predica, e l'ascoltò con tale impazienza, ch'era in voto di farlo calare dal pulpito &c. ritiratosi poi al Palazzo* eidem Missionario dixit = *Io nelle Missioni desidero che si badi al grosso, non al sottile. Se un solo peccatore si con-*

(a) Proc. Apost. S. Agath. fol. 1061. exadv. cit. (b) In cit. Instit. 116. num. 15.

converte in una Missione, si può dire, che si è percepito gran frutto dalle fatighe.

170 Principio dicimus Testem, qui eventum narrat, gratis asseruisse, quod V. Episcopus *l' ascoltò con tale impazienza, che era in voto di farlo calare dal pulpito*. Nullam enim affert scientiæ causam, si scilicet id a V. Dei Famulo audiverit, aut alio modo intellexerit. Quum ergo de sua *credulitate* deponat nihil probat. Nam satis non est, quod *Testis dicat se scire, sed tenetur reddere scientiæ causam, etiamsi de ea a Judicibus non fuerit interrogatus, & quidem si causam non reddiderit, non est ejus dicto deferendum*; verba sunt Benedicti XIV. *de Canoniz. lib.2. Cap.49. num.10.*

171 Displicuerit tamen, quid inde? Non sibi quidem displicuit, quod Missionarius ille de venialibus disseruerit, ac si *venialia peccata Deo non displiceant*, ac si *non minuant fervorem caritatis*, ac si *ad graviora patranda non disponant*, quemadmodum religiose monet Animadversio *cit. §.44. in fin.* Quisnam id vel a longe suspicabitur de Episcopo, videlicet de Fidei Magistro, de tam docto Theologo, *qui in moralibus disciplinis adeo erat versatus, ut de conscientia*, DE PECCATIS, *de legibus, de obligationibus, quæ ad mores pertinent plura volumina evulgaverit?* (Animad. §.59.) Quamquam ad hæc non oportet abundare præceptis, institutisque Theologicis, sed vel ipsa Fidei rudimenta sufficiunt. Si tamen academice loqui velimus, audi ab ipsomet objecto Teste V.Antistitem scivisse, & docuisse, quod peccata venialia minuunt caritatis fervorem, & ad graviora patranda disponunt: *con somma vigilanza*, inquit Testis (*Proc.Ap.S.Agath. fol.1784.*) *procurava di evitare anche le colpe veniali, perche soleva dire* = fanno queste piccola buca all'anima, ma A POCO A POCO SI VA DILATANDO, E PORTA RUINA; idque etiam docet in sua Morali *lib.5. Cap.2. de Peccatis in specie mortali, & veniali*.

172 Displicuit certe V. Episcopo, quod in publica Missione ad obstinatos peccatores convertendos, publicasque corruptelas, vitiaque coercenda, & emendanda instituta, illud orationis genus Concionator sectaretur, quod jam conversis convenit, ut Dei amore ferveant, parvasque vulpeculas timeant, quæ vineam demoliuntur. Huc profecto pertinent verba illa Dei Famuli: *Io nelle Missioni desidero, che si ba li al grosso, e non al sottile. Se un solo peccatore si converte in una missione, si può dire, che si è percepito gran frutto*. Liceat quidem Missionario de venialibus disserere, non expedit tamen integram de his concionem intexere. Oratio enim tempori, scopo, personis convenire aptarique debet. Munus autem Missionarii est publicas morum corruptelas, ac vitia huic illique loco propria inquirere, gravique oratione persequi; uti monet S. Carolus Borromæus *in Act. Eccl. Mediol. part.4. pag.400.* ibi = *Publicorum peccatorum illæcebras, quas homines depravatæ consuetudinis erronee decepti pro nihilo putant, Concionator perpetuo reprehendat*. Et *pag. 404.* = *Cum ad concionandum aliquo Concionator venerit &c. accurate illius loci* MORUM CORRUPTELAS *conquiret, quas ut occasio fert verborum vi, & sententiarum pondere, & in primis sacrarum litterarum testimoniis, exemplisque* USQUE ADEO EXAGITABIT, UT FUNDITUS *quantum in se est* EXTIRPET *Deo juvante*. Idem monitum tradit Benedictus XIV. *in Instit. Ec.27. num.16.*, ubi ait, quod *improbos mores reprehendere Orator debet &c.*, ac tandem Cornelius a Lapide

in *Comment. Epist. S. Jacobi Cap. 2.* Missionarium, de quo quærimus, cum nostro Dei Famulo ita redarguit = *Concionatores communem tramitem explicandi Evangelia sequuntur &c.* NEC DESCENDUNT AD VITIA *huic illive loco propria, ut contra ea tonent & fulminent*, EAQUE EXTIRPENT, *Unde Urbes, & Populi manent in iisdem malis legibus, consuetudinibus, propositis, vitiis*, NEC ULLUM VEL EXIGUUM *ex concionibus omnibus* FRUCTUM *referunt*, MUTENT ERGO MOREM CONCIONANDI, *si Deo, conscientiæ, Ecclesiæ, &* AUDITORIBUS *consulere satagunt, ut conscientias feriant, ex iisque omne malum semen, quod in tali loco grassari sciunt stirpitus evellant.*

173 Sed ad heroicam Viri Prudentiam in gubernanda Diœcesi, quæ Apostolicum illius zelum moderabatur, ab Animadversione provocati iterum revertamur. Eam vero Sapientissimi Judices uno veluti oculorum ictu percipient ex prudenti delectu Virorum, a quibus in sollicitudinis suæ partes adscitis, quæ Alphonsus absens non poterat, universæ Diœcesis scandala, Clerique mores resciret, quos quidem non alios esse voluit, nisi pietate, litteris, disciplina, prudentia, rerumque usu probatissimos.

Testis II. Proc. Ord. Nuc. fol. 421. = *Voleva essere appieno informato dalle Persone* PROBE, *scienziate, ed in Dignità costituite, e che fossero state* LIBERE DA UMANE PASSIONI, *ma zelantissime della gloria di Dio, e bene delle Anime* IMPARZIALI, *e caritative a tenore dell'esperienza, che di tali Persone Egli esattamente aveva fatta &c. Mi è occorso di vederè ancora, e sentire dagli altri la sua prudentissima condotta per riparare a qualche disordine, ch'era accaduto nella sua Diocesi, tanto negli Ecclesiastici, quanto ne Secolari,* E DOPO CHE SI ERA INFORMATO *colla virtuosa maniera di sopra espressata, si asteneva di publicamente castigare il Delinquente, ma con paterna carità dolcemente l'esortava &c. Ma non giovando tali rimedj lenitivi, dava di mano ai purgativi &c.*

XIV. Testis cit. Proc. fol. 1178. = *Di certa scienza, e di veduta depongo l'eroica Prudenza del Servo di Dio nel governo della sua Diocesi, mentre cercava di prendere sempre informi segreti da* PERSONE PROBE, *e di chi poteva Egli fidarsi per sapere li disordini del Clero, e del Popolo.*

I. Testis Proc. Ap. S. Agath. fol. 545. ter. = *Da per tutto teneva persone, che osservassero i portamenti del Clero, e del Popolo, e lo tenessero riscontrato*, ESAMINAVA ATTENTAMENTE I RAPPORTI, *chiamava i manchevoli, e non veniva a castigo, se non dopo averli paternamente corretti. Sopra tutto* NON DAVA PASSO SENZA CONSIGLIARSI *con persone savie, specialmente coll' Arcidiacono Rainone, il Maestro Caputo* (Ord. Prædicat.) *il Decano Daddio, ed altri, oltre il suo Vicario, che aveva sempre al fianco.*

174 Si ergo Prudentiæ actus est sibi diffidere, aliorumque consilia exquirere; si Prudentiæ actus est ad consilium eligere *Persone probe, scienziate, in dignità costituite, che fossero state libere da umane passioni, ma zelantissime della gloria di Dio, e bene delle anime, imparziali, caritative, a tenore dell' esperienza, che di tali Persone Egli esattamente aveva fatta*; si prudentiæ actus est, quod *non dava passo senza consigliarsi con Persone savie*; quisnam fidem suam adjunget iis, quæ Animadversio scribit §. 45. quod *dum Alphonsus zelo suo*

sa-

satisfaciebat satis cautus non erat, ne in alias Virtutes peccaret propere nimis punitiones imperando?

175 At quoniam ipsa in id singularem quemdam eventum affert legendum in *Summ. Object. pag.6. & 7.* Religiosi Viri, quem V.Episcopus a Cœnobio in quo morabatur exulare jussit, propterea quod delatum sibi fuisset, eumdem frequenter nimis ad quoddam Gynæceum accedere, otiosa cum Moniali colloquia habere, ejusque postea innocentia cognita, non modo eum in suo Cœnobio libere commorari voluit, sed de ipsa sua involuntaria deceptione humillime veniam petiit; hinc facti circumstantias *si* parumper attendamus, non quidem Dei Famulum in Prudentiam peccasse, sed Prudentiæ potius leges heroice implevisse patebit, Et sane res, de qua agebatur, admodum delicata erat, & a Tridentina Synodo *Sess.25. Cap.5.*, & a Summis Pontificibus Gregorio XV., Sixto V., Paulo V., Urbano VIII., Clemente IX. severis, repetitisque legibus, speciatim Regularibus, vetita, in qua cavenda totus esse debet Episcopus. Quamobrem narrat Benedictus XIV. de Synodo Diœc. *lib.7. Cap.41. num.7.* quod *pluribus Pontificiis Sanctionibus vetitus fuit Regularibus accessus ad Moniales etiam sui Ordinis, suisque Prælatis subjectas sine expressa licentia, non solum ejusdem Prælati Regularis, sed etiam Episcopi.* Jure igitur, meritoque Sacer Antistes harum legum rigidus, ac vigil custos, erat *geloso in questo punto* (Sum. Obj. p. 6. §.3.) Religiosus vero ille, non semel, aut bis, sed *andava* BENE SPESSO *in nn Conservatorio di Monache a parlare con una Religiosa.*

176 Haud ergo in Prudentiam peccavit Alphonsus, si in re tam delicata, sibique tot Pontificum, Ecclesiæque legibus commendata *al primo informo procurò di far mutar stanza al sudetto Religioso, come in fatti sortì.* In Prudentiam quidem peccasset, si *ultro* Religiosum exulasset, non vero si postquam de illius frequentia ad Moniale certior effectus fuerat ab hominibus, *che apparivano Persone da bene* (*cit. Sum. Obj.p.6.§.1.*) si vero deceptus fuit, non ejus vitio vertendum, quippe qui, quod suum erat explebat, speculatores scilicet in universam Diœcesin constituerat, qui non erant nisi, *persone probe, in Dignità costituite, libere da umane passioni, imparziali, caritative a tenore dell' esperienza, che di tali Persone Egli esattamente aveva fatta* = ceu paulo ante ex Testibus accepimus. Quid mirum? *Quid miraris Petre quia fallimur, qui homines sumus? An menti excidit, quod David qui Prophetiæ spiritum habere consueverat contra innocentem Jonathæ filium sententiam dedit cum verba Pueri* MENTIENTIS AUDIVIT? .... *Quid mirum si ore mentientium aliquando in aliud ducimur, qui Prophetæ non sumus?* Verba sunt S. Gregorii apud Bened.XIV. *lib.3. Cap.36. num.18.* Quamobrem sapientissimos quosque falsis delationibus decipi observat V.Baronius ad *An.* 400. §.62. ibi = *Sæpe contigit* SAPIENTISSIMOS *quosque* FALLI *eosdem tamen a* SAPIENTIA, ET INSITA PROBITATE NON EXCIDERE *cum nimium ad ea quæ agunt recto, sinceroque mentis feruntur intuitu. Quis enim adeo ingenio perspicax, industria solers, atque rerum usu experimento probatus, ut falsis subreptionibus, illorum maxime,* QUI OMNEM EXTRINSECUS SANCTITATIS SPECIEM PRÆSEFERUNT, *non decipi interdum contingat?*

177 Multo vero minus mentis imbecillitati tribuendum, si Sacer Antistes uni-

universæ Diæcesis pluribus, gravibusque curis distentus facultatis *verbo* Religioso concessæ adeundi Gynæceum, fuerit oblitus, nisi imbecilles unosquosque Præsules effingere velimus, juxta ea, quæ scribit S. Gregorius *Lib.* 1. *Dialog. Cap.* 4. *tom.* 2. *Oper. Col.* 168. ibi = *Uniuscujusque Præsulis mentem curarum densitas devastat, cumque animus dividitur ad multa, fit minor ad singula, tantoque ei in unaquaque re subripitur, quanto latius in multis occupatur.*

178 Eximiæ autem, vereque heroicæ Prudentiæ, & humilitatis fuit, quod V. Episcopus in memoriam revocata facultate Religioso concessa, quin quæreret, an eadem venia, non alio impertita nomine, quam *per farsi pul re gli arredi della Chiesa*, abusus ille fuisset, qui juxta delationem sibi factam *andava* BENE SPESSO A PARLARE *con una Religiosa*, ubi per probum Virum accusati innocentiam, & accusatoris finem *per cui l'aveva accusato &c.* intellexit, *lo fece subito tornare in detto Convento di Arienzo sua Diocesi, e non contento di ciò, lo mandò a chiamare, e con esimia umiltà, e sentimento di vero pentimento* LI CHIESE PERDONO, *restando detto Religioso* ASSAI EDIFICATO *di detta sua umiltà, che* LO ANDO' PER TUTTO DECANTANDO PER UN VESCOVO SANTO, ut in cit. *Sum. Object. pag.* 6. *post* §. 1. Oh heroicum, & portentosum humilitatis exemplum!

179 Attamen, juxta illud *Eccl.* 13. 26. = *Humilis deceptus est, insuper & arguitur*. Animadversio enim subdit cit. §. 45. = *quod in commendationem venit humilitatis non prodest ad justitiæ defectum delendum*. Ita ne? Cogitanti mehercule eventum patet, quod si quis peccavit, non fuit certe is V. Episcopus, qui ut sapiens quisque Præsul falsis delationibus involuntarie decipi potuerat. Falsi vero delatoris crimen sua ipse innocens humilitate luit. Imo vero, quamquam ad reddendam Religioso famam, sive Justitiæ defectum delendum satis superque fuisset Religiosum ad suum Cœnobium revocare; præter tamen id, eumdem accivit, & (quod Justitiæ heroicitatem ostendit) *con esimia umiltà, e sentimenti di vero pentimento il chiese perdono*. Læsus certe Religiosus tam abunde suæ famæ consultum, ac tam perfecte, heroiceque Justitiæ defectum, si quis fuit, deletum existimavit, ut non modo satisfactus remanserit, sed *assai edificato, che lo andò per tutto decantando per un Vescovo Santo*. Si ergo ille, cujus intererat, sese ad exuberantiam satisfactum profitebatur *da per tutto*, nos quid ultra quærimus?

180 Quod autem Divinæ gloriæ, Gregisque salutis zelum, miram quoque sapientissimi Pastoris Prudentiam ostendit *dividere l'uffizio di Vicario Foraneo in un luogo della Diocesi sua, e darlo a due, dove prima si esercitava da uno*; quoniam vero id grave sibi, & indecorum Episcopo retulit ille qui munus exercebat, proindeque Dei Famulus pastorali zelo accensus, *disse al medesimo: che mi preme che vi vada del tuo onore? Mi preme l'onore di Gesù Cristo*, commendat quidem Animadversio §. 46. Ven. Antistitis zelum, quod spiritualibus subditorum indigentiis prospexisset, duo tamen ab eo exigisset: Primo, quod quum quid innovandum sit, cavendum quoque, si fieri possit, ut *nihil damni bonæ alicujus famæ* eveniat, hinc consulendum erat etiam honori illius Vicarii: Alterum, quod si *Dei Famulus blando sermone illi ostendisset necessitatem, vel magnam utilitatem factæ divisionis ille acquiescere debebat*. Utrumque præstitit.

Con-

Consuluit Vicarii honori, qui eum non a Vicarii munere ejecit, sed alteram ex divisis Vicariis ipsi exercendam reliquit, nobiliorem scilicet illam insignis Terræ Argentinæ : *lasciò stare il PRIMO per Vicario Foraneo nella Terra di Arienzo, ed un' altro ne costituì nel Casale di S.Maria a Vico*, ut in Proc.Ap. S.Agat. *fol.*1853. *ter. exad. cit.* Prius vero eidem Vicario blando sermone divisionis utilitatem Ven. Episcopum exposuisse satis aperte illud ostendit, quod Vicarius = *non sapeva CAPACITARSI, ed uniformarsi alla volontà del Prelato* Sum. pag.374. §§.299. & 300. exadv. cit. Suasus certe quis, vel non, dici nequit, ni prius rationes ad suadendum fuerint expositæ.

181 Perperam item id imprudentiæ Animadversio refert §.47., quod in quadam Ecclesia, quum *un Diacono cominciò a cantare una Litania figurata, il Servo di Dio la fece spezzare ec., e seguitare in tuono Gregoriano*. Satius quidem Animadversio duxisset *sinere, ut prout incœperat, Diaconus Litanias modularetur usque ad finem, quam illi ruborem, & Populo admirationem creare*. Id satius forte fuisset, nisi Ven. Episcopus lata lege figuratum cantum per universam Diœcesim a Templis eliminasset, eique Gregorianum suffecisset, ceu ipsemet Testis narrat, a quo objectio depromitur *Pr. Ord. S. Agath. fol.*659. ibi = *Questo medesimo zelo per il decoro delle Chiese lo stimolò a proibire il canto figurato non solo nelle Chiese delle Monache, ma in tutte le altre Chiese ancora di questa sua Diocesi*. Si ergo effrons ille Diaconus contra Episcopi legem, & coram ipso Legislatore in publico Templo Litanias figurato cantu modulari non erubuit, merito publicæ correctionis ruborem substinuit ab ipso suo Antistite, qui *la fece subito spezzare dicendo, che un tal canto non genera divozione, ma dissipazione nel Popolo*. Quum vero eadem lex, quæ figuratum cantum vetabat, fuisset publica, haud ullam Populo creare potuit admirationem, quod Antistes ejus observantiam præcipisset; Imo vero, si secreto, sacraque finita actione, Diaconum ipse monuisset, admiratus fuisset Populus, quod violata coram se lege siluisset, cæterique Ecclesiastici Viri ex præsentis Episcopi silentio, & tollerantia abolitam jam legem merito deduxissent.

182 Levibus leviora Causæ bonitate succedunt. Illud enim objicit Animadversio §.47. quod *aceto pro vino ad mensam dato ipse non queritur, verum ejus Vicarius Generalis = come ebbe assaggiato l'aceto, subito alla presenza del Servo di Dio si alzò e disse mille ingiurie alla servitù, di che il Santo Prelato sorrideva, = quo videtur probasse nimiam fortasse sui Vicarii iracundiam =*. Liceat hic mihi Tullii verba usurpari *pro Sext. Roscio* 42. = *Ego res tam leves qua ratione infirmem, ac diluam non reperio*. Satis enim aperte constat Dei Famulum, non ad Vicarii objurgationem, sive iracundiam, sed ad ejus deceptionem, qua acetum pro vino deglutiverat, ut pronum est, subrisisse. Ita porro natura comparati sumus, ut ad jucunda, & levia risum tenere, volentes etiam, nequeamus. In iis enim ridendi motus improviso prævenit voluntatem.

183 Alias etiam jussit *Presbyterum dimitti*, porgit Animadversio *cit.* §.47., *qui eum allocuturus venerat. Presbyter propterea irascitur clamans elata voce = Monsignore non ti ho rubato niente, perchè hai dato quest' ordine ? a cui il Servo di Dio* NON DIEDE SEGNO DI RISENTIMENTO = verum *si dimostrò confuso, e mortifica-*

ficato. Equidem in hoc eventu heroicam miror viri humilitatem, ac fortitudinem. Tantum vero abest ut in Prudentiam Antistes peccaverit, Presbyterum dimitti jubens, ut potius prudentiæ fuerit haud tempus, & operam perdere cum criminoso viro, qui repetita Antistitis monita contemnere solitus intempestive ad Eum venerat = *nell'atto, che il Servo di Dio si ritirava in Palazzo vidde entrare un Prete* REO DI VARJ DELITTI, *che veniva ad* IMPORTUNARLO DOPO ESSERE STATO DAL SERVO DI DIO AMMONITO, E CASTIGATO; *ma perchè si trovava il Santo Prelato* CONSUMATO DALLE FATICHE, ED AGGRAVATO DAGLI AFFARI, *disse ad un suo Famigliare che l'avesse licenziato*, quemadmodum legitur in *Proc. Ord. S. Agath. fol.* 1502. *exadv. cit.* Quod autem dimissus Presbyter spreto V. Episcopi jussu ad eum objurgandum ænea fronte fuerit ingressus, illius ostendit audaciam, ejusdemque Episcopi patientiam, qui *non diede segno di risentimento*. Verba tandem illa, *si dimostrò confuso, e mortificato* = ruborem innuunt, quem Sacer Antistes ad heroice reprimendos improviso convicio concitatos iracundiæ motus vultu præsetulit. Testis enim eventum retulit ad heroicam ejus animi altitudinem ostendendam, qua, *non solo soffriva gli affronti* CON ANIMO IMPERTURBABILE, *ma quando si presentava l'occasione procurava ancora di beneficarli, In comprova di ciò &c.* (loco cit.) Is namque natura erat ignea, atque irritabili; majore propterea vi opus habebat ad contumelias pacate excipiendas, quam ex vultus rubore compertam habuisse Testes uno ore deponunt in *Sum. num.* 25. *de Fortitudine*.

184 Tantam V. Episcopi mansuetudinem præceteris demirati fuere Familiares domestico illius servitio addicti. Id porro ex alio ipso eventu patet, ex quo perperam Animadversio cit. §. 49. *nimiam in suos Familiares duritiem* probare contendit, narrans, quod *blande, & mansuete reprehensus a V. Alphonso ille, cujus erat alios e somno excutere, quia ad horæ quadrantem cunctatus fuerat, se continere non potuit, quin ei exprobraret nimiam in suos Familiares duritiem* = *V.S.Illma non ci da tempo,nè di mangiare,nè di bere, nè di dormire, nè di far le altre nostre azioni; quì non ci è requie, nè riposo &c.* = addit tamen Testis, qui hæc narrat, quique erat V.S.D Confessarius, & Secretarius quod = *a tale risentimento il Servo di Dio non rispose* (*Proc. Ord. S. Agath. fol.* 1891. *exadv. cit.*) Eamdem quoque mansuetudinem debitis laudibus effert ille ipse Socius, qui arroganti eo modo V. Episcopo responderat = *Soffrì Egli con somma pace questo mio risentimento, e nulla mi rispose* (*cit.Proc. fol.* 1290.) Nullam certe Dei Famulus occasionem dederat, qua tam arroganter ille sibi responderet; utpote qui, non aliud ei dixerat, nisi = *Che è stato Fratello? avevi sonno?*

185 Uterque autem Testis eventum narrat, ut V. Antistitis, non quidem in eos duritiem, sed exactam illius voti observantiam probet numquam indulgendi otio, quo eam ipse temporis rationem habebat, ut, distributis in horas actionibus, ne particula quidem diei ulla vacua sibi, atque otiosa diffflueret. Ejus namque Confessarius, & Secretarius, qui est Testis L. *Proc. Ord. S. Agathæ*, e cujus ore verba Animadversio decerpsit, ita orationem suam in objecto loco exorditur = *Sò di certa scienza aver Egli fatto voto di non perder mai tempo affine di star solo occupato in cose concernenti la Divina*

glo-

gloria. Ed infatti non ostanti le dimostranze mie, e degli altri per persuaderlo a intermettere per un poco le sue continue, e divote applicazioni per timore che non si abbreviasse la vita, non fu possibile capacitarlo, per cui, ed io, ed i suoi familiari dovevamo stare di continuo anche occupati. Accadde una mattina &c. Ejus autem Socius, qui est Testis XV. ejusdem *Proc. fol.* 1289. & *ter.* ita de facto proprio se habet = *Era attentissimo il Servo di Dio nella distribuzione di tutte le ore del giorno, e della notte &c. In tutto il tempo del suo Governo Vescovile per il quale io abitai con lui, mi aveva dato l'ordine, che l'avessi svegliato a una data ora per tempo la mattina, acciò unitamente con lui si fosse fatto da me mezz' ora di orazione mentale &c. Si diede il caso, che una mattina essendo io stato sorpreso dal sonno andai a svegliarlo un quarto d'ora più tardi dell' assegnamento fattomi da lui medesimo: Appena svegliato, voleva già cominciare l'orazione, perchè teneva per perduto ogni momento di tempo, che sgarravasi attesa la di lui eccessiva esattezza di non perderlo.*

186 Ex objectis ergo verbis non aliud certe emitur, nisi Dei Famuli Familiares otiose tempus terere nequisse, quod in sancti Heri commendationem vertit, non autem eumdem in eos se præbuisse durum, quam quidem duritiem omnes aperte excludunt, qui eidem famulati fuere; scilicet.

V. Testis *Proc. Ap. Nuc.* V.S.D. Famulus per Ann. 25. Sum. pag. 647. §. 28. *Nel commandar noi, ed altri dimostrò la sua profonda umiltà accompagnata da una indicibile carità con dirci: fatemi questa carità &c.*

XLIV. Testis ejusdem Proc. V. S. D. Secretarius *per anni* 11. Summ. pag. 659. §. 142. *Quando doveva comandare quelli della sua Famiglia altro non diceva, se non che* = fatemi la carità di far questo, o quello = *e tante volte ricusò la mia volontaria servitù.*

XXV. Testis *Proc. Ap. S. Agath.* (*per aliquot annos V. S. D. Coquus*) Sum. pag. 663. §. 172., & seq. *Quando mi comandava, soleva dire* = Fatemi questo per amor di Dio, soffritelo per amor di Dio = *ed altre simili espressioni &c. Il Servo di Dio fu umilissimo con tutti, ed anche con me, ed ogni altro della sua picciolissima corte. Quando comandava sembrava, che più presto pregasse a favorirlo* =

187 Sed magis magisque micuit V. Episcopi mansuetudo, & humilitas in persecutionibus, quas in tollendis scandalis, reformandisque Populi, & Cleri moribus patientissime tulit. Has profecto fidelibus Ministris suis Christus prædixit juxta illud: *Et eritis odio omnibus propter nomen meum* Matth. 10. 22. *Si me persecuti sunt, & vos persequentur* = *Si Pater familias Belzebub vocaverunt, quanto magis Domesticos Ejus*, Jo. 15.20.25. = Unde ajebat Apostolus ad Philip. 1. 19. *Mihi donatum est pro Christo non solum ut in eum credam, sed ut etiam pro illo patiar*, & ad Cor. 2. 16. 9. *Ostium mihi apertum est magnum, & evidens, & adversarii multi*, ubi scribit Chrysostomus Hom. 43. = *Si multi sunt qui insidiantur, hoc* SIGNUM EST PROFECTUS EVANGELII. *Numquam enim magis sævit, ac furit scelestus ille dæmon, quam ex suis vasis, & instrumentis multa videt diripi.* Hac porro mente invicto zelo in Christi ministerio se gerebat Alphonsus, solitus exclamare = *Povero quel Vescovo, che stà quieto; bisogna, che si viva inquieto per far l'of-*

 ficio

ficio proprio = ac alias lepide repetebat = *Questo è l'officio de' Vescovi di abbuscar sempre* (*a*).

188 Mirum ergo non est, si Dei Famulus *caricato di molte parole ingiuriose, unite a minaccie anche di calci &c*, ne leve quidem exasperati animi indicium præbuit, sed *altro non rispose : Via mò, via mò.* (Animad. §.48.) Tantam enim injuriam a male feriato homine nonnisi propter justitiam passus est, *essendosi adoprato presso un Provinciale di far uscir di Diocesi un Religioso scandaloso &c, offeso il fratello di questo, essendosi portato, non sò se in S. Agata, o in Arienzo, e querelandosi come di torto ricevuto lo caricò &c.* (Proc. Apost. S. Agath. fol.563.

189 Mirum non est, si quum qui tam Vicarius Foraneus temere *lagnandosi della sua condotta, con inciviltà lo rimproverò dicendo, che spettava a lui la visura di tali conti, e non ad altri*, V. Episcopus *con umiltà ricevè tali rimproveri, anzi con buone maniere trattò di raddolcire l'animo sdegnato*; imo Testi XXI. Proc. Infor. S. Agathæ jussit *un'altra volta ricordatemi, che i conti si faranno vedere in appresso a lui, e non ad altri, e questa fu la vendetta per li rimproveri ricevuti* (Sum. object. *pag.7. num.5. §.1.*)

190 Mirum non est si a Sacerdote Ecclesiastica Beneficia petente quum V. Episcopus pro munere exigisset, ut ejus labia custodirent scientiam = ita affatus = *Si voglio darti pane, ma voglio che ti abiliti per la Confessione*, propterea que tradidisset volumen Theologiæ Moralis; *il Prete ciò non sentiva di buona voglia; ma voleva dal Vescovo esser promosso, ed il Prelato suggerivagli sempre, che non poteva promuoverlo, se non si fosse abilitato nella morale; alla fine sdegnatosi il Prete buttò il Libro, e con volto sdegnato proferì una mala parola . . . . tu, e la tua morale, e voltandogli le spalle se ne uscì*; mirum, inquam, non est, si *Monsignore punto non si alterò, ma anzi placidamente lo raccomandò a Dio* (*cit. Sum. object.pag.7. in fin. & seq.*)

191 Mirum non est, si ad alterius Sacerdotis contumelias, qui *credendosi offeso si presentò con alterigia al Servo di Dio facendogli una forte caricata &c. Monsignore con somma placidezza, e fortezza del suo spirito ricevè la correzzione senza lagnarsi, e poteva vendicarsi con toglierlo, e rimuoverlo dalla Carica di Vicario Foraneo*: imo vero hujus injuriæ sibi illatæ prorsus immemor & in ejus unice merita intendens *a capo di qualche tempo lo providde di Canonicato in questa Collegiata Chiesa* PERCHE' *tra gli altri Concorrenti* QUELLO ERA IL PIU' MERITEVOLE (cit. Sum. Object. p.3. §.3.)

192 Mirum, inquam, non est si V. Antistes Ligorius legatione pro Christo fungens sibi cum Apostolo placebat *in contumeliis*; quemadmodum fecisse legimus Sanctos alios Antistites, præsertim S. Carolum Borromæum, qui *incontrò la sorte di quei, che faticano per la gloria di Gesù Cristo, vale a dire trovò contradizioni di ogni genere, e da ogni sorta di Persone Secolari, Ecclesiastiche, e Religiose, che lacerarono la sua fama, lo derisero, e lo spacciarono per un* UOMO TORBIDO, INQUIETO, E DI POCO GIUDIZIO, ceu late, ex *Guissano* narrat Masinius *in vit. SS. ad diem 4. Nov. §.13. ad 15*; nec non alium præclarissimum Antistitem, cujus lenitatis,

(*a*) Proc. Apost. Nuc. fol.2113. & Ord. Nuc. fol.1301.

tis spiritum hauserat ipsamque effigiem præseferebat Alphonsus, S. Franciscum Salesium, qui etiam *dagli stessi suoi Diocesani tanto da lui amati sì Ecclesiastici, che Regolari dovè il Santo* FREQUENTEMENTE *soffrire contradizzioni*, STRAPAZZI, VILLANIE, ED INGIURIE DI OGNI GENERE, ac inter alios eventus narratur, quod *una volta fra le altre si presentò a domandare un benefizio una Persona nobile di nascita, ma ignorante &c. il Santo la licenziò cortesemente dicendole, che non sapeva che cosa domandasse, che Egli non poteva dare a lui il Benefizio vacante, perchè non era Padrone, ma Economo destinato a conferirlo a più degni. Allora quella Persona sfogò la sua collera* VOMITANDO PAROLE INGIURIOSE, E MINACCIEVOLI *contro il Santo*, SENZA CHE EGLI PUNTO SI ALTERASSE. *Ma non finì quì la temerità di colui. Perocchè nella Domenica seguente mentre il Santo assisteva a' Divini Uffici, e sedeva nella sua Cattedra* GLI PRESENTO' UN LIBELLO RIPIENO D' IMPROPERJ, E CALUNNIE. DISSIMULO' IL SANTO QUESTO SCANDALO, *e volendo il Capitolo, che fosse castigata la temerità di quel Prete, fù duopo* CH' EGLI INTERCEDESSE PER LUI IL PERDONO. Verba sunt ejusdem Masinii in *ejus vita ad diem 29. Jan.* §. 25. qui in seq. §. 26. addit. *Lo stesso cattivo trattamento ricevè da un' altro Gentiluomo &c., il quale giunse fino ad andare* AD INSULTARLO NEL SUO PALAZZO *Vescovile, vomitando contro di lui tutte le ingiurie, e minaccie, che la passione gli poteva suggerire. . .* NON GLI RISPOSE IL SANTO *se non con parole civili, e cortesi, sebbene inutilmente. Essendosi trovato presente a questo fatto un Religioso, il quale mostrava di* MERAVIGLIARSI DELL'ECCESSIVA SUA PAZIENZA= „ vedete *gli disse il Santo*, io ho fatto un patto colla mia lingua, „ che allora quando si dirà qualche cosa contro di me, che possa „ mettermi in collera, si guardi bene nel parlare = Eumdem quoque pactum cum sua lingua Ligorius pepigerat, qui cuidam Canonico in simili eventu ei patientiam & silentium exprobranti, respondit= *Oh Canonico mio, quando uno viene ingiustamente ingiuriato, non bisogna pigliarsi collera, ma rimettere tutto a Dio* (Process. Ordin. S. Agath. fol. 499.) ac alteri, qui contumeliosa verba in Dei Famulum prolata pacate ferre non valens, audaci homini dixerat *con alterigia: Io sono in procinto buttarti da questo balcone, per rivendicare le ingiurie, che a torto fai ad un Vescovo*; ipse Dei Famulus *rivolto con sorriso le disse: Come sei buono? Io ho dovuto fatigare per lo spazio di quarant'anni per acquistarmi un poco di pazienza, e tù in un sol momento me la vuoi far perdere?* (cit. Process. fol. 432. & ter.).

193 Post tam illustria Sanctorum Antistitum exempla, qui sibi illatas injurias, & contumelias prorsus inultas volnere, Animadversionem illam prætereo (§. 49.) quod, *licet in his, & similibus ELUCEAT MANSUETUDO, APPAREAT BENIGNITAS, EMINEAT HUMILITAS: hujusmodi tamen agendi ratio non omnino videtur probanda in Episcopo, qui tenetur suæ dignitatis jura tueri. Hinc si ipse suam despiciebat Personam laudandus est, despicere tamen non poterat suam Dignitatem, sublimemque illum caracterem quo erat insignitus.* Ad hæc tamen opportune occurrunt quæ ad Pontificem Eugenium III. scribit S. Bernardus *de Considerat. lib. 4. cap. 2.* §. 5., ibi =

ibi = *Vides omnem Ecclesiasticum zelum fervere sola pro dignitate tuenda. Honori totum datur, SANCTITATI NIHIL, AUT PARUM. Si causa requirente paulo submissius, aut socialius te habere tentaveris: Absit, inquiunt, NON DECET, tempori non congruit*, MAJESTATI NON CONVENIT, QUAM CERIS PERSONAM ATTENDITO. *De placito Dei ultima mentio est. Pro jactura salutis nulla cunctatio, nisi quod sublime est, hoc salutare ducamus, & quod gloriam redolet id justum. Ita OMNE HUMILE PROBO DUCITUR &c. Timor Domini simplicitas reputatur, ne dicam fatuitas.*

194 His porro humilitatis sensibus acti Ligorius, Salesius, Borromeus, aliique sacri Antistites tacitam injuriarum perpessionem non in dignitatis & characteris dedecus, sed in Illius ministerii gloriam vertere existimarunt, qui divina sua persona indigna patiens voluit ultro ligari, flagellis cedi, sputis conspui, alapis percuti, spinis coronari, publice illudi, & Cruci tandem patibulo inter latrones affigi, itaut esset, juxta Apostoli phrasim 1. *ad Cor.*1. 23. = *Judæis quidem scandalum, gentibus autem stultitia*; quique, ut Petrus ait Ep. 1. cap.2., *passus est relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus.*

195 Sed non modo suæ dignitatis spretum neglexisse Alphonsum addis Animad. §. 49. in fin.) sed vindicativæ justitiæ cursum impedivisse cum nullum non movit lapidem, ut quantocius liber evaderet quidam homo qui in vincula conjectus fuerat, propterea quod eo devenit audaciæ, *che cominciò a tirar pietre dietro la carrozza &c.smontato, e salito* (Servus Dei) *nella stanza secondo il solito si chiuse nel suo gabinetto, ma quel temerario sforzò la porta con urtoni per entrare*, idque non alio nomine, nisi quia *ammonito più, e più volte a lasciare una prattica illecita* (a). De Christo Domino quoque legimus *Jo. c.*8. quod ipso turbis prædicante verbum Dei Judæi *tulerunt lapides, ut jacerent in eum*, non legimus tamen, quod ad criminis expiationem, & ad aliorum exemplum eos divina sua potentia puniisset; sed legimus, *quod Jesus abscondit se, & exivit de templo*, imo discipulis vindicativæ Justitiæ nomine devorantem ignem de cœlo cupientibus aperte respondit *Luc.* 9.55. = *Nescitis cujus spiritus estis. Filius hominis non venit animas perdere, sed salvare*. Hocce motus exemplo S. Franciscus Salesius vindicativæ justitiæ cursum impedivit illius, qui *venne di notte più volte avanti il Palazzo di sua abitazione con cani, corni da caccia facendo grande strepito, urli, e schiamazzi TIRANDO PIETRE contro le vetrate, ed anche qualche colpo di pistola con iscandalo di tutto il vicinato*: imo cum alter ob graviores injurias sibi illatas jam capite damnatus fuisset = *ottenne, che fosse differita l'esecuzione della sentenza, e valendosi di questo tempo* TANTO SI ADOPRO' PRESSO IL SOVRANO, CHE GLI FU' CONCEDUTO IL PERDONO. *Andò egli stesso a portarglielo alla carcere*, uti legitur *in cit. ejus vita* §. 26. & 27.

196 Summis ergo laudibus efferenda est V. Ligorii Fortitudo, charitas, atque Prudentia, qui injurias in Dei, & Ecclesiæ leges sagaci ratione secernens ab aliis in suam personam illatis, eas in proprii criminis expia-

(a) Proc. Ord. S. Agat. fol.1023. exadv. cit.

expiationem, & aliorum exemplum tanto zelo puniebat, ut ab animadversione *nimiæ severitatis* censura fuerit paulo ante notatus; has vero in se tantum injectas ad Christi, & Sanctorum exemplum tacitus perferebat, ac memor divini mandati: *benefacite iis qui oderunt vos*, eum a quo injuriam acceperat, *si forzava di benificarlo, ed a qualchedunо conferì anche qualche benefizio*(Animad. §. 50.) Quod vero ejus Director Dei Famulum monuerit, *acciò per l' avvenire si fosse altrimenti regolato sul timore o di conferire un benefizio a un indegno, o di posporre un degno*, sunt verba mutuata a Test. XIV. *Proc. Apost. S. Agathæ fol.* 1202. *exadv. cit.*, qui id non deponit de propria scientia, sed de auditu vago. *Ho inteso dire che &c.* Etiamsi vero id evenisset, non probat Ligorium aliquando Beneficio auxisse indignum; imo eximiam V. Viri Justitiam in conferendis nonnisi Dignioribus Ecclesiastica Beneficia Testes passim extollunt in *Sum. n.* 21. *per tot.* Si vero Testis per ea verba: *a qualcuno conferì anche qualche beneficio*, appellet ad eum, quem V. Alphonsus post illatas sibi injurias *a capo di qualche tempo lo providde di Canonicato*, superius jam probavimus id injuriæ oblitum ideo fecisse, quia *trà gli altri concorrenti ERA IL PIU' MERITEVOLE*. Id autem heroicam probat Viri Justitiam omni prorsus humana passione expertem.

197 Absolutis iis, quæ ad Sancti Præsulis indulgentiam pertinebant erga peccantes in se, ad prætensam pergamus indulgentiam erga peccantes in alios. Nam, quem prius severum in puniendis Ecclesiasticorum defectibus Animadversio appellaverat §. 43, modo in eadem re de nimia indulgentia redarguit §. 51.; redarguit, inquam, quod si *qualche Prete era chiamato dalla Curia del Servo di Dio con il mandato &c. per qualche trasporto, che non era ne vino, nè disonestà, il Servo di Dio compatendolo per non interessarlo, dava sodisfazione alla parte, lo teneva nel proprio Palazzo, ed alla propria tavola*, qua quidem pœna punivit ille, qui *in atto di prima passione diede un colpo di bastone all' attuario di questa Curia &c.* Quid aliud ex iis, quam solertissimi Pastoris Prudentia? Nonne prudentiæ est delicta a delictis secernere, pœnasque cum criminibus ponderare? Ebrietas, & carnis illæcebra publicum scandalum pariunt, & Ecclesiasticos contemptibiles reddunt; Non item cetera occulta crimina, ac involuntario primoque motu patrata. Si ergo V. Antistes *per qualche trasporto, che non era vino, nè disonestà*, & demonstrationis gratia, in eo, qui *in atto di* PRIMA PASSIONE suum actuarium percussit, a multæ pœna se abstinebat *compatendolo, per non interessarlo*, rem exequebatur, in qua cavenda juxta Benedicti XIV., & Fagnani sententiam superius expositam totus Episcopus esse debet. Illud certe constat, quod *dava sodisfazione alla parte*; quid ultra? Si vero carceris loco hujusmodi delinquentes suo in Palatio detrudebat, juxta mentem agebat Tridentinæ Synodi, quæ *Sess. de Reformat. c.* 4. de Clericis decernit, quod ea *ratio habeatur, ut juxta qualitatem delicti, ac personarum delinquentes ipsi* IN LOCO DECENTI *custodiantur*: Anne carceris pœna apta non erat ad læsæ parti satisfaciendum? Nam quis *dicitur carceratus non solum quando sub clavi in carcere formali, et arcta custodia detinetur, sed etiamsi retineat DOMUM vel Civitatem pro carcere*; inquit Monacellus *Tit.* 5. *adnotat. ad form.* 9. *num.* 29.= Delendum tandem esset ab operum misericordiæ corporalis albo opus alimenta ministrandi carcere trusis

sis, si vltio quis tribuere vellet V. Episcopo quod eosdem Clericos in suo Palatio trusos admittebat *alla propria tavola*, quemadmodum cibo substentabat alios in formali carcere detentos.

198 *Se, ut decebat bonum Pastorem, gessit V. Vir*, verba sunt Animadversionis §. 51. in fin., *qui Patrem reconciliare studuit ad filium a quo in æstu passionis ille fuerat baculo percussus: prudenter etiam egit dum simul prospexit imposterum ne quid simile accideret: Quæro tamen*, subdit, *utrum prudentia duce Sacerdotem illum curæ animarum præfecerit? Ma per allontanare il detto D. Giuseppe da ogni occasione lo mandò Economo nella Parrochia di Luzzano* = Eo spectat Testis XII. Proc. Informat. S. Agathæ eventum referens in *Sum. obj. pag.* 8. §. 5. ut V. Episcopi Prudentiam ostendat. Si enim in ejus laudem vertit, quod ipse *conosce LA SORPRESA DELLA PASSIONE, compatisce il Figlio, si chiama il Padre, e con belle maniere li fà riconciliare fra di loro senza dar luogo alla Curia di procedere*; in ejusdem etiam Episcopi Prudentiæ laudem vertit, quod *per allontanare il detto D. Giuseppe da ogni occassione lo mandò Economo &c.* Is enim haud erat iracundiæ deditus, ita ut Parœcia indignus haberetur, neque cum Genitore conqueri consueverat, sed id semel accidit cum domesticum patrimonium divisit = *essendo venuto in contesa con il proprio Padre, e Fratello per cagione di divisione frà di loro*; & tamen id fuit *in un trasporto di passione*; imo in se reversus *conoscendo il suo gran male confuso, e pentito va à buttarsi ai piedi del Servo di Dio*. Cur ergo Parœcia indignus? Numquid in Parœcia eadem sibi offerebatur irascendi occasio, quæ domi suæ oblata semel fuit in patrimonii divisione? Prudenter tandem sese gessisse Episcopum in conferenda eidem Presbytero, utpote digno, Parœcia, probavit eventus; *avendo il detto D. Giuseppe* (in eadem Parœcia) *per molti anni faticato con edificazione di tutti*.

199 Ex his, quæ hactenus disseruimus, luculentissime patet V. Episcopi zelum maxima fuisse cum discretione conjunctum; patet ergo locum non habere quo consistat argumentum quod Animadversio petit §. 52. ab illis verbis Testis XXI. Proc. Inform. Nuc. *mi avevo preso la confidenza di avvisarlo (per Epistolam) che alcuni non erano affatto, ed all' intutto contenti del suo governo*; ex quibus perperam egregius Censor deducit, *omnia quæ huc usque animadverti, FORTE erant in causa cur V. Vir non omnibus æque esset acceptus*; Sed cum ea, quæ hactenus prosecuti sumus, geometrica demonstratione clarius evincant V. Episcopum in restauranda Ecclesiastica disciplina, corrigendisque Gregis moribus omnes, singulasque boni pastoris partes implevisse, illatio sua sponte sequitur, ea non fuisse in causa cur ipse non æque omnibus esset acceptus. At quo nolens inconsulto progredior? Fidenter dico, utique ex eo quod mores corrigeret, non æque omnibus poterat esse acceptus; quemadmodum ingenue pro sua doctrina ornatissimus Censor advertit = *Non is ego sum, qui contendam culpæ V. Viri referendum, si alcuni non erano all' intutto contenti del suo governo = imo dicam NECESSARIO id sequi debuisse &c. NEC DUBITANDUM ID EVENISSE V. nostro Antistiti, qui amaritudine plenus super peccata Populi sui indesinenter plorabat, & ut bonum triticum a zizaniis purgaret, plantaret, & evelleret, confirmaret bonos, & ad viam*

viam salutis revocaret iniquos, *NULLI PARCEBAT LABORI*, *NULLUM OMITTEBAT STUDIUM semper PARATUS DARE ANIMAM SUAM PRO OVIBUS SUIS*. Oh egregium præconium ingenuo viro dignissimum! Oh præclaram boni Pastoris imaginem! Oh absolutum Christiani Herois exemplum omnibus Ecclesiæ Pastoribus proponendum! Hæc profecto pastoralis vigilantia causa erat cur tam eximium regimen universæ Dioecesis boni maxime probarent, mali vero, scilicet pauci inter multos, *alcuni non erano all' intutto contenti*. Et sane si secus accidisset dubitandum fuisset de Antistitis vigilantia; Nam observat Chrisost. hom. 23. quod *celebrari ab OMNIBUS maximum fuerit argumentum non magni habere virtutis rationem. Semper enim contra virtutem insanit malitia* - Et S. Augustinus Epist. 56. = *Mores hominum non ignoratis qui proclives sunt ad vituperandum*. Illud unum addam, ex quo maxime eximiam Ejus in gubernando Prudentiam assequi quis facile valet; eam diem universo Gregi fuisse tristissimam, qua optimi Pastoris abdicationem a Pontifice acceptam fama vulgavit. In publici ergo luctus significationem bini Cathedralis Canonici, aliique de Clero ad eum missi sunt, qui Ecclesiæ nomine dolorem explicarent. Abeuntem vero Antistitem Dioecesani quamplurimi, ac egenorum turmæ longo itinere lacrymantes comitatæ fuere (*a*).

200 Jure meritoque doctissimus Censor præterire scribit §. 53. alia, quæ forte animadverti possent, veluti est *impropria locutio* dum Regem dixit = *Custode de Sagri Canoni* = Impropria? imo nostri Antistitis doctrina digna. Sapientissimos enim Judices minime latet hanc vocem non V. Ligorii esse, sed Ecclesiæ, sed Patrum, sed Conciliorum tum Provincialium, tum Generalium; Non latet, inquam, Reges, virosque Principes, vel per se, vel per suos Legatos, Conciliis interesse semper fuisse solitos, ut *Patrum securitati*, *prospicerent*, *& quæ DEFINIENDA*, atque *DECERNENDA forent SUA AUCTORITATE FOVERENT*, *AC TUERENTUR*; verba sunt Benedicti XIV. *de Synodo lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 1. Hac profecto concordia inter Sacerdotium, & Imperium, qua Canones Sacerdotes condunt, ac eosdem Reges custodiunt, in eorum scilicet observantiam evigilant, summque brachium implorantibus Sacerdotibus præbent, omni ævo Reges *Custodes Canonum* ab Ecclesia nuncupati fuere. Non hujus est loci temporisque sacros annales cita manu percurrere, ut quod dicimus tueamur. Id tamen ex Nationalibus, ac Generalibus synodis fuse demonstrat Thomassinius *de vet. & nov. Eccl. discip. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 29. *a num.* 12. *ad.* 17. qui propterea *num.* 14. scribit, quod *Christus Ecclesiam suam primo*, *& principaliter Episcopis commendavit &c. quorum est divina ea sibi credita auctoritate CANONES*, *& Regulas condere*, *QUARUM REGES SINT Defensores CUSTODES adeoque & exactores*. Hinc Tridentina Synodus *de Reformat. cap.* 20. *init.* docuit, quod *Seculares Principes &c. Deus S. Fidei Ecclesiæque Protectores esse voluit*. Hinc Calcedonensis Concilii Patres S. Pulcheriam *CUSTODEM FIDEI* salutarunt; ut ex ejus actis ad *Dom. II. Julii in calce Brev. Rom.* Hinc . . . . sed in re notissima satis multa.

201 Nec *minus accurata* dici merito potest alia expressio = *Festa della*

(*a*) Sum. pag. 167. §. 181. pag. 168. §. 288., pag. 169. §. 294. pag. 170. §. 302.

Croce, e peccato mortale è la medesima cosa = ut Dei Famulus viam sibi sterneret ad demonstrandum =, la Passione di Gesù Cristo come effetto del peccato mortale (animad. cit. §. 53.) qua quidem expressione usus ipse fuit in quodam familari sermone, ut uno verbo significaret obvium esse thema concionis habendæ in Festo S. Crucis, disserendum scilicet de peccato mortali Dominicæ Passionis causâ = *Non sapeva il Servo di Dio, che in una Chiesa di Ariemzo il Gentiluomo D. Pascale Colcabale era solito celebrare con divozione la Festa della S. Croce &c. esultò in sentire Festa della S. Croce, e sul punto gli disse, che esso voleva andare a farci i Sermoni*; com' è possibile a potervi apparecchiare, *rispose il Calcabale mentre dimani è il primo giorno? Nò rispose il Servo di Dio*, che festa della Croce è peccato mortale è una medesima cosa. *Di fatti ci fù a predicare in tutti i tre giorni rilevando la PASSIONE DI GESÙ CRISTO COME EFFETTO DEL PECCATO* (Proc. Apost. Nuc. *fol.* 463. *ex adv. cit.*) Si improprie V. Ligorius dixit *Croce, e peccato mortale è la medesima cosa*; Ergo improprie (quod absit) canit Ecclesia: *vibrantis hastam militis PECCATA NOSTRA dirigunt, Ferrumque diræ cuspidis MORTALE CRIMEN ACUIT* (in fest. SS. Cord. Jesu.) ergo improprie (quod iterum absit) dixit Apostolus ad Hæb. 6. 6. = *Rursus crucifigentes sibimetipsis Filium Dei*, ut significaret eos, qui, licet in baptismate abluti ab originali peccato, quod Christi morte deletum est, illius postea primæ gratiæ obliti per actualia peccata mortalia sceleste vivunt, iterum Christum crucifigere; uti observat Chrysost. in *cit. Epist. Cap. VI. Hom.* 9. ibi = *Quid est autem rursus Crucifigentes? Ab initio eum Crucifigentes. Nam ut Christus mortuus est in Cruce, ita nos in Baptismate, non carne, sed peccato &c. Si ergo necesse est rursus baptizari, necesse est ipsum rursus mori &c. Et præclare dixit = rursum Crucifigentes = Nam qui hoc facit tamquam prioris gratiæ oblitus ignave, & DISSOLUTE VITAM SUAM AGIT.*

202 Præteriri prorsus poterat ea V. S. D. correctio, quam *primum iræ motum* Animadversio appellat cit. §. 53. *erga illum qui eum consulturus venerat = essendo io stato SECCANTE, ED IMPRUDENTE, Egli mi CORRESSE rimproverandomi dicendo: Io ho piacere, che mi vieni a trovare, ma mi CROCIFIGGI, e s'inquietò alquanto, ma dopo ùn' altro poco mi mandò a chiamare, e mi disse ti cerco perdono.* Nihil certe V. Episcopi sanctitati detrahit commonefacere, & corrigere hominem *seccante, ed imprudente*, ne sese pastoralibus curis, sacrisque edendis libris semper intentum, ac otium voto fugientem, petulanti, & inopportuna molestia turbaret = *Egli mi corresse rimproverandomi dicendo IO HO PIACERE CHE MI VIENI A TROVARE, MA MI CRUCIFIGGI.* Si vero ob id *s'inquietò ALQUANTO*, rationem habuit egregiam, propterea que ne hilum quidem mansuetudinem læsit, uti docet S. Jo. Chrysost. sup. *Matth. Homil* 11. *in op. imperf.* ibi = *qui sine causa irascitur reus erit; qui vero CUM CAUSA NON ERIT REUS*; quod etiam repetit Inguilert *in Theol. del Chiostro Tom.* 1. *Cap.* 12. *quæsit.* 6. ibi = *Non esclude cosa contraria alla mansuetudine l'indignarsi qualora la ragione il richiede.* Et sane irasci non est per se illicitum juxta Psalm. 4. =

Irasci-

Irascimini, *& nolite peccare*; sed est illicitum, si fiat præter rectam rationem. Irasci vero *alquanto*, & cum recta ratione nullum præsefert defectum; sed sermoni vim addit, & robur; juxta illud Chrysost. (loco cit.) *Si ira non fuerit*, *nec doctrina proficit*; Quamobrem addit Angelicus 2. 2. *quæst.* 158. *Art.* 1. *in C.* quod *Ira proprie loquendo est passio quædam appetitus sensitivi . . . . potest malum in ira inveniri*, *quando scilicet aliquis irascitur plus*, *vel minus præter rationem rectam*. *Si autem aliquis irascitur SECUNDUM RATIONEM RECTAM*, *tunc IRASCI EST LAUDABILE*. Emicuit vero in hoc eventu heroica V. Antistitis Humilitas, qui religiose veniam petiit sine culpa = *mi mandò a chiamare*, *e mi disse* = *ti cerco perdono*.

203 Ex iis etiam, quæ præteritione digna Animadversio fatetur *cit.* §. 53. est illud quod = *Un personaggio a se vicino*, *che pretendeva un Vescovado*, *e continuamente lo fiotava di fargli lettere commendatizie in Roma per tal' effetto*, *di modo che un giorno mi arrivò a dire*: *Oh Dio! Io non ho saputo più che fare per non esser Vescovo*, *ed Egli non sa più che inventare per esservi*, *però morirà colle sue pretensioni in testa*, *ma Vescovo non ci sarà*, *perchè la sua tiepidezza*, *ed avarizia non lo chiama a tal dignità*. Ex hisce porro verbis duo hæc objiciuntur. Primum; *quod comparatio sui forte nequit cum humilitate componi*; alterum quod *obstat charitati*, quod *subdit de illius tepore*, *& avaritia*. De utrisque dicam.

204 Ac primo, quod attinet ad comparationem sui, eam Dei Famulus non publice, sed privatim instituit cum suo *Secretario*, qui est Testis XLIV. Proc. Apost. Nucerini, quique objecta verba recitans, eumdem sermonem tunc secum habuisse Alphonsum enarrat, cum is ejus utebatur opera ad suos sensus eidem Viro communicandos, qui Episcopatum inhiabat; ut in *cit. Proc. fol.* 3066. ibi = *e ce lo fece sentire molte volte anche per mezzo mio* = Eidem vero Secretario non certe occurrit ante illum diem inauditum Ven. Ligorium totis viribus obstitisse ne Episcopus fieret, quum eum novisset usque ab anno 1752. atque a secretis ei esse incæpisset cum fuit Episcopus inauguratus *Sum. pag.* 20. *in fin. & seq.* Qua de re compertum jam habebat, quod V. Vir *quando fu eletto Vescovo di S. Agata de Goti &c. costantemente rinunciò*, *e per lo spavento della cura delle Anime ne cadde gravemente infermo*, *e che dovè ovvinamente accettare per espresso precetto d'obbedienza del Papa*; ceu ipsemet deponit in *Sum pag.* 148. §. 142. In hac ergo privata, & familiari commemoratione suæ repugnantiæ cum Secretario facta, qui jam domesticum illum eventum satis superque noverat, nullam sibi partem jactantia decerpsit, nec in ea ullam vel minimam Humilitas fuit passa jacturam. Patet enim quod V. Ligorius virum illum, *che pretendeva un Vescovado*, *e continuamente lo fiotava di fargli lettere commendatizie in Roma per tal' effetto* suspectum habens juxta monitum S. Bernardi *de consid. lib.* 4. *cap.* 4. §. 9. *Pro quo rogaris sit suspectus qui ipse*; *rogat pro se*, *jam judicatus est*; comparationem sui, jam Secretario notam, instituit non ut eam patefaceret, sed ut ex ipsa magis magisque demonstraret se nullo modo probare posse ambitiosi viri desiderium; uti ad rem observat Chrysost. *in Epist.* 2. *ad Cor.* super illud Apostoli *Ministri Christi sunt*? *Plus ego*, ibi: *Dicens* Ministri Christi sunt, *& addens* plus Ego, *comparationem provehit*,

atque ostendit, se NON PRONUNCIANTEM sed demonstrationem eam quæ ex REBUS IPSIS existit inducentem, PECULIAREM APOSTOLICI MUNERIS NOTAM RETINERE.

205 Est sane Apostolici muneris nota cum Apostolo retinenda, haud Episcopatum inhiare, cum præceteris docet Benedictus XIV. de Canon. *lib.* 3. *cap.* 31. *num.* 6. *Non modo* ILLICITUM *esse, quod absit, malis artibus prædictas adipisci dignitates*, (inter quas Episcopalem) *sed etiam earum* SIMPLEX DESIDERIUM CULPA NON VACARE; Et Chrysost *Hom.* 3. *in* Act. Apost. *Quando Sacerdotium concupiscis exadverso pone gehennam &c. ambitio vestra vobiscum sit in PERDITIONEM, quia putastis vos humana circuitione Donum Dei possessuros esse*. Ergo etiamsi gloriari voluisset Ligorius quod nunquam Episcopatum inhiasset, licitam captasset gloriam uniuscujusque christiani propriam, quod scilicet Deum novisset, eumque non offendisset; juxta illud Ierem. 9. 24. *In hoc glorietur qui gloriatur, scire, & nosse me:* nosse vero Deum est in eum non peccare, uti docet Joannes *Epist.* 1. *cap.* 3. 10. *Omnis qui peccat non vidit, nec cognovit eum*.

206 Quod autem addidit de illius Viri Episcopatum ardenter expetentis *tepore, & avaritia*, haud obstitit Charitati. Nam V. Episcopus non modo hæc Secretario pandidit, ut suo nomine eidem Viro renunciaret, sed prophetico spiritu affatus est. En integer contextus, qui legitur in *Proc. Apost. Nuc. fol.* 3065. *ter. exav. cit. Morirà colle sue pretensioni in testa, ma Vescovo non ci sarà, perchè la sua tiepidezza, ed avarizia non lo chiama a tal Dignità*; *come* IN FATTI TUTTO SI AVVERO', *Morì il detto Ecclesiastico senza veder Vescovado, e ciò ce lo fece sentire molte volte anche per mezzo mio, e benchè Egli mi avesse risposto, che Monsignor Liguori non era Profeta, si AVVERO' però nella sua persona quella PROFEZIA del Servo di Dio*. Satis autem notum est, non posse eos qui prophetant, verba cohibere, quin ea eructent ad quæ proferenda moventur; juxta illud Jeremiæ 12. *Non aliud possum loqui, nisi quod jusserit Dominus*, & bene Lyran in *Epist.* 1. *ad Corinth. cap.* 14. 21. *in fin.* ibi *Sciendum quod non semper in potestate Prophetæ est tacere, imo aliquando spiritus movet ipsum ad loquendum contra voluntatem suam*. Unde S. Philippus Nerius ajebat: *Io dico talora alcune cose, e non sò perchè, ma Dio mi fa parlare*, ceu refert Baccius in ejus vita *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 8.

207 Prophetiæ item dono clarus, non vero aliquid humani passus (uti ingeniose Animadversio asseruit *cit.* §. 53. *in fin.*) V. Episcopus ut primum ad suam Ecclesiam pervenit: ibique apparuit *corpore infirmus, macie confectus, tussi laborans, quum per jocum Cathedralis Decanus dixisset: pensiamo ad apparecchiarsi al ricevimento di un' altro Vescovo, Alphonsus continuo respondit, che badi a se, che badi a se il Sig. Decano; io ho da fare il Capitolo nuovo*: Prosequitur enim Testis (loco exadv. cit.) *Il fatto fu, che il detto Decano Buonanno fra tutti i Capitolari FU IL PRIMO, che da questa passò all'altra vita*.

208 Submissam, eximiam, vereque heroicam V. Ligorii venerationem erga Romanum Pontificem, & Apostolicam Sedem egregiis, heroicisque gestis in nostro Summario probatam, clariorem Animadversio reddit §. 54., in medium afferens promptam illius executionem

Apo-

Apostolicæ Bullæ provisionis cujusdam Sacerdotii, licèt collationis jus dubium esset an sibi, vel Apostolicæ Sedi competeret, ac licet ipse V. Episcopus de eodem Beneficio jam alium Presbyterum provisisset. Quamobrem vel ipsa Animadversio fatetur, quod V. Vir hoc *facto ostendit suam erga S. Sedem reverentiam, & justitiæ amorem*, addit tamen quod *ALIQUAM saltem imprudentiæ notam non fugit si in dubio ad collationem devenit, & se o petentis calliditate decipi sivit*. Ubinam vero imprudentia in utendo jure suo? Si concedis *novum non esse, ut in re dubia duo simul conferant, ne ex dilatione propriis juribus detrimentum veniat*, cur nam id præstare non poterat noster Episcopus? Si uti jure proprio non obstat virtuti communi, neque obstat heroicæ. Nam Virtus heroica non differt in suo genere a virtute communi, uti docet Angelicus 3. *part. q. 7. art. 2. ad 2.*

209 Dum vero Sacer Antistes jure suo usus est, eximia id Prudentia præstitit. Sacerdotium enim non antea contulit, quam ad trutinam revocatis rationum momentis, quæ suum ordinarium jus tuebantur, uti legere est in ipso Sum. Object. pag. 9. §. 2. *Restò PERSUASO il Servo di Dio, e subito fu per suo ordine spedita la Bolla*, & §. 7. *Il Sacerdote D. Posquale Rubino &c. persuadendo il Servo di Dio, che spettava ad esso di provederlo, perchè il Servo di Dio ne dubitava, lo stesso Rubino cercò SGOMBRARGLI OGNI DUBIO con rappresentarle i fatti in maniera che RESTASSE SICURO*. Non ergo temere Episcopus jure suo usus est. Sed non hic cautioni finis. Licet enim de suo jure suasus, noluit tamen signare literas, nisi sponsione a proviso data, non prius sese in possessionem immittendi, quam certo constitisset ad ipsum absque ulla vel minima dubitationis alea collationem pertinere: *fu per suo ordine spedita la Bollo, e da lui firmata, mo COLL' ESPRESSO PATTO, che non ne avrebbe preso possesso, ne fattone alcun uso se non dopo essersi in tutto assicurato, che detto Beneficio a lui spettasse il conferirlo* cit. Sum. Object. pag. 9. §. 2. & 7. *protestando* (provisus) *che quando altrimenti trovasse, cioè, che la provista spettasse olla S. Sede, EGLI AVREBBE CEDUTO ALLA PROVISTA SUA, e restituita la Bolla, e COSI' il Servo di Dio s' indusse a quella spedire in di lui favore*. Sed subdolus provisus promissis non stetit, & Beneficii possessionem iniit. Quid culpæ V. Episcopo? Et sane, si in Prudentiam minime peccasset etiamsi absque ulla reservatione, & conditione Beneficium contulisset licet ejus collationis jus esset incertum, ut probat Pitonius *Discept. Eccl.* 159. *num.* 43., & ipsa *Animadversio* concedit; quonam ergo modo imprudenter se gessit, qui tanta cautione suo jure usus id egit, quod libere, & absolute peragere potuisset? Deceptus quidem est; non autem sua culpa deceptus, quia sponsor probus erat vir, & fide dignus, utpote *Fratello Germano del Vicario Generale di S. Agato, & Avvocato della Mensa Vescovile*. (cit. Sum. Object. pag. 8. in fin.) Quid plura? Alienæ ergo deceptionis culpa in V. Antistitem vertenda non est, nisi fingamus superno lumine internam, pravamque illius viri fallendi mentem introspicere debuisse. Sed hæc dona non dari per habitum, sed per actum, & quando ea largiri vult Deus, Theologi docent. Consilia autem eventis ponderanda non sunt, ut *nihil jam esse videatur nisi divinare Sapientum*: ut inquit Tullius *pro C. Rabirio cap.* 1. &

So-

Sophocles in Antigone : *Fieri haud potest cujuspiam ut pernoveris animum , otque mentem , sive sensum .*

210 Interea temporis Apostolica Sedes de suo jure non dubitans alium Presbyterum de eodem Sacerdotio provisit . Sed hæc collatio sententia non erat,qua decisum fuisset conferendi jus potius ad Apostolicam Sedem , quam ad Episcopum pertinere . Secus enim nullæ darentur amplius in Judiciis hujumodi beneficiales controversiæ . Patebat itaque aditus utrisque Provisis ad disceptandum in competenti Judicio quin Ordinarius teneretur collationem suam irritam facere . Attamen V. Episcopus eo,quo fervebat in Apostolicam Sedem obsequio : *dopo aver rimproverato ocremente il Rubino , che non voleva restituirle la Bolla come oveva promesso , subito ne fece una* PUBLICA , e SOLENNE DICHIARAZIONE ANNULLANDO LA BOLLA DA ESSO FATTA cit. Sum. Object. pag. 9. in fin. Si hic heroicus actus non est , quisnam erit ? Sed supersunt multo majora . Nam post hæc,non acris inter provisos exorta lis est , uti Animadversio scribit, sed *œconomice* , ut ajunt, per supplices preces res delata fuit ad Serenissimum Regem : *Si fecero ricorsi ol nostro Sovrano* (ut in cit. Sum. pag. 9. §. 5.) qui V. Antistiti controversiæ sententiam remisit. Poterat is decernere fore provisum suum in possessione manutenendum ; poterat saltem jura hinc inde allata ad examen vocare . Poterat . . . minime tamen Heros, minime Alphonsus . Cum enim a Rege: *fu determinoto , che Monsignor di S. Agota de Goti ovesse fatto complimento di Giustizia* CON DARE IL POSSESSO A CHI MEGLIO STIMAVA DE DUE PRETENDENTI . *Il Servo di Dio avuto questo Reale risoluzione SENZA FAR CONTO DELLA SUA BOLLA spedito a favore di Rubino , VOLENDO IN TUTTO FAR VALERE LA PROVISTA FATTA DAL PAPA subito diede il possesso al Guarnaccio SENZA AVERE ALCUN CONTO ancora , che il RUBINO SUDETTO ERA FRATELLO del suo VICARIO GENERALE* (Sum. Object. pag. 9. §. 5. & pag. 10. §. 8.) Hujus porro eventus circumstantiæ tum singulæ , tum omnes simul junctæ V. Episcopi & Prudentiæ, & venerationis in Apostolicam Sedem *heroicitatem* apertissime evincunt,quam *judicandam esse habita ratione circumstantiarum* tradit Bened. XIV. *de Can. lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 11.

211 Quoniam alter ex Apostolicæ Inquisitionis Agathensis Testibus in actis retulerat , quod Ven. Episcopus *volevo che li Cresimondi si fossero confessati , e ricevuto ovessero la sogra Comunione*,ex iis verbis Animadversio veretur §. 55. , *ne Dei servus putaverit illos tantumodo od Confirmotionem esse odmittendos, qui sunt Eucharisticæ Communionis capaces , & sacrom Communionem esse in Confirmandis necessariam . Num Pontificale Romonum solumodo jubet in odultis aut Confessionem , out de mortalibus contritionem .* Inficiari certe nequit id expresse Testis verba non præseferre , proptereaque vanam esse suspicionem fallaci illi argumento innixam , quod Ven. Episcopus ea in sacra visitatione , de qua loquitur Testis *nello Reggia Terra di Duroꝛꝛono* (loco exadv. cit.) de mane Confirmationem conferens voluerit , ut Confirmandi Confessi sacram Communionem reciperent ; sed quisque percepit id esse intelligendum de iis , quibus per ætatem liceret . Secus enim pari argumento suspicari possemus (quod absonum) *S. Carolum Borromœum* quoque putasse illos tantum-

tummodo ad Confirmationem esse admittendos, qui sunt Eucharisticæ Communionis capaces, & sacram Communionem esse in Confirmandis necessariam, quia & ipse, non secus ac Ven. Ligorius idem sanciverit, ceu legere est in *act. Ecc. Mediol. part.* 4. ibi = *Hoc vero diligenter curabit Parochus, ut de peccatis confiteantur, confessique ad Sacramentum Confirmationis accedant*, TUM CONFIRMATI SACRAM COMMUNIONEM SUMENT; *qui ordo* COMMUNIONIS SUMENDÆ POST CONFIRMATIONEM, *si comode servari poterit, antiquæ consuetudini erit accommodatus*. Pontificale vero Romanum cum Confessionem, vel saltem contritionem de mortalibus jussit, sollicitum dumtaxat se præbuit, quod confirmandi non modo characterem, sed & Sacramenti gratiam reciperent: *Cum enim peccatum, & gratia simul esse nequeant, si quis forte turpi labe inquinatus ad Confirmationem accederet, charactere, non vero gratia præditus abiret, animæque novam, & gravissimam maculam incurreret*, scribit Bened. XIV. *Instit. Eccl.* 6. *num.* 11. Hoc, inquam, Pontificale Romanum necessarium duxit, nunquam vero Sacram Communionem majoris devotionis gratia in Confirmatione sumendam exclusit; imo eam exoptare satis declarant verba, quæ sequuntur = *Confirmandi deberent esse jejuni*.

212 Ceterum omnes Testes commendant ardens Ven. nostri Episcopi studium, & sollicitudinem, ut singuli Diœcesani sui Confirmationem reciperent, singulasque enumerant circumstantias ab eodem requisitas, quod scilicet Confirmandi Fidei mysteria pulchre callerent; quod de idoneitate authenticam præberent Parochi attestationem; quod singuli præsentes adessent primæ manuum impositioni; quod tandem ipse juxta Pontificale Romanum ad peccatorum *contritionem* eosdem Confirmandos gravi oratione excitaret; De Eucharistica autem Comunione sumenda nec verbum, nec vola. Possibilene, quod si Episcopus hanc necessariam in Confirmatione, vel non alios confirmandos putasset, nisi adultos Communionis capaces, hanc Testes, tantique momenti circumstantiam reticuissent, ejusque ne meminissent quidem? Ita porro: ac speciminis loco legere est in Summar. Inform. pag. 153. §. 180 = *In ogni visita teneva la Cresima* = *Badava ad istruire i FIGLIUOLI, e come è noto volevali tutti presenti alla prima imposizione delle mani &c. se tal uno non era a tempo, cresimavalo nella Cappella domestica, e se altri era infermo portavasi a Cresimarlo in Casa &c.* Et pag. 426. §. 138. *Il V. Servo di Dio per disporre i suoi Diocesani a ricevere questo Sagramento della Confirmazione avvisava con Editto preventivamente i Parochi respettivi, acciocchè* AVESSERO ISTRUITI I CRESIMANDI SUL DETTO SACRAMENTO, *e ne voleva fede autentica della loro idoneità, e non lasciava di fare un fervoroso sermone ai medesimi prima di cresimarli attuando tutti ad atti di Fede, Speranza, Carità, e* DOLORE DE PECCATI (*a*). Excitasset etiam eos ad rite sumendam S. Eucharistiam, monuisset quoque Parochos in præfato Edicto haud ipsum Confirmationis Sacramentum collaturum, nisi ad Eucharisticam Communionem idoneis, si id necessarium putasset.

213 At quoniam quæstio est de opinione, quam Animadversio suspicatur habuisse Ligorium de necessitate ætatis adultæ S. Eucharistiæ capacis

ad

(*a*) Cetera testimonia leguntur in Summ. pag. 391. in fin. & seq, pag. 436. §. 403. pag. 437. §. 413. pag. 443. §. 456. alibique.

ad Confirmationem;hinc Ligorius ipse omnem omnino suspicionem submovet,dum in sua Morali *Th. lib.* 6. *num.* 177. , quoad primum aperte docet,quod *etiam infantes valide hoc Sacramentum suscipiunt, & si quoad INFANTES consultius sit differre USQUE AD USUM RATIONIS , tum ob irreverentiam Sacramenti , tum ob periculum iterationis , tum ob Ecclesiæ usum ; nihilominus ob rationalem causam etiam antea iis licite datur v. gr. si timeatur diuturna absentia Episcopi , vel hic ad ista loca raro veniat ; item si infans sit in periculo mortis* , & num. 178. addit,quod Benedictus XIV. *de Synod. lib. 7. cap. 10. num. 5.* scribit , *quod licet Cathechismus asserat non expedire , ut Confirmatio ministretur pueris ante SEPTENNIUM, attamen non prohibet , ne ipsis ullo casu conferatur* . Communionis vero necessitatem in Confirmandis aperte excludit dum *cit. lib. n.* 174. scribit,quod sæpe *tale Sacramentum confertur POST PRANDIUM præcipue cum numerosus Populus est confirmandus* ; & num. 184. repetit = *usum invaluisse, quod hoc Sacramentum conferri possit etiam post PRANDIUM* .

214 Mos invaluerat in quodam Asceterio Agathensis Diœcesis , quod dum aliqua Sacra Virgo ad professionem admittebatur,*nel fare i voti solenni era solita porre le mani sue nelle mani del Vescovo* . Dum ergo Dei Famulus Castitatis cultor eximius prima vice ad hanc perageudam functionem accessit , non modo id exequi renuit , sed Monialibus asserentibus , *che così era stato il costume per lo passato*,ipse *con umiltà rispose , che questo era un abuso , e che non si poteva in verun conto sostenere* . Redarguit Animadversio §. 55. in fin. hoc V. Episcopi responsum;propterea quod in Pontificali Romano *dum res est de Virginum Consecratione* legatur,quod *unaquaque singillotim &c. immissis manibus junctis inter ambas manus Pontificis, Pontifex ita interrogat &c.* Nec non advertit in subjecta adnotatione,quod licet *Catalanus fateatur rem hanc videri primo aspectu PLENAM PERICULI , nihilominus omni periculo vacat , quia Episcopus* (verba sunt ipsius Catalani)*inter MANUS SUAS CHIROTHECIS INDUTAS ambas Virginis manus paulisper tenet* . Bene est .

215 Itaque Pontificale Romanum ritum inmittendi Virginis manus in manus Episcopi servandum describit in *Consecratione* Monialium , sed in nostra facti specie res est de *Votorum professione* a Consecratione diversa,quæque in ipsa veteri Ecclesiæ disciplina præfatam Consecrationem longe ante præcedebat. Solemnis enim illa Virginum consecratio a Pontificali descripta,quæ olim in Ecclesia vigebat,quaque Monialis viginti quinque annis majores virginale flammeum ab Episcopo benedictum accipiebant,multis ab hinc seculis in desuetudinem abiit,ut asserit S. Carolus Borromæus in IV. Mediolanensi Synodo ibi = *Vetus Moniales solemniter velandi mos his temporibus antiquatus est* ; & affirmat Thomassin. *de vet. , & nova Ecc. disc. part. 1. lib. 3. cap. 49. §. 1.* ibi = *Sæpius jam disceptatum est de hac Virginum Episcopali Consecratione &c. Mirum est sane qui fieri potuerit , ut tantæ quondam sanctimoniæ , & solemnitatis res usque adeo nunc abolerit , ut vix obscurissima quædam , & fugentia ejus appareant vestigia* . Vestigia autem ipsius ritus vix retenta apud Moniales vetustissimi Ordinis S. Benedicti testatur ex Mahillonio Bened. XIV. *Instit. Ecc.* 85. §. 8. Si ergo diversa erat vetus consecratio Monialium a Votorum professione ; & si lex non est de casu ad casum transferenda ,

cur

curnam teneatur Episcopus in re longè dissimili vetustum illum ritum ex Pontificali libro mutuare, proprioque marte ad alium casum transferre? Hinc ne Romæ quidem, in ea inquam Urbe, a qua leges, & sacra jura dimanant, mos viget in recipiendis Monialium professionibus immittendi Virginis manus in manus Antistitis, quemadmodum religiose testatur alter ex Apostolicæ Sedis Cæremoniarum Magistris Cl. Vir Franciscus Spaziani in nostro *Sum. Addit. num. 7. §. 1.* ibi = *In tutte le PROFESSIONI di Monache, che si fanno nell' alma Città di ROMA, ed in tutti li Rituali, e Direttorj di Monache* NON SI ATTENDE *il Rito prescritto nel Pontificale Romano de Consecrat. Virg., e questo lo sò di certa scienza per aver dirette queste Funzioni in quasi tutti i Monasterj per lo spazio di venticinque anni &c.* IN NIUN MONASTERO SI PRATTICA DI METTER LE MANI DELLA VERGINE NELLE MANI DEL VESCOVO, CHE RICEVE LA PROFESSIONE. Optime ergo Ven. Ligorius morem illum appellavit *un abuso, che non si poteva in verun conto sostenere*, qui non solum nullo modo præscribitur a libro Pontificali, vel alio quocumque Rituali in recipiendis Votorum Professionibus, verum etiam ipsius Urbis praxi, & disciplinæ adversatur.

216 Præterea per ipsam Animadversionem ex Catalani sententia immittere Virginis manus in manus Episcopi res esset PLENA PERICULI, nisi Episcopi manus juxta Pontificale in Virginum consecratione fuissent *chirothecis indutæ*. Episcopi autem chirothecis utuntur cum Pontificalibus vestibus induti sunt, uti in consecrandis Virginibus præscriptum est; at *non vi è alcuna necessità, obbligo, o prescritto della Vestizione, e Professione delle Monache, che il Vescovo debba essere parato Pontificalmente*; cit. Summar. Addit. num. 7. §. 2. Hinc Ven. Antistes Ligorius *allorquando assistè alle vestizioni, e ricevè le Professioni delle Monache nella sua Diocesi* NON VESTIVA IN ABITO PONTIFICALE, *ma col solito rocchetto, mozzetta, e stola*, ceu de visu per totam Episcopatus Epocam deponunt ipsius Ven. Episcopi Famulus, & Laicus cit. Summar. Addit. nn. 8. §. 5. & 9. Ergo necessum est, ut ipsa etiam Animadversio cum Ven. Ligorio conveniat, quod immittere *nudas* manus Virginis *in nudas* manus Episcopi erat res *plena periculi*, erat *un abuso, che non si poteva in verun conto sostenere*.

217 Quum negare Animadversio nequeat posse Episcopum dispensare præcepto de abstinendo ab operibus servilibus diebus Festis, si justa causa intercedat, vel si id exigat pietas, quærit §. 56. an hujusmodi dispensationis necessitas esset pro ædificanda Ecclesia in quadam suæ Diœcesis Terrula, ad quam *animava il Servo di Dio quella Popolazione a trasportare i materiali per carità anche ne giorni festivi*. Objectionis inanitatem vel ipsa percipit Animadversio, ultro addens quod id demonstrare nobis *non multum difficile erit*. Res quippe erat de ædificando templo. Ergo *pietas* id exigebat, quæ una per se sufficeret; Si vero hæc defuisset, demonstranda remaneret urgens necessitas. Nam Concilium Romanum (a) servile opus ab Episcopis in *Festis permittendum* decrevit, si VEL *pietas suaserit*, VEL *humana exegerit necessitas*. Dictio autem *vel* disjunctionem importat,

O juxta

(a) Concilium Romanum *Tit. XI. de Feriis, & Festorum dierum observantia. Cap. 2.*

juxta Tursellinum *de Partic. lat. Orationis*. Imo tanti una valet pietas, Deique cultus, ut si humana necessitas urgeat dispensationis ad profanos exercendos labores, hoc ipsum indultum pietatis opere compensandum idem Romanum Concilium exoptet, hæc dictis addens = *Qui vero licentiam obtinuerint adhortatione moneantur, quatenus ex eo quod illis utilitatis obvenerit* ECCLESIIS *circumpositis, & Dei Pauperibus aliquam, in alterius veluti CULTUS repensum, faciant portionem*. Si in dispensato opere Deo cultum rependi exoptat Ecclesia; quisnam major cultus, quam *trasportare i materiali* PER CARITA' ad ædificandam ipsius Dei Domum?

218 Verum in objecto eventu, non una dumtaxat suadebat pietas, sed humana quoque, imo *spiritualis* exigebat *necessitas*, ut Episcopus non solum dispensationem indulgeret, sed etiam excitaret *la Popolazione a trasportare i materiali per carita anche ne giorni festivi*. Templum vetustate fatiscens erat *Parochialis* Universitatis *S. Mariæ ad Vicum* nuncupatæ; Erat adeo angustum ut ad capiendam filianorum multitudinem, quæ *quatuor* hominum *millia* excedebat, impar esset omnino. Sacra proinde Cathechesis in eodem templo antea fieri solita, jamdiu ob loci angustiam fuerat intermissa. Hanc animarum jacturam maxime dolens Alphonsus Architectos Neapoli impensa sua accivit, aluitque; obstacula vicit; quo necessariæ pecuniæ defectum suppleret, divites, Presbyteros, ipsamque Universitatem ad impendendas largitiones, agrestes vero homines ad *gratis* transferenda cæmenta excitavit; primum ipse lapidem solemni ritu posuit; ac opus tanto zelo fovit, ut amplo extructo templo, universo illi Populo, a Christianam institutionem iterum restitutam, ad æternam propterea salutem, aditum patefecerit. A recitandis Testium verbis consulto abstinemus, quæ legi possunt in nostro *Summ. pag.* 173. §. 28., *pag.* 180. §. 75., *pag.* 188. §. 137., *pag.* 204. §. 256. (ubi habetur idem Testis, a quo in *Proc. Informat. Nuc.* objectio deprompta fuit) *pag.* 212. §. 360. *pag.* 215. *init.*, *pag.* 217. §. 350. *pag.* 222. §. 384., *pag.* 230. §. 444., *pag.* 332. §. 455. = Ea ergo quod Animadversio de more in V. Ligorii commendationem versa est.

219 Venio nunc ad objectionem illam, ad quam Animadversio provocat §. 56. *in fin. & seq.* An Dei Famulo licuisset *sedere aliquantulum dum sacrificabat; & sacrum sanguinem sumere, quum secus nequiret, ope argenteæ fistulæ*.

220 A postremo ut exordiar, aperte nego V. Antistitem unquam Sacrum Christi Sanguinem per argenteam fistulam Pontificio more sugisse. Quamquam enim anno 1769. ob ingentes labores in Missionibus per sese actu sciatica laborantem inter caniculares calores in sua Diœcesi exercitis, in dolorosam arthritidem inciderit, eaque per annum sæviter increscente, ab acri humore contortis colli vertebris, obstipo collo remanserit (*Sum. num.* 18. *per tot.*, ac præsertim *pag.* 440. §. 439. *& seqq.*) & quamquam propterea in mensa potum *per sese* ori admovere, ac deglutire nonnisi per fistulam posset, maluit tamen, incredibili licet angustia, Missæ celebrationem omittere, quam adduci, ut a Summo Pontifice indultum peteret sugendi per fistulam Christi sanguinem; respondere solitus id sibi suggerentibus, quod quum hoc singulare privilegium uni Pontifici Maximo competat, nolebat ipse ne per indultum quidem simili uti privilegio; quemadmodum intimus ejus Famulus de facto proprio deponit *in Sum. Addit.*

num. 8. §. 2. ibi = *Resosi impotente a bere nel bicchiere* STETTE PER MOLTO TEMPO SENZA DIR MESSA, *e siccome provava di ciò un gran rammarico, così essendogli stato suggerito da Noi suoi Familiari DI CHIEDERE LA DISPENSA al Papa di POTER SUMERE nella Messa IL SANGUE COLLA FISTOLA, NON VOLLE ESSO IN CONTO ALCUNO ADERIRE a tal nostro suggerimento, rispondendo, che per esser questo un Privilegio, e distinzione del solo Pontefice Massimo non voleva neppur domandarlo per dispensa*, CONTENTANDOSI PIUTTOSTO DI NON DIR MESSA. Hanc reveta Missæ omissionem ad plures menses protractam V. S. D. Laicus de propria scientia deponit in *Sum. Inform. pag.* 508. §. 44. ubi rehuma *lo ridusse a non poter celebrare per più mesi, essendo restato col collo calato sul petto*, & confirmat Secretarius *Sum. Inform. pag.* 248. §. 90, ibi = *Dopo DUE, O TRE MESI da Noi si fece la prova secondo il suo desiderio mostrato di poter celebrare la S. Messa &c.*

221 Hunc animi sui angorem ab Impotentia celebrandi Sacri susceptum docto Viro Magistro Carani inclyti Ordinis Augustinianensis, qui eum ad concionandum invitaverat, in hæc verba Dei Famulus patefecit = *Potessi venire nella vostra Chiesa a dir Messa ancora, come posso venire a predicare*, CHE GRAN CONSOLAZIONE AVREI! *Ma non posso per questa testa, che mi stà curvata sul petto* = (Sum. Inform. pag. 236. §. 2.) Ad hæc doctus Magister consilium præbet, quod si Sacrum Christi Sanguinem sedens e Calice sumeret opitulante Presbytero, nullum obventurum fuisset effusionis periculum. Tentamine felici successu facto intime gavisus V. Antistes hac ratione Sanguinem e *Calice* sumens Missæ celebrationem private reassumpsit, ceu oculatus ipse Famulus deponit in *cit. Sum. Informat. pag.* 236. §. 3., & in Summ. Addit. *num.* 8. *lit. A.* §. 3. ibi = *Consigliato poi dal P. Maestro Carani Agostiniano, e da altre Persone dotte a poter sumere il sangue di Gesù Cristo NEL CALICE seduto coll'assistenza di un Sacerdote vestito di cotta, e stola, e riuscita felicemente l' esperienza fattane* PER MEZZO MIO *con un poco di acqua, incominciò a dir Messa in tal maniera* SUMENDO DAL CALICE *il sangue di G. C. coll' assistenza di un Sacerdote senza il minimo pericolo di effusione*.

222 Idem concinit V. S. D. Laicus de visu in cit. *Sum. addit. num.* 8. *lit. B.* §. 6. ibi = *Sebbene bevesse da se stesso fra giorno, ed a tavola con una fistola*, PURE NON USO' MAI FISTOLA NEL SUMERE IL SANGUE DI GESU' CRISTO NELLA MESSA, *ma bensì* LO VIDDI SEMPRE SUMERE *il Sacro Sangue DAL CALICE come tutti gli altri Sacerdoti, APPROSSIMANDOSELO ALLA BOCCA, e decentemente seduto ad uno scabello coll' ajuto di un Sacerdote vestito di cotta, e stola, secondo il consiglio avutone dal P. Maestro Carani Agostiniano, e da altre persone dotte senza il minimo pericolo di effusione*; IN TAL GUISA POI L' HO VEDUTO IO CELEBRARE SEMPRE *la S. Messa nell' Oratorio privato, e mai in publico tanto nel suo Episcopio di Ariezo finchè fu Vescovo, quanto dopo rinunziato il Vescovado in questa Casa di S. Michele*. Idem repetit in *Sum. Inform. pag.* 241. §. 40., & 41. ubi addit sese V. Antistitis Missæ inservire fuisse solitum = *lo viddi come inserviente al Sagro Altare*; Cohæret etiam V. S. D. Secretarius qui

saretur, ex præconcepta jam opinione quod impar erat ad bibendum per se in scipho, facile sibi suasit per fistulam quoque sumere debuisse Christi sanguinem e calice, uti potum hauriebat ex scipho. Hæc vero Testis æquivocatio, atque error ortus ex similitudine impotentiæ V. Episcopi sumendi *per se* absque aliena ope sive potum, sive Christi sanguinem nisi per fistulam, nullam causæ jacturam affert, prout ad rem ponderant Bartol. *in Leg. 7. num. 2. ff. de Confes.*, & *in dicta L. 7. Castrens. in fin. Vulpell. Resp. Crimin. 144. num. 7. Menoch. de arbitr. Judic. cas. 26. num. 7.*, & optime in simili Rota cor. Falconer. *tit. 19. decis. 31. num. 5.* ibi = *Suspicio sublata remanet animadvertendo quod hic fuit merus error nominis &c. qui sane nominis error cum sæpe sæpius contingere soleat nullum prorsus operatur juris effectum*, NULLUMQUE PARIT PRÆJUDICIUM, *ut pluribus Juris nostri locis cautum reperitur*.

225 Multo vero vel magis, quod hic extraneus est Testis, qui se facti inter domesticos V. S. D. parietes secuti se prorsus ignarum ex suismet verbis ostendit; propterea que domesticis, familiaribus, oculatisque Testibus omnino postponendus est, ut in cap. *Veniens in fin. Extra. de Testibus*, & *in L. quoties Cap. de naufrago lib. 11. Et in cap. super Prudentia 14. quæst. 2.* Felin. *in cap. in Litteris num. 6. Extr. de Testibus.* Bart. *in Leg. si quando col. fin.* & Farinacc. *de Testibus quæst. 55. num. 36.* ibi = *Multo magis quando sumus in facto, de quo verosimiliter* DOMESTICI SUNT MAGIS INFORMATI, *quam extranei* = Et num. 37. *In factis domesticis, quæ cum per* ALIOS MELIUS SCIRI NON POSSUNT QUAM PER DOMESTICOS &c. Et num. 50. *In probandis factis, & delictis domestici Testes non solum admittantur, sed admissi PRÆFERANTUR ALIIS NON DOMESTICIS*.

226 Hisce positis ultro prætermittimus quæstiones illas, quas doctus Censor moveri potuisse authumat §. 58. supposito fistulæ usu; propterea quod ablato supposito, cui innitebantur, locum amplius non habent in quo consistant, & ad rem nostram minime pertinent. Progredior ergo ad aliam quæstionem, an liceret V. Episcopo eo temporis momento sedere, quo Christi sanguinem sumebat e Calice.

227 Ac principio nullo pacto movemur objecto exemplo Benedicti XIV., qui ut Animadversio scribit §. 59., senio, ac molesta confectus ægritudine quum SACRUM FACERE STANDO *nequiret, noluit suo uti consilio &c., sed satius duxit &c. aliorum consilium exquirere, veluti patet ex dissertissima Epistola* inscripta Magistro Reali Sac. Cœrem. Præfecto. Morbus enim illius Pontificis erat, quod in pedes stare minime valebat, propterea que *sacrum facere stando* nequibat, uti ipsa Animadversio fatetur, aperteque liquet ex ipsa Epistola, in qua *n.3.* Pontifex ita loquitur: *Non essendo possibile, che a Noi riesca lo stare IN PIEDI . . . Ci sembra di aver avuta la sentenza da Noi ben volentieri accettata di dovere nel rimanente di nostra vita essere impediti, come ora siamo, e non POTER per conseguenza REGGERCI IN VERUNA MANIERA SU' I PIEDI. Perlocchè è necessario il vedere . . . se dobbiamo procurare di CELEBRAR LA MESSA stando A SEDERE*. Et num. 27. postquam attulerat exempla dispensationis celebrandi sacrum sedendo, *eccettuato il tempo del Canone, e della Consecrazione*, ita prosequitur

del

del che non si questiona , ma DI SEDERE IN TUTTO IL TEMPO DELLA MESSA .

228 Quid ergo hoc exemplum ad rem nostram ? Ven. Episcopus non laborabat pedibus , sed collo ; Qua de re dispensatione non indigebat celebrandi sacrum , ut Pontifex , *sedendo* . Sacrum enim suis semper innixus pedibus celebravit , Audiantur Testes , ac primo loco Ven. Episcopi Laicus de visu per postremos annos 28. *Summ. Addit. num.*8. *Litt. B.* §. 8. , ibi = *Recitava Egli L' INTERA MESSA IN PIEDI sull' Altare , ED IN PIEDI ALTRESI' SUMEVA L' OSTIA , e dopo sunto il sangue SEGUITAVA ANCHE IN PIEDI IL RESTANTE DELLA MESSA . Tanta era la di lui esattezza nell' osservanza delle Rubriche , che sebbene quasi impotente a muoversi , GENUFLETTEVA SINO A TERRA .*

II. Testis *Proc. Ord. Nuc.* V.S.D. Director , & Confessarius *fol.* 347. *ter. Celebrò ogni giorno sino a circa tre anni prima della sua morte &c. con CORPO DRITTO , e maestoso necessario alla più sagrosanta azione , che si puol fare nel Mondo , con un decoro , e sollecitudine necessaria , e con mirabile attenzione .*

229 Idem repetunt plurimi alii Testes allati *in seq. Exposit. Virtut. pag.* 59. §.92., ubi præceteris , XI. Testis = *Celebrando i divini Misterj sempre DRITTO si manteneva IN PIEDI , genufletteva &c.* & XXXI. Testis *si reggeva in PIEDI nel tempo del divino Sagrificio , non mancando di genuflettere sino a terra .*

230 Adeo religiosus in hac re fuit , ut cum ingravescente senio atque morbis , destitutus viribus esset , ac velut alter Benedictus XIV. in pedes amplius stare nequiret,tunc a celebranda Missa cessaverit ; uti *in cit. Exposit. Virtut. pag.* 62. §.99. deponunt qui ipsi diu , noctuque assidebant , scilicet Famulus , qui ait = *seguitò a celebrare finchè* POTE' REGGERSI IN PIEDI ; necnon Socius , qui repetit *Proseguì a celebrare sino &c. la sua infermità , e decrepitezza lo resero affatto impotente a REGGERSI IN PIEDI .*

231 Eo igitur redacta res est,an licite Dei Famulus tunc tantummodo sedere posset cum ministrante Presbytero,Christi sanguinem sumebat e Calice , Ad id enim necessitate cogebatur , *cum* , ipsa fatente Animadversione §. 59. , ob morbosam colli curvationem *secus nequiret Alphonsus os ad calicem admovere* .

232 Hanc aggredienti mihi vindiciam viam ultro sternit Regula illa Juris; *Quod non est licitum in lege , necessitas facit licitum* = De Reg. Jur. *in* 5. Decret. *cap.*4.ubi doctus Fœbus *Reg.* 4. num. 3. scribit = *Procedit circa illicita in lege positiva , quæ de sola sui natura non sunt mala , sed tantummodo mala sunt,quia per legem positivam prohibita .*

233 Per hanc porro Regulam quotnam a positiva lege vel divina , vel Ecclesiastica vetita , licita necessitas reddit ! Vel ipsa allata Juris Regula affert exempla addens: *Nam & sabathum custodiri præceptum est; Machabæi tamen sine culpa sua in Sabatho pugnabant ; si quis jejunium fregerit ægrotus reus voti non habetur* ; ubi Glossa verb. in Sabatho = *hoc est propter necessitatem* ; & verb. ægrotus:*Etiamsi in Quadragesima carnes comedat non dicitur frangere votum* . Sed, ut aliqua a Rubricis vetita demonstrationis causa innuamus ; Rubricæ vetant cum baculo Choro interesse , & tamen Concilium Aquisgranense *Can.* 131. ab hac lege *debiles* excepit , quem Canonem com-

men-

mentans eruditus Hieronymus in suis doctis *Disquisit. Monast. lib. 7. disq. 1. p. 705.* scribit = *Quod autem debilibus hic legimus baculum indulgeri, ceteris negari, id factum eo modo, quo de Zebina scribit Theodoretus in Philoth. Cap. 24.* = *Postquam autem NON PERMITTEBAT SENECTUS, ut citra molestiam STARE POSSET assidue, substentaculum ei præstabat baculus, cui innixus Dominum laudabat, & orabat*; Rubricæ vetant Missam cooperto capite celebrare; & tamen id in frigidioribus Regionibus licitum docent Theophilus Raynaud *Tom. 6. pag. 499. col. 2.* necnon Navarr. *lib. 3. de celeb. Miss. cons. 7. n. 5.* ubi = *Non desinunt Sacramenta reverenter tractari eo quod ex JUSTA CAUSA, ET NECESSITATE vitandi frigoris, vel doloris Capitis, pileolo aliquo honesto caput tegatur*. Et Henaus *de Sacrif. Miss. sect. 2. n. 20.* ita cum Arriaga concludit = *Non est censendum Deum malle omitti sacrificium, aut quod graviter Sacerdotes de salute pereclitentur, quam quod habeant tecta capita; cum hoc ipsum, quod* EXTRA NECESSITATEM *esset irreverentia*, DESINAT ESSE TALIS *in similibus casibus*. Sed pudet in re tam nota alia superaddere exempla.

234 Illud vero prætereundum non est, hanc ipsam Regulam ad ferendum judicium de Servorum Dei gestis præscriptam quoque fuisse ab immortali Bened. XIV. *de Canoniz. lib. 3. cap. 41. num. 13.*, ibi = *Transitum facientes ad regulas, quarum ope* TUTUM FERRI POTEST JUDICIUM *de gestis Servorum Dei, præmittimus doctrinam Theologorum qui docent; primo, actus humanos bonitatem* AB OBJECTO, A CIRCUMSTANTIIS, *& a* FINE *operantis desumere* = Et num. 18. = *Hæc eadem Regula retinenda esse videtur in examine Causarum Servorum Dei, si aliquis actus occurrat a* CANONICIS REGULIS DISSITUS, *modo tamen bono fine fuerit cohonestatus*.

235 Objectum vero, atque finem, quem Ven. Ligorius sibi proposuit cum consilium iniit sedendi eo temporis momento, quo Christi Sanguinem e calice sumere debebat, illum unum fuisse, ne secus a Sacri celebratione arceretur, ex allatis testimoniis, totisque Causæ actis ubertim constat. Numquam autem antea sedit, nisi postquam obstipo collo remansit. Heroica quippe ejus reverentia, & obsequium erga augustissimum Christi Sacramentum tam mirifice in eo a teneris unguiculis ad obitum usque micuit, ut alter sit ex illius characteribus; propterea que de ea peculiarem *titulum* in nostro *Summ. numer. 12.* apposuimus. Causa habitualis curvationis colli sui ministerii exercitium fuit; arthritidis scilicet a Missionum laboribus obventa. Contortis autem colli vertebris, aut cessare a faciendo Sacro debebat, aut calicem sedendo sumere. Cessare a faciendo Sacro nec heroicus in Deum amor, nec Episcopale munus ullo pacto sinebat, docente Apostolo *ad Hebr. cap. 5.* quod *omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis, quæ sunt ad Deum, ut OFFERAT dona, &* SACRIFICIA *pro peccatis, qui condolere possit iis, qui ignorant, & errant*. Et cap. 8. 3. *Omnis Pontifex ad* OFFERENDUM *munera, &* HOSTIAS *constituitur*. Si ergo sedit, Dei jussu sedit; uti ad rem ponderat Teoph. Raynaud. *in oper.* cui. tit. = *Sacrum Christianum Acathistum, seu Sessionis expers* Tom. 6. pag. 503. col. 1., ibi = *Quis sedere audeat coram Deo injussu ejus? At abest Dei nutus, vel jussum de sibi assidendo* SI ABSIT ÆCRITUDO CORPORIS SESSIONEM DEPOSCENS. *Ea enim corporis imbecillitas*

litas DIVINÆ INDULGENTIÆ AD SEDENDUM CONCESSÆ TESSERA EST *ex natura rei*,

236 Hæc quoad V. Ligorii momentaneæ sessionis *objectum*, & *finem*; nunc *circumstantiæ* ex Lambertinii regula ponderandæ superant. Has porro circumstantias, & adjuncta, quæ V. Episcopi obstipo collo celebrantis actionem comitabantur, quum Amplissimi PP. jam per Testes probatas habeant in *seq. Exposit. Virtut. a pag.* 58. §. 89. *ad pag.*62. §.100. hic vel leviter delibabimus.

I. Illud ipsum acerbissimum torminum genus habitualis curvationis colli, quod alium quemquam a quotidiana Missæ celebratione retardasset, promptiorem ad id reddebat Alphonsum. Ab eo enim die, quo jucundissimum sibi consilium accepit, usque ad postremos eos annos, quibus pedibus amplius sistere nequivit, quotidie, nisi alio gravi morbo impeditus, sacrum maxima devotione peregit, uti deponunt Testes allati *in Exposit. Virtut. pag.*58. §.90.

II. Ab ea inde die, quo a physica impotentia coactus fuit eo momento sedere, quo Calicem sumebat, haud amplius publice celebravit, sed in privato Sacello. Sic aperte testatur ejus Famulus in *Summ. Addit. cit. num.*8. *Litt. A.* §. 4., ibi = *Celebrò però sempre d' allora in poi nell'* ORATORIO PRIVATO *sì nel Palazzo Vescovile, che nella Casa di S.Michele de' Pagani, e sebbene da qualcuno fosse consigliato a poter celebrare nella detta maniera anche in publico, non volle mai ciò fare* = Idem confirmat domesticus ejus Laicus cit. numer. Lit. C. §. 7. = *In tal guisa poi l'ho veduto io celebrare sempre la S.Messa* NELL' ORATORIO PRIVATO, E MAI PIU' IN PUBLICO *tanto nel suo Episcopio d'Arienzo finchè fù Vescovo, quanto dopo rinunzioto il Vescovado in questa Casa di S.Michele* = Nec non alii Testes passim in *Sum. Informat. pag.*239. §.26. = *Nella Coppella domestica di questa Casa di S. Michele* = pag.241. §. 42. *tanto nella Cappella della sua Residenza, come in questa Casa di S. Michele*, pag.357. §.238. = *seguitò a celebrare privatamente*; alibique passim.

III. Tanta vero reverentia Divinam rem faciebat, ut, licet Episcopus, detecto, apertoque semper capite celebrare voluerit, quin' adduci potuerit, ut indultum utendi pileolo Episcopis concedi solitum peteret, *cit. Expos. Virtut. pag.*58. §.91.

IV. Gravis licet annis, ac non modo obstipo collo, sed morbosa item artuum inertia, hernïaque afflictatus Rubricas omnes tam exacte in celebrando exequebatur, ut ad suppedanei usque crepitum genuflecteret = *sino a terra cadendo il suo ginocchio come un pezzo di piombo, con somma sua pena, ed incomodo, e sopratutto nel rialzarsi* = in cit. Exposit.*pag.*59.§.92.

V. Inter sacram Missæ actionem non modo exacte Rubricas omnes exequebatur, sed in tanti Misterii contemplatione absortus apparebat = *acceso come Serafino* = *tutto infuocato nel viso* = *in estasi col volto infiammato*=cit. Exposit. *pag.*59. *in fin.*, & *seq.* §.43.

VI. Corpore morbo iners licet ante Consecrationem ad sese movendum, & flectenda genua alieno indigeret fulcro; post Consecrationem tamen Seraphico spiritu fervens, non modo per sese genuflectebat, sed elevatus e solo agilisque evadebat.

Testis XIII. *Proc. Ap. S.Agoth.* (*OCULATUS fol.* 1251. *ter.* = *Anche quando il Servo di Dio stava colla testa caduta sul petto a cagione di quell'*

quel forte reuma ec. seguitò a celebrare la S. Messa , non lasciando di osservare le Rubriche , mentre dopo la Consegrazione nel genuflettere calava il ginocchio sino sopra la pradella facendo anche rumore per il peso del corpo , E SI ALZAVA CON LIBERTA' SENZA AJUTO alcuno , mentre prima del Canone doveva essere ajutato da due Persone per voltarsi per dire il Dominus Vobiscum , e nel secondo Memento pareva che stasse SOLLEVATO DA TERRA , e quasi in ESTASI , il che da me si osservò , perchè più volte li servii la Messa .

Testis XVI. *cit. Proc.* (*OCULATUS*) *Sum. pag.* 253. §.122. *Il Servo di Dia fu minutissimo osservatore delle Rubriche , e cerimonie della S. Messa anche in quel tempo , che stava colla testa curvata sul petto , mentre stando in tale stato l'ho veduto io CON MIO STUPORE, che tutte le azzioni , che doveva fare prima della Consegrazione le faceva con ajuto d'altri , FATTA poi la CONSEGRAZIONE , oltre che lo vedevo tutto ACCESO NEL VOLTO IN ARIA DI SERAFINO , TUTTE LE GENUFLESSIONI LE FACEVA DA SE SENZA AJUTO DI ALTRI , come se fosse stato in perfetta salute .*

VII. In sumendo e Calice Christi sanguine , in ea inquam actione , de cujus decore , reverentia , & honestate quæritur , tantum abest , ut adstantibus sessione scandalo foret , ut eos potius ad teneras devotionis lacrymas commoveret,intimeque compungeret, adeo ut ipsi profiteantur sibi videri ea in actione = *Il santo celebrante più Angelo , che Uomo* , ut in cit. *Exposit. Virtut. pag.*60. §.94.

VIII. Sumpto Christi sanguine præ divini amoris dulcedine extra sensus , & in extasim rapiebatur = *Dopo la sunzione del Corpo , e Sangue di Gesù Cristo ec. quasi fuori di se rapito in un dolce deliquio di amore* : cit. Exposit. pag.60. in *fin.* & *seq.* §.95.

IX. Peracto sacro tam fervens erat in gratiis Deo suo rependendis, ut videretur = *terminata la Messa ec. cogli occhi rapiti , e collo spirito in Dio elevato = col volto acceso in aria di Serafino elevato sopra se stesso , e rapito verso il cielo quasi in estasi amorosa = stando seduto come se qualcuno lo avesse dalla sedia sollevato , ed Egli faceva forza anche colli piedi a mantenersi , e pareva tante volte il suo spirito a voler sollevare il suo corpo* = in cit. Exposit. Virt. *pag.*61. §.96.

237 En causa , en objectum , en finis, quibus Ven.Antistes Ligorius in eo momento sedit , quo private celebrans Christi sanguinem sumebat e Calice ; En circumstantiæ , quæ sacram hanc actionem antecedebant, comitabantur , sequebantur . Decernite nunc doctissimi Judices juxta Regulam a Benedicto XIV. traditam, an de hujusce actionis bonitate constet , quam Deus per cœlestia charismata , totidem veluti testimonia divina , cohonestavit , probavit , sibique gratam patefecit . Dona enim *vera signa sunt singularis favoris , & Divinæ dilectionis, dataque intuitu illius vitæ , & ad Ejus sanctitatem evulgandam* , verba sunt Matjae , & Matthæuccii apud Bened. XIV. *lib.*3. *cap.* 42. *num.* 7.

238 Sed me recreat , ac reficit Sacri hujusce Senatus pervagata sapientia , & Justitia , quæ de hac ipsa sessione in Missa duplicem *rem judicatam* emisit , alteram in Causa *B. Laurentii a Brundusio* ; alteram nuper in Causa *Ven.Thomæ a Virgine* . In illa enim ut primum Animadversio prodiit,quod B.Laurentius, non ex accidentali, & non præ-

visa necessitate ad Altare supervemiente, sed *quando stava male assai si faceva portare uno scanno all'Altare, NELLE SEGRETE, O MEMENTO SI SETTAVA* (a) demonstrata a Patronis Sessionis brevitate, necessitate a podagræ doloribus inducta, ac privata Missæ celebratione in domestico Sacello, ipsa Animadversio in suis interiit incunabulis, nec in Præparatoriis Comitiis fuit amplius proposita. Majore licet contentione oppositum quum fuisset inCausa Ven.Thomæ a Virgine habitualiter ægrotante, quod *gli ponevano un banchetto accosto all'Altare in cui SEDEVA mentre che durava il MEMENTO* (b) Vos doctissimi Suffragatores propositam objectionem flocci fecistis, propterea que Summus Pontifex *X. Cal. Oct.* 1805. solemniter decrevit, *constare de Virtutibus Ven.Thomæ a Virgine in gradu heroico*.

239 Sed Animadversio monet §.60., ne dicam *breve fuisse temporis intervallum, quo sedere cogebatur Alphonsus. Nam potius attendenda est actio, quam tempus in sedendo insumptum*. Monito licet invitus pareo, & hanc brevitatis circumstantiam allatam in Causis B. Laurentii a Brundusio, & Ven.Thomæ a Virgine, ultro omittam, ac ipsam actionem attendendam concedam. Verum si hæc actio in se mala foret, ac propterea Ven. Ligorio illicita, eadem item ratione B. Laurentio, & Ven. Thomæ fuisset illicita, ut per se patet. Neque aliquid discriminis ex eo intercedit, quod Ven.Ligorius sedere potius cogeretur in Calicis sumptione. Nec enim indecorum, nec illicitum est necessitate urgente cælesti dape sedendo refici. Secus ægroti, non dicam viaticum sumpturi, sed ipsi *habituales*, devotionis gratia pro libitu sacrum Christi Corpus sedentes, vel etiam lectulo decumbentes sumere nequirent, quod idem dicendum de Sanguine. Nam stare in calicis sumptione non peculiarem importat mysterii significationem, sed reverentiam duntaxat, uti ex ipsis Rubricæ verbis patet = *stans reverenter sumit totum sanguinem*. At, quemadmodum ex Navarro paulo ante innuimus, *non desinunt Sacramenta reverenter tractari eo quod ex juxta causa* nequeat observari Rubrica. Nam si necessitas id postulet, *quod extra necessitatem, esset irreverentia, desinit esse talis in similibus casibus*; verba sunt ipsius Navarri *lib.3. de celeb. Mis. cons.7. num.6.* Et sane, non sessionem Deus respicit, sed sessionis causam. Hinc ipse, ut olim Spiritus Sancti igne *replevit totam domum ubi erant SEDENTES* Act. Ap. *Cap.2.* sic sedentis Alphonsi cor tanto Spiritus sancti igne in sumendo Christi sanguine replebat, ut divina flamma foris etiam erumperet, & adstantibus admiratione esset, & compunctione = *quando sumeva il Sagro Sangue seduto mi sentivo tutto intenerito, e mi sembrava il SANTO CELEBRANTE PIU' ANGELO CHE UOMO = con una alienazione de sensi, che pareva PIU' ANGELO, CHE UOMO, e quando lo viddi sumere il sagro Sangue seduto ec. non potei fare a meno di sentirmi tutto commovere per la TENEREZZA, E VENERAZIONE = Dopo la sumzione del Corpo, e sangue di Gesù Cristo lo ve-*

(a) Ex Sum. Posit. super Virt. B.Laurentii a Brundusio pag.64. §.12., & Animad. super Virt. pag.11. §. 30.

(b) Ex Sum. Posit. super Virt. V. Thomæ a Virgine pag.123. §.198, & pag.240.§.317. & in Novissima Posit. Animad. pag.13. §.33. & Resp. pag.59. §.128.

vedevo io alle volte quasi FUORI DI SE rapito in un dolce DELIQUIO D' AMORE = verba sunt Testium in Exposit. Virt. *pag.*60. §.94. *& seq.* Unde merito concludit doctus Card.Cajetanus super allatum Text. ex Act. Ap. *Non horreo Sessionem corporalem, cum NIHIL INDECENS inducat.*

240 At Sessionis brevitatem Animadversio ipsa perpendens scribit *cit.* §.60., quod Ven.Dei Famulus ea posset a lethali culpa excusari, non autem a veniali, quum Quartus, & Pasqualigus doceant = *Non posse Sacerdotem RECITARE SEDENDO ALIQUAM PARTEM MISSÆ, sed peccaturum mortaliter si Sessio sit notabilis : venialiter vero si reputatur pro parvâ materia*. Ultro id & Nos concedimus, si absque ulla causa, & pro lubitu fiat. Secus enim, nec B. Laurentius a Brundusio ad *Secretas*, sive Orationes, quæ recitantur super oblata, & ad *Memento*, nec Ven. Thomas a Virgine ad *Memento* licite sedissent. Eas enim *Missæ partes* esse erudite docet Bened. XIV. *de Sacrif. Mis. lib.*11. *cap.*17. *num.*5., *& cap.*23. *num.*2. *ad* 13. Verum abs re de qua agimus allati Theologi disserunt. Non est quæstio an Ligorius recitaverit *sedendo aliquam partem Missæ*, quia *recitava Egli L' INTERA MESSA IN PIEDI sull' Altare, ed in piedi altresì sumeva l'ostia, e dopo sunto il sangue, seguitava anche in piedi il restante della Messa Sum. Addit. num.*8. *let.B.* §. 8. Sed quoniam Quarti, & Pasqualigi sententia Animadversioni arridet, eamdem & nos amplectimur; propterea quod ambo doceant Ven. Ligorium licite potuisse Missam private celebrare etiamsi cogeretur eo momento sedere quo calicem sumebat. Quartus quippe (a) proposito sibi Dubio *an & quale peccatum sit omittere in Missa genuflexiones in Rubricis præscriptas*, scribit = *Difficultas hic esse potest an qui genuflectere non potest ob tumorem, vel simile impedimentum in genibus excludendus sit ab Altari, vel excusari debeat ratione infirmitatis ab hoc ritu servando, & sic licite celebrare. Ratio dubitandi est, quia non potest congrue, & secundum consuetum Ecclesiæ ritum celebrare &c. Respondeo : secluso scandolo probabile videri POSSE LICITE SACERDOTEM PRÆDICTO MODO IMPEDITUM SACRUM FACERE. Potest autem facile removeri scandalum, si IN PRIVATO SACELLO CELEBRETUR MISSA. Probatur; quia hic ritus genuflectendi in Missa, quamvis gravis sit, NON EST tamen ADEO NECESSARIUS, UT NON DETUR CAUSA EXCUSANS. Videtur autem INFIRMITAS CAUSA JUSTA, & sufficienter excusans quando deest scandalum. Confirmatur, quia privari non debet Sacerdos jure celebrandi quod possidet, nisi constet de prohibitione. Sed non constat illud impedimentum inducere irregularitatem, aut suspensionem, vel in præcepto genuflectendi in Missa non admitti causam excusantem. Ergo &c. Ad rationem dubitandi respondetur, illam regulam intelligi, quando non potest actus Ordinis exerceri absque deformitate, vel notabili indecentia, QUALIS NON EST OMISSIO GENUFLEXIONUM IN MISSA, quæ præsertim CELEBRATUR IN PRIVATO SACELLO.* Sic item Pasqualigus postquam

(a) Quartus exadv. cit. in Rubric. Missalis part. 1. tit. 17. dub. 3. de ordine genuflectendi.

premiserat cum Animadversione (a) *non posse Sacerdotem recitare sedendo aliquam partem Missæ*, sic concludit: *si vero NON INDIGERET CONTINUA SESSIONE, sed posset stans exercere illas actiones, quæ a stante tantum possunt exerceri; NON ESSET ADEO IMPOTENS, quia tota Missa stare posset. Et satius esset, quod potius interrumperet Missam, ET SEDENS QUIESCERET ad recuperandas vires quam sedendo celebrare.*

241 Per ipsos ergo Theologos ab Animadversione allatos liquido constat, quod Sacerdos habitualiter impeditus ad eos exercendos Rubricæ actus, qui reverentiam respiciunt, ut est genuflectere, licite celebrare potest in privato Sacello genuflexiones omittendo; Constat, quod si impeditus omittere potest absque ulla irreverentiæ nota omnes genuflectiones, multo magis momentaneam stationem; Constat, quod, & si non liceat recitare Missam sedendo, si tamen Sacerdos non indigeat continua Sessione potest sæpius interrumpere Missam, & quiescere ad vires recuperandas, quin a celebrando abstineat. Ergo Ven. nostro Antistiti absque Apostolica dispensatione licuit in privato Sacello Missam stando celebrare, & in momentanea tantum Calicis sumptione sedere. Ipse, inquam, Ven. Noster Antistes, quia reapse *in Moralibus disciplinis adeo erat versatus, ut de conscientia, de peccatis, de legibus, de obligationibus, ac de omnibus, quæ ad mores pertinent pluro volumina evulgaverat*, ceu opportune ponderat Animadversio §. 59. Theologi Augustinensis consilium secutus est, utpote aliorum Theologorum placitis, moralibusque legibus omnino conforme. Noverat profecto ad ea, quæ Theologi licite fieri posse docent, haud opus esse Apostolica dispensatione. Atque ut instituto insistam, non habitualis ægritudo causa est, ut quis Apostolica dispensatione indigeat ad sedendum in Missa, sed *notabile* Sessionis tempus. Navarrus quippe in Manuali *de Oration. Cap. 4. num. 12.* docet opus tunc esse Apostolica dispensatione, cum quis, nisi per solum Canonem, pedibus sistere nequit. Id etiam liquido constat ex ipsa objecta Epistola Bened. XIV. ad Magistrum Reali, in qua Pontifex *n. 27.* aperte demonstrat Apostolicæ Sedis dispensationes esse vel pro celebranda tota Missa sedendo, vel pro ea item celebranda sedendo præter tempus Consecrationis, & Canonis = ibi = *Porteremo gli Esempj delle dispense de Romani Pontefici concesse a Personaggi qualificati nella Chiesa, ed ai Vescovi infermi*, E CHE NON POSSONO REGGERSI SU I PIEDI, *non già di celebrare la Messa sedendo*, ECCETTUATO IL TEMPO DEL CANONE, E DELLA CONSEGRAZIONE, *del che non si questiona, ma di sedere in tutto il tempo della Messa*.

242 Prohibitio itaque celebrandi absque Apostolica Dispensatione vel totam Missam se lendo, vel sedendi in ea, præter Canonis tempus, transferri nequit ad momentaneam sessionem in privata Communione sub una tantum specie exequenda.

243 Mirum vero est quam bene hactenus exposita confirmentur ex eo, quod de hac Sessione ultimo loco opponit Animadversio §. 60. in fin. quod *anche in tempo della sua infermità, per cui spesse volte era obligato nell'atto della celebrazione sedersi per la debolezza intermet-*

ten-

(a) Pasqualig. de Sacrif. novæ Legis Tom. 1. quæst. 227. num. 5. ex adv. cit.

tendola, prendendo così un poco di respiro. Apprime id probat, quod **Ven. Senex,** ne ipso quidem actualis ægritudinis tempore ullam unquam Missæ partem sedendo recitavit, sed cum *per la debolezza* stare nequibat, Missam intermittebat, ut sedens quiesceret *prendendo così un poco di respiro,* juxta monitum Pasqualigi, quod sibi Animadversio decerpserat: *Satius esset, quod potius interrumperet Missam, & sedens quiesceret ad recuperandas vires, quam sedendo celebrare.* Si vero id evenit *in tempo della sua infermità*; ergo non semper. Si evenit ex non prævisa, non habituali, sed superveniente virium debilitate *per la debolezza*; ergo ex ipsius Animadversionis sententia licite poterat. Dum enim ea de colli curvatione disserit §. 60. hæc habet = *Neque hic sibi locum vindicare poterunt Auctores, qui docent* LICERE SACERDOTI MISSAM TANTISPER INTERRUMPERE, AB ALTARI RECEDERE, SESSUM IRE, ALIQUANTULUM QUIESCERE. *Nam hi loquuntur de non prævisa, non habituali,* SED SUPERVENIENTE ACCIDENTALI NECESSITATE; Si anabo eo in casu iidem Auctores locum sibi vindicare non poterant, vindicant certe in præsenti, in quo agitur de accidentali superveniente necessitate.

244 Quemadmodum vero V. Antistes nulla indigebat Apostolica dispensatione pro momentanea Sessione in sumendo Calice, sic nulla opus habuit, sed proprio suo jure usus est, dum nobilis ægroti mortem, quem Medici melius habentem pronunciaverant, certam ostendens, addidit = *Io sò, che Monsig.* (*intendendo di Monsig. Arcivescovo di Amalfi &c.*) *non si fidera dire la Messa nella stonza dell' Infermo, onde io da ora dò la licenza a D. Antonio, che ce la dica:* (Summ. pag. 625. §. 129.) Erudite ornatissimus Censor advertit §. 61. quod per Tridentinam Synodum *facultates, quibus anteactis temporibus fruebantur Episcopi intra quosdam cancellos coercitæ fuerunt*; quodque ex Gattico *iidem, nonnisi gravissimis ex causis amplius valent Missas concedere extra Oratoria publica &c. multo magis requiritur gravior causa ut possint Episcopi indulgere usum Altaris portatilis &c. in privatis cubiculis.*

245 Ultro concedimus Episcoporum facultatem, qua iidem anteactis temporibus fruebantur, indulgendi cuicumque sibi magis placuerit Oratoria Domestica, indultumque in cubiculis celebrandi missam, fuisse a Tridentino intra certos fines coercitam, non autem extinctam, ita ut ea modo uti valeant per modum *actus*; non per modum *habitus*, ut Scholæ loquuntur, iisque in eventibus, in quibus ipsi graves urgere causas existimaverint; teste S. Carolo Borromæo Tridentinæ Synodi promotore, ejusque religiosissimo executore, qui in *Concilio IV. Mediolan.* 1576. postquam exposuerat, vetitum esse Episcopo impertiri perpetuum, & perenne indultum celebrandæ Missæ in privatis Domibus addit = *præter causas, quas magnas, & urgentes judicaverit.* Quibus sane verbis licet hujusce causæ qualitatis, & gravitatis judicium reservatum pateat Episcopo, Theologi tamen inter alias causas enumerant = *Spirituale solamen Nobilis Infirmi* = uti videre est apud Palaum *Tract. 22. disput. 22. punct. 8. num. 56.* Fagundez &c. *Tract. 22. de Sacrif. Miss. Cap. 4. prop. 2. num. 56.* nec non eos, quibus paulo ante Animadversio adhærebat, Pasqualigum *de Sacrif. tit. 2. q. 12. 15. & seqq.* & Quartum *part. 3. tit. 9. num. 1. Sect. 2. Dub. 10.* ibi = *Non obstantibus prædictis Decretis, tum Concilii*

cilii Tridentini, tum Summorum Pontificum, POSSUNT quandoque EPISCOPI CONCEDERE LICENTIAM ex causa rationabili, UT semel, vel bis CELEBRETUR MISSA IN CUBICULO SECULARIUM ÆGROTANTIUM, vel in simili casu; ac tandem Novarium *in Summ. Bullar. Comment.* 8. qui testatur ita fuisse resolutum *a S. Congregatione Concilii*.

246 Quamquam ergo fingamus D. Antonium, cujus meminit Testis, fuisse Presbyterum distinctum ab Amalphitano Archiepiscopo, poterat V. Alphonsus in ea peculiari circumstantia Ordinario suo jure eidem licentiam impertiri celebrandi in Cubiculo illius Nobilis ægroti Judicis Vicariæ Neapolis, ac fratris ejusdem Amalphitani Archiepiscopi (*Summ. pag.* 47. & 625.) Constat tamen illum D. Antonium ipsum esse Archiepiscopum, qui hoc nomine vocabatur, estque Testis XXIII. *Proc. Ord. S. Agat.* ut in *Catalogo Summ. pag.* 46. *in fin.*, ac V. Ligorium per ea verba: *Io sò che Monsignore non si fiderà dire la Messa &c.* significare voluisse eumdem Amalphitanum Archiepiscopum urbanitatis, & obsequii causa erga se utpote Diœcesanum Episcopum haud indulto Altaris portatilis in ægroti cubiculo absque sua venia usurum, propterea que addidit, *onde io da ora dò la licenza a D. Antonio che ce la dica*. Sed facultas hæc urbanitatis potius, quam auctoritatis fuit. Nam docet Benedictus XIV. *de Sacr. Mis. lib.* 3. *Cap.* 6. *num.* 5. ex Decreto S. Congregationis Concilii *Episcopos SINE ULLA EPISCOPI DIŒCESANI LICENTIA uti posse privilegio Altaris portatilis*. Amalphitanus vero Archiepiscopus, licet extra suam Diœcesim tunc forte moraretur, diversabatur tamen Domi suæ, scilicet in Parentum suorum laribus, propterea que Altaris portatilis privilegio jure proprio fruebatur. Quamvis enim hujusmodi indulti usum olim Episcopis extra propriam Diœcesim vetasset Clemens XI. decreto tamen Innocentii XIII. fuit ipsis restitutus; ceu late Lambertinus exponit *loco cit.* Unde Concilium Romanum *Cap.* 3. *tit.* 15. *de celeb. Miss.* hoc decretum edidit: *Declaramus &c. quod hujusmodi prohibitio* (Clementis XI.) *intelligenda non sit de Domibus etiam laicis, in quibus ipsi Episcopi forte occasione Visitationis vel itineris hospitio excipiantur, & hoc etiam quando Episcopi in casibus a jure permissis &c. ABSENTES A DOMO propriæ ordinariæ habitationis moram idcirco faciant IN ALIENA DOMO per modum similis habitationis; HIS ENIM CASIBUS LICITA IIS ERIT ERECTIO ALTARIS ad effectum prædictum celebrationis NON SECUS AC IN DOMO PROPRIÆ ORDINARIÆ HABITATIONIS*. Licere autem Episcopo erigere suum Altare portatile in ægroti Cubiculo ipsemet docet Gatticus, ad quem Animadversio provocat: *de Alt. port. Cap.* 12. *num.* 13. ibi: *Disserunt quidam de loco, in quo liceat Episcopis extra Diœceses Altare viaticum erigere: sed non opus est ubi dicere cum NULLUM LOCUM EXCIPIAT Bonifacius PP. VIII. nisi quem propria indecentia reddit ineptum . . . . per se NON EST INDECENS IN CUBICULO INFIRMI CELEBRARE, secus nullus veterum Sanctorum Episcoporum illud unquam fecisset*.

247 Nostræ Causæ patrocinium simulans solers Animadversio §. 65. scribit, *aliqua sal'em ex iis, quæ animadvertimus omni vacare culpa, nec vitio esse Servi Dei imputanda, sed potius imbecillitati, ad*

quam

quam ipse devenerat postremis Pastoralis regiminis annis. Nos vero ab accusatione excusationem petere haud opus habemus. Nam non aliqua, sed singula, quæ hactenus objecta diluimus, non modo *omni vacare culpa*, sed heroicam V. Episcopi Virtutem ostendere, monumentis & a facto, & a Jure petitis ubertim probavimus, quin opus habuerimus imbecillitatis spectrum effingere. Sed undenam hujusmodi imbecillitatis suspicio? *Argumenta*, inquis, *in Actis occurrunt, quæ id palam evincunt*. Ea ergo attendamus.

248 Ac primo quidem postquam Animadversio *cit.* §. 62. Ven. Viri religionem debitis laudibus commendaverat, utpote ejus, qui senio, morbisque confectus *sentiebat suis humeris impositum fuisse onus, cui substinendo impares experiebatur vires, pluries idcirco suæ tranquillitatis sollicitus de eo d mittendo Supremo Pontificis Solio preces porrexerat; verum ut obedientiæ præcepto adactus illud susceperat, ita etiam retinere coactus fuit usque ad annum* 1775. *quo tandem sa. me. Pius VI. ejus satisfecit votis*; postquam item narraverat Clementem XIV. ejus preces hocce responso rejicisse = *che contentavasi, che governasse la Diocesi da sopra il letto*, animadvertens quod, *quum invaluissent incommoda, & detrimenta salutis*, Consodales, aliique Episcopi ipsi Episcopatus abdicationem ad Pontificem mittendam suaserint, putat *ad eum statum redactum Alphonsum, ut nec posset Diœcesim regere da sopra il Letto*. Sed quorsum hæc? Si concedis hocce consilium tunc Alphonso fuisse traditum cum jam *invaluissent incomoda, & detrimenta salutis*, recta consequitur non mente, sed corpore fuisse impotentem. Etiamsi vero eadem salutis incommoda jam Pontifici exposuisset, isque nihilominus respondisset, *che contentavasi, che governasse la Diocesi da sopra il Letto*, non inde sequitur fuisse sibi consultam abdicationem, quia corporis imbecillitati imbecillitas mentis accesserit, de qua nec vestigium, nec vola in *contextu*, sed potius necessario sequitur exposita jam Pontifici salutis incommoda successu temporis graviora evasisse, proindeque Consodales, amicosque Episcopos veritos, ne ea pastoralibus curis etiam *da sopra il letto* magis magisque aucta, lethalia tandem evaderent, abdicandi regiminis consilium præbuisse. Huc profecto spectat Testis mens dum objectis verbis ostendit Ven. Ligorium, licet senio, & gravissimis oppressum morbis bene valentis Pontificis mortem prius, quam suam, obventuram hocce responso vaticinasse = *Se lo fo* (Episcopatum abdicare) *non l'accetta; pazientamo, ed aspettiamo chi viene appresso. Diede da ridere questa risposta &c. perchè* (en causa dati consilii abdicationis exequendæ) *esso era cadente e stroppio, in età di Anni settantatrè, e carico di malanni, ed il Papa contava anni diecisette meno di lui, ed era valido, e robusto. Ma profetizzò, perchè a capo di anni cinque Clemente XIV. fu all'altra vita*. En itaque quod argumentum sua sponte ruit,

249 Ex alio item Dei Famuli vaticinio, quo accepta ab immortali Pio VI. sua abdicatione, renunciatoque Successore, superne ipse prævidens Ecclesiam suam diu Pastore viduatam remansuram, a Pontifice petiit, ut sibi facultatem indulgeret perseverandi in Diœcesis regimine usque ad possessionem novi Pastoris, *aliquod levitatis indicium* Animadversio arguit §.63. quia prius nullum non moverat lapidem, ut sibi impositum onus excuteret. Cur nam ex hoc eventu non potius

herol-

heroicum V. Episcopi zelum non arguemus ? Et si enim ob valetudinem habitualiter infirmam Summis Pontificibus Clementi XIV., & Pio VI. Episcopatum abdicasset, ubi tamen rescivit electum fuisse in successorem Episcopium Rossi, superneque novit futurum fuisse, ut ille nonnisi post longum temporis spatium Agathensem Ecclesiam gubernandam adire posset, tunc vaticinans = *tutto fuoco esclamò* = *Monsig. Rossi ? Povera Chiesa mia* QUANTO TEMPO STARAI SENZA PASTORE, moxque suæ immemor valetudinis addidit = *mò voglio scrivere al Papa, che mi faccia seguitare il Governo sino a tanto che non prenderà il possesso il nuovo Vescovo* .... SI VERIFICO' LA PROFEZIA, *perchè in seguito essendosi suscitate delle gravi opposizioni a Monsig. Rossi, non potette avere il permesso Reale*, SE NON DOPO ANNI QUATTRO *a poter prendere il possesso della Chiesa di S. Agata (fol. exad. cit.)*

250 Non ergo animi levitate, sed animarum zelo, quo V. Episcopus animam suam haud faciebat pretiosiorem quam se, quoque *ancorchè cionco era pronto a sagrificarsi*, ceu jam Sa. Me. Pio VI. significaverat (*a*), dimissum Pastorale onus, licet sibi ægroto gravissimum, ultro substinuisset, dummodo Ecclesia sua tamdiu, quamdiu superne noverat, Pastore viduata non remaneret. Quot revera mala, quotque pericula viduatis Ecclesiis immineant, optime intellexere PP. Concilii Lateranensis IV. sub Innocentio III., qui *Cap.* 23. decrevere = *Ne pro defectu Pastoris Gregem Dominicum Lupus rapax invadat, aut infacultatibus suis Ecclesia viduata grave dispendium patiatur, volentes in hoc occurrere* PERICULIS ANIMARUM, *& Ecclesiarum indemnitatibus providere &c. statuimus*, UT ULTRA TRES MENSES *Cathedralis &c.* PRÆLATO NON VACET. Eo itaque in eventu melius certe fuisset, quod V. Ægrotus Episcopus Ecclesiam rexisset *da sopra il letto*, quamquod diu vidua eadem Ecclesia remansisset, quia tam Clemens XIV., quam Pius Sextus, bene perceperant, *che bastava la sola presenza di Monsignor Liguori per santificare la sua Diocesi, ed esser lo specchio, e modello di tutti i Vescovi* (*b*). Ex tanta vero, & tam gravi causa, qua V. Episcopus, posthabita ipsius vitæ jactura, paratus erat animam suam ponere pro ovibus suis, quonam modo non dicam levitas, sed vel ipsa larva levitatis appareat? Levitas enim, vel inconstantia est cum quis temere, præcipitanter, & sine ulla ratione recedit a proposito, quod antea considerate utpote bonum elegerat, ceu docet Angelicus 2. 2. *q.* 53. *art.* 3. *in cor.* ibi = *Ex hoc dicitur aliquis esse inconstans quod* RATIO DEFICIT *in præcipiendo ea quæ sunt consiliata, & judicata*; non autem cum immutatis circumstantiis quis melius esse bonum noscit mutare sententiam, & in suscepto ministerio permanere, ex ipso Angelico *loc.cit.* ubi ait, quod *ad Prudentiam pertinet præferre majus bonum minus bono*, & Cornel.a Lapide in illud Eccl.28.2. *stultus ut Luna mutatur* = ibi = *Luna non est similis stulto, nec stulta, sed sapiens, quia* CUM RATIONE ET CAUSA MUTATUR; *at stultus stulte imitatur Lunam quia* SINE CAUSA, LEVITER, *& stulte mutatur ut Luna, quæ tamen nonnisi* MAGNA RATIONE, ET PRUDENTER *juxta motus, & Leges sibi a Deo, & natura præscriptas mutatur. Unde explicans S. Ambros. Ps.* 88. *subdit* : *semen Justi sicut Luna perfecta*

in

(*a*) Proc. Ord. S. Agath. fo 1.1094. exadv. cit. (*b*) Sum. pag. 131. §. 20.

in æternum manet, & testis in Cœlo fidelis. Aliud est enim FUNGI MINISTERIO, *aliud circumferri ingenio, & sensus infirmitate fixam non habere sententiam.* Id porro doctissimus etiam Censor præsentiit dum scribit seq. §.64. sollicitudinem illam V.Episcopi *tribuendam esse non levitati, sed* ZELO, *ne grex qui fuerat suæ curæ commissus ex defectu præseptiæ Pastoris periclitaretur.*

251 Si vero allato argumento, imbecillitatis loco, heroica V. Episcopi Charitas in Proximum mirifice comprobatur, sic etiam heroica illius Charitas in Deum arguitur ex ea mentis abstractione, qua ob fractum post mediam antecedentem noctem inconsulto naturale jejunium divinam rem facere non valens sacra saltem synaxi refici petiit (Animad. §.64.) Antequam vero de ea sermonem instituam, cum fracti jejunii causa fuerit potasse V.Virum *prima di andare a letto un bicchierino di delicato, e particolare Rosolio, solamente* PER COSI' CORROBORARSI LO STOMMACO AD INSINUAZIONE DEGLI STESSI MEDICI; nescio cujnam grandioribus litteris Animadversio ea verba expresserit *delicato, e particolare rosolio,* ac si tantum fuisse V. Viri *mortificationis* studium non ipsa antea perpendisset §.28. ut quandoque *per excessum* peccasse opposuerit; ac si etiam non constaret, quod *ci voleva la forza dell' obedienza &c. per fargli gustare qualche bevanda più delicata necessaria alla sua continua convalescenza* = Sum. pag.624. §.11. & in Exposit. virt. *pag.*130. §.265., & *seq.* Et sane eo in eventu distillati vini tantulam illam quantitatem, quantam continet *un bicchierino*, non bibit, nisi medicinæ nomine *per così corroborarsi lo stommaco*; nec bibit, nisi Medicorum jussu, *ad insinuazione degli stessi Medici.* Et merito. Ita enim Sorori Virgini scribit S. Bernardus in *lib. ad Soror. de suo. be. viv.* num.25.§.74. *Ait Paulus Apostolus Timotheo discipulo suo: Modicum Vinum bibe* PROPTER STOMACHUM TUUM, ET FREQUENTES INFIRMITATES TUAS. *Audi etiam quid Salomon dicat: Vinum cum mensura potatum* SANITAS *est* ANIMÆ, ET CORPORIS &c. *Vinum temperate potatum* FACIT HOMINEM AD ORATIONEM SOLLICITUM, ET DEI SERVITIO ACUTUM.

252 Venio nunc ad eam mentis abstractionem qua, præter voluntatem fracto naturali jejunio Missam celebrare haud posse intelligens sacram saltem Eucharistiam expetiit. *Nonne ex his clare consequitur*, Animadversio inquit cit. §.64. *Animæ potentias in Famulo Dei plurimum fuisse labefactatas, ita ut ipse liberum, & expeditum earumdem exercitium non amplius haberet? Ita sane, ne cogantur dicere falsa, erroneaque opinione ipsum fuisse deceptum.* Etiamsi eo in actu a præconcepto dolore privationis Missæ animæ potentias labefactatas fuisse concedamus, ex hoc tamen actu non sequitur habitus, ita ut ex hocce eventu concludere liceat, quod *postremis Episcopatus annis V. Antistes &c. mente imbecillis evaserat.* Ponderanda est doloris immensitas ex illa privatione suscepti, quæ tanta fuit, ut *pensando, che non poteva dir Messa nella mattina veguente si pose* IN TALI ANGUSTIE, E COSTERNAZIONI, *che mise sossopra il Palazzo*, E NIUNO PUO' CREDERE, ED IMAGINARSI IL DOLORE CONCEPITO DAL SANTO PRELATO *per l'accadutagli disgrazia. Poco, e forse niente dormì nella notte . . . . Appena spuntata l'Alba &c. ci svegliò*, COMINCIO' INDI A QUASI FRENETICARE. Intellectus itaque ad tristissimam Missæ privationis imaginem a vo-

luntate præventus, quæ remedium doloti quærebat, sumendæ synaxis consilium, ut verum, reique accomodatum objectum percepit; ultro voluntas imperio suo eidem assensum præbuit, quin intellectui liberam relinqueret perceptionem paritatis impotentiæ ob fractum jejunium tam celebrandi Sacri, quam sumendæ synaxis; ejusdemque positivæ legis recordationem memoriæ impedivit. Hinc ortum habuit *sancta quædam ebrietas alienatæ mentis*, ut verbis utar Augustini *lib.12. contra Faust. Cap.* 42., ac illa abstractio, qua V. Episcopus Secretario dixit = *Giocchè non posso dir Messa, mettete una particola alla messa vostra, perchè voglio comunicarmi*. Error quidem fuit: sed subdit Ambrosius *lib.5. ad Grotian.* c.2, post. init. *Etsi error, pietatis tamen error est*.

253 Neque illud obstat ne temporaneæ, & transitoriæ abstractioni esse locum dicamus, quod *ea de causa vix, ac ne vix quidem ea nocte quieverat*. Nam non tempus, sed abstractionis causa attendenda est. Fuit certe causa, quæ voluntatem impulit ad expetendam sacram synaxim, Divini amoris impetus, intensusque dolor privationis spiritualis alimenti, juxta illud Chrysost. *Hom.* 33. *in Matt.* = *Unus sit Nobis dolor, una mœstitia si hoc olimento spirituali privemur*. Hic sane dolor ita Ligorii mentem figerat, ut is per totam eam noctem quæsierit quem diligebat anima sua = *Forse niente dormì nel rimanente della notte*, VERSANDOLA IN TANTI SOSPIRI, *che si sentivano nella contigua comera &c. appena spuntota l' Albo della mottina &c. ci svegliò, cominciò indi a quasi freneticare* CONSIDERANDO DI NON POTER CELEBRARE . . . . . *osservai nella mattino, chè il suo letto stavo tal quale accomodato nell' antecedente sera* SENZA VERUN SEGNO DI ESSERSI CORICATO, *e senzo verun sconciamento di coperta, e di altre bioncherie, segno evidente* DI NON ESSERSI CORICATO IN LETTO QUELLA NOTTE = (Sum. object.p.10.§.2. & 3.) Si ergo per totam noctem semper idem objectum mente revolverat, ejus intellectus ne momento quidem temporis sua potitus fuit libertate, ut fallaciam propositi remedii simplicis communionis perciperet, quem jam voluntas specie boni, ne scilicet Dilecti sui privaretur præsentia, ultro complexa fuerat, eique tenaciter adhærebat. Vix autem a Secretario audivit = *Monsignore non è lo stesso il casa? Voi ovete giò rotto il digiuno, e perciò non potete dir Messa, nettampoco comunicarvi* = statim errorem agnovit, & mœrori se dedit (*cit. Sum.* obj. pag.10. §.4.) Si tamen animæ potentiæ habitualiter labefactatæ fuissent, haud intellectus errorem agnovisset, in quem a voluntate præventus inciderat; haud voluntas illico, licet ægre, Communionis privationi assentita fuisset; haud memoria, paris prohibitionis tum Communionis, tum Missæ celebrandæ ob fractum jejunium reminisci potuisset, sed ipse obstinate, ut amentium est, in proposito suo remansisset.

254 Concludendum itaque temporaneæ, & transitoriæ abstractioni tribuenda esse verba a V. Antistite eo in eventu prolata, quæ si non fuere præmeditata, & præordinata, fuere tamen a flagranti, ac vehementi Dei amore suggesta, ut bene S. Bernardus *Serm.67. num.3. ad fin.* ibi = *Sponsa sancto amore flagrans, idque incredibili modo, sane pro captanda quantulacumque evaporatione ordoris, quem patitur*, NON CONSIDERAT QUID, QUALITER ELOQUATUR; *sed* QUIDQUID IN BUCCAM VENERIT *amore urgente non enuntiat*,

tiat, sed eructat &c. Et si verbum fecisse tibi videtur, ERUCTATUM PUTA, ET NON PRÆORDINATUM *&c. Ructus est. Quas tu ructui leges imponis, vel regulas? Non recipit tuam moderationem, non a Te compositionem expectat, non comoditatem requirit. Per se ex intimis. non modo cum non vis, sed &* CUM NESCIS ERUMPIT, *evulsus potius, quam emissus.* Lyran. in Matth. 17. 4. = *Ex magnitudine devotionis &c. aliquis prorumpit in aliqua verba sine præmeditatione* = resque accidit, ut inquit Cornelius a Lapide in Epist. ad Rom. 6. = *Heroico quodam excessu quasi* CÆCÆ CHARITATIS QUÆ ABSTRAHIT, *nec considerat* AN RES SIT POSSIBILIS, *nec ne &c.*

255 Aliud superest imbecillitatis, ut ajunt, argumentum, mirabilis scilicet Ecstasis, qua eduxit eum Dominus in spiritu, ut extrema præstaret officia morienti Pontifici Clementi XIV. *Somnium ægrotantis* hanc ecstasim Animadversio appellat §. 65., propterea quod *stiede per circa due giorni seduto sopra una sedia di riposo chetamente, e profondamente dormendo*. Si ecstases somnia per jocum appellare vellem, Ven. Ligorius crebro somniavit; crebro enim Testes eum vidisse narrant, vel e solo elevatum, vel statuæ simillimum sensibus omnino expertem *Summ. num. 16. de Charitat. in Deum* per tot.

256 Somniavitne (ut innumeras alias ecstases omittam) coram universo Amalphitano Populo, dum publice miro lucis radio a B. Virginis vultu in eum immisso, ipsum duobus fere cubitis e suggestu in aera elevatum cuncti, qui aderant (aderant vero innumeri) obstupescentes suspexere? *Summ. pag.* 288. §. 30. *alibique per tot. num.* 14.

257 Somniavitne raro bilocationis dono a Deo decoratus, dum Neapoli commorans cuidam fœminæ in suo Nuceriæ Templo stypem elargiebatur? Dum Nuceriæ versatus, in Templo Domus Juranorum confessiones excipiebat? Dum in Amalphitana Urbe eodem momento quo e suggestu verba faciebat ad Populum, domi pœnitentibus aurem præbebat? *Summ. p.* 676. §. 21., *p.* 677. §. 27. *p.* 680. §. 50. *p.* 685. §. 78.

258 Somniavitne dum absentes socios Agrigentum versus infesto mare vagantes, & in vitæ discrimen adductos, Nuceriæ ipse superne vidit, ac cæteris patefecit? *Summ. p.* 684. §. 69.

359 Somniavitne dum Argentii concionans, abrupta repente oratione, Populum pro felici obitu Casertæ Antistitis precem fundere jussit, qui eodem momento decessisse postea rescitum est? *Summ. pag.* 680. §. 85., *& seq.*

260 Somniavitne dum Argentii item commorans Reginm Administrum Marchionem de Marco Neapoli ægrotantem, & a Medicis jam conclamatum ea nocte se melius habuisse patefecit, qua revera id accidit, imo ipsi a Deo obtinuisse vitam prædefunctum Ven. Episcopum Lucci Minorum Conventualium decus, absenti nunciavit, vereque eventus prædictioni respondit? *Summar. pag.* 694. §. 125.

261 Somniavitne dum Nuceriæ nunciavit eo, quo loquebatur momento, Neapoli decessisse P. Caputo ex Inclyta Dominicana Familia summ olim Directorem, suique Seminarii Rectorem? vel dum absentis Laici, cui agnomen Tartaglioni, mortem Sodali significavit, & allata inde nuncia cœlestis charismatis, quo absentia videbat, veritatem

tem patefecere ? *Summ. p.*726. §.4. *& seq. p.*682. §.57. *p.*690.§.105. *p.*691. §.111.

262 Somniavitne . . . . . sed infinitus propemodum essem, si singulos eventus hic recensere contenderem, quibus ipse superne illustratus absentia, ac si præsentia forent, intuebatur, quemadmodum legere est in *Summ. num.*31. *de Donis per tot.*

263 Si allatis in circumstantiis somniasse velimus, somniavit etiam dum raptus in spiritu Clementis XIV. agoni adstitit, & ad sensus inde revocatus,eum jamRomæ mortuum præsentibus Argentii nunciavit. Sed quænam somni suspicio ? Si somnum ex eo arguis, quod Ven. Episcopus *stiede per circa due giorni CHETAMENTE, E PROFONDAMENTE DORMENDO*, ex hoc ipso sopore extasim probo. Pathemata enim hominis in extasim rapti sunt temporanea privatio animalium functionum, sensuumque privatio, uti notat doctus Martin. del Rio *Disquisit. Magic. lib.*2,*qu.*23. *pag.*199., ibi: *In hac* (ecstasi) *videtur anima a corpore abesse, quia privatum est corpus functionibus animæ sensitivæ moventis*, & lib.4. qu. 2. sect.2. pag.117. = *Affectio animi ecstaticorum sensibus corporeis ad tempus quasi privantur, unde*, & *morbus quidam ita nominatus, qui corporis sensu, motuque privat, qui & nostri Medici congelationem appellant. Idem significari puto quando Prophetæ dicunt* „ factam super se manum Domini = eduxit me manus Domini in „ spiritu, *item* cecidit super eum mentis excessus = Unde Cassianus *collat.*19. *cap.*4. Abbatem Joannem ita loquentem inducit = *Pro Domini nostri munere nemini me in hujusmodi raptum frequenter excessum, ut obliviscerer me sarcina corporeæ fragilitatis indutum, mentemque meam ita omnes exteriores sensus subito respuisse &c. ut neque oculi, neque aures meæ proprio fungerentur officio.* Ac tandem Benedictus XIV. *lib.*3. *cap.*49. §.8. ex S. Theresia in *Castro Animæ mans.*6. Ecstaticum hominem ob corporis immobilitatem mortuo comparat.

264 *Quis adeo bardos*, repetis, & *stupidos fuisse futuros illos existimabit, qui ei inserviebant, ut nihil funesti ex tali somno auspicarentur ? Dicendum potius morbosum effectum hunc fuisse, qui quoniam ei erat frequenter obnoxius Alphonsus, nihil mali pertendebat.* Etiamsi concederem illos, qui ei inserviebant nihil funesti ex tali somno fuisse auspicatos, quia experientia noverant Ven. Herum hujusmodi supernis raptibus, mentisque excessibus sæpe alias fuisse obnoxium, quid inde ? Non ita tamen. Nam ille ipse, *che lo assisteva*, quique intime ei famulabatur objectus V. Testis Apostolicus Nucerinus, tam bardus non fuisset, ut post satis longum temporis intervallum haud eum a somno excitare tentasset, ni Vicarius Generalis id ei vetuisset = *M'impose di NON SVEGLIARLO, ma starci attento* : Ergo Vicarius Generalis sibi curæ dederat somni causam, & qualitatem attento examine perscrutari. Ergo Vicarius reapse agnoverat soporem illum non esse morbosum, sed supernaturalem, & ecsaticum. Secus enim is, utpote qui Ven. Episcopi lateri jugiter adhærebat, ejusque mensæ in prandio, cænaque assidebat, post primam alteramve diem haud famulo imperasset *di non svegliarlo*, sed certe Medicum advocasset, ac opportuna remedia adhiberi sategisset. Objectus vero Testis haud præsens aderat cum

Ven.

Ven. Episcopus ad sensus reversus est, quia ipse *svegliatosi giusto nel tempo, che non mi ci trovai presente disse queste parole a me riferite dal detto D. Antonio Tannoja*, qui factum acceperat immediate ab alio Teste præsente (*Summ. Object. pag.*11. *num.*8.) Hic vero P. Tannoja, qui est Testis I. Apostolicus Agathensis, addit (*Proc. Apost. S. Agath. fol.*403.) quod Ven. Episcopus *all'improviso verso tardi toccando il campanello, accorsero taluni de' famigliari. Il Servo di Dio VEDENDOLI SBIGOTTITI*, che cos'è? *gli disse: E quelli*, che ci vuol' essere? SONO DUE GIORNI, CHE NON PARLATE, NON MANGIATE, E NON DATE VERUN SEGNO (en veræ ectasis pathemata superius allata) *Dite bene voi*, rispose il Servo di Dio, *ma non sapete che sono stato ad assistere al Papa, che già è morto*? Si ergo familiares ad expergefactum Herum accurrerunt *sbigottiti* non erant tam bardi, atque stupidi, ut ex eo diuturno sopore, quin is daret *verun segno*, nihil funesti fuissent auspicati, sed Vicario Generali parere debuerunt, qui præ sua doctrina, quod erat assecutus, iisdem jusserat *di non svegliarlo, ma starci attento*.

265 Hæc quoad apparentem biduanam dormitionem; Ad domum quod attinet Animadversio scribit *somnium in eo ægrotantis agnosco. Innotuerat Pontificem gravi morbo laborare; ea de re frequentes habebantur sermones; ideæ excitantur in somno earum rerum, quas recenter, & sæpe vidimus, aut audivimus &c. nil proinde facilius, quam ut in biduana illa dormitione Alphonsus somniando putaret a se extrema præstari officia supremo Pastori, quem in vitæ exitu versuri audiverat*. Ita ne? Omnes norunt, non per unam alteramque diem, sed per plures menses innotuisse Pontificem Clementem XIV. gravi morbo laborare; non per unam, alteramve diem, sed per plures menses ea de re frequentes habitos fuisse sermones. Si ergo in somno excitantur ideæ earum rerum, quas *recenter* audivimus, quia tunc quo magis viva imaginatio est, eo intentius agit anima, intentiusque occupatur in ideis ab imaginatione suscitatis, eoque violentius imaginatio ipsa internas fibras agitat, donec imperceptibile illud phenomenon causet, quod somnium appellamus; sciscitor cur nam Ven. Episcopus non statim somniavit assidere morienti Pontifici, eumque jam decessisse, cum primum, ac *recenter* audivit eum gravi morbo laborare? Curnam non id saltem somniavit post aliquot dies, post mensem? Sed somniavit potius per eos ipsos dies, quibus revera Pontifex in agone positus erat, ac eo ipso mane; ea ipsa hora excitatus a somno familiaribus suis nunciavit Romæ decessisse Pontificem, quo mane, qua hora reapse decessit? *Un giorno*, inquit præfatus Testis I. Apost. S. Agat. (*fol.*403. & *ter.*) *e fu il* VENTUNO SETTEMBRE 1774. *il Servo di Dio si vidde abbandonato fuori del solito, ed ESTATICO sopra la sua sedia d'appoggio &c. così seguitò a stare sino alla MATTINA SUSSEGUENTE. All'improviso verso tardi toccando il campanello accorsero taluni de' Familiari &c. Rispose il Servo di Dio*, ma non sapete che sono stato ad assistere al Papa, che già è morto? .... *Non tardò molto, e si seppe, che ai 22. SETTEMBRE Clemente XIV, ad ore* 13. *era passato all'altra vita, cioè IN QUELL'ORA APPUNTO, CHE IL SERVO DI DIO TOCCATO AVEVA IL CAM-*

CAMPANELLO, E RISPOSTO, COME HO DETTO (*a*) Oh quam belle, quam opportune, quam tempestive somniavit!

266 Una profecto hæc convenientia dierum, quibus Dei Servus in spiritu raptus seminortuo corpore jacuit, ac Pontifex agebat animam, imo convenientia ipsiusmet horæ, qua Pontificis mortem ipse Argentii nunciavit, quaque revera Pontifex *era passato all'altra vita in quell'ora oppunto, che il Servo di Dio toccato aveva il campanello*, & familiares ab hero suo didicerunt tunc Romæ decessisse Pontificem, certissimum argumentum est, quod probat cælestis hujus mirabilisque charismatis veritatem; quemadmodum Evangelista Joannes ad ostendendam Christi potentiam, qua verbo absentem filium Reguli ægrotum sanavit, hanc ipsam circumstantiam enarrat Jo. 4. 52. *Servi occurrerunt ei dicentes quia filius ejus viveret. Interrogabat ergo HORAM ab eis, in qua melius habuerit, & dixerunt ei, quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognovit ergo Pater, quia* ILLA HORA ERAT, IN QUA DIXIT EI JESUS, *quod filius ejus viveret; & credidit ipse, & Domus ejus tota*, ubi Chrysost. *Hom.* 35. *al.* 36. *in Joan.* scribit. *Nulli prorsus dubio obnoxium erat testimonium. Qui enim neque adfuerant, neque Christum audierant, neque tempus noverunt, ubi ab hero suo didicerunt IDEM IPSUM ESSE TEMPUS, CERTISSIMAM habuere Christi potentiæ DEMONSTRATIONEM, ideo, & ipsi crediderunt*, Hinc Cardinalis Bona *de discret. Spirit. cap.* 17. *num.* 1., de Prophetarum somniis scribit, quod: *Non consistit Prophetia in impressione similitudinum, sive specierum objecta repræsentantium, sed in lumine intellectuali &c.* & num. 2. *Quo longius ab hominum notitia res aliqua distat, eo magis pertinet ad prophetiam &c. sic Viris Sanctis sæpe legimus* EO IPSO MOMENTO, *quo quidpiam in remotissimis Regionibus factum est, Deo revelante innotuisse.*

DE QUARTA EPOCA

Quæ complectitur postremos duodecim annos Vitæ Servi Dei scilicet ab anno 1775. *quo dimisit Ecclesiæ ipsi creditæ regimen ad annum* 1787., *quo mortuus est.*

267 Neminem futurum fuisse arbitror, qui me jure succensuisset, si vindicias eorum, quæ ad postremam hanc vitæ Epocam spectant tacitus prætermisissem. Quum enim tota in eo Animadversio sit, ut probet *Dei Servum in postremo vitæ stadio ob mentis, & corporis imbecillitatem ad quemdam veluti fatuitatis statum fuisse redactum*; quumque ipse ingenuus S. Fidei Promotor aperte scribat, quod *ne Causa illius Servi Dei, qui* PRO ANIMARUM SALUTE SCRIPTO, VERBO, ET EXEMPLO, IMMENSOS EXANTLAVIT LABORES *periclitetur .... multum proderit, si* (ornatissimus Postulator) *ex actis ea colligat, atque secernat, quæ ad eamdem pertinent*

(*a*) Testis I. Proc. Apost. S. Agath. factum narrat de auditu immediato a præsente f. 413. ter. = *Eraci presente, quando toccò il Campanello, e rispose così Agata Viscardi Serva delle Monache del Redentore di S. Agata mandata &c. per sapersi come Egli passasse .... la sudetta Agata Viscardi &c. mi raccontò fil filo, e senza esitazione quanto da me si depone.*

nent Epocam, exhibeatque Patribus præcipuorum Actuum præstantioris virtutis ELENCHUM; quod si fausto omine præstiterit, gratulabor ipsi, &, ut decet veritatis cultorem me victum esse fatebor (Animad. §. 78.) Hinc ex Actis collectis iis, quæ ad hanc pertinent Epocam, exhibitoque præcipuorum Actuum præstantioris virtutis *elencho*, Causa dicta est, atque sententia ipsius doctissimi Viri, a quo orsa, omnis animadversio diluta. Tanta profecto sunt, tam mira, tamque præclara præstantioris virtutis monumenta, quæ sequens Elenchus, sive virtutum *expositio*, ubertim exhibet, ut, quemadmodum decet veritatis cultorem, fore certo confidimus, ut egregius Censor cujus monitis, mandatisque, quo par erat, obsequio obtemperavimus, qua pollet ingenuitate, ac doctrina, in hac prima Causæ actione se ultro victum fateri dignetur.

268 Vestram interea rogo fidem, vestram rogo sapientiam, doctissimi Patres, ut decernatis, an imbecillis censendus sit, qui abdicato Episcopatu, reversus ad suos, quo a cellula Evangelium prædicaret omni Creaturæ, a novis quotidie edendis libris non desitit? An imbecillis, qui ad ultimum usque senium concionandi munere publice functus est, privatisque hortationibus ad se confluentes homines ad Deum adducere satagebat? An imbecillis, qui verbo, & exemplo Congregationem suam licet senex summa cum potestate rexit? An imbecillis qui Animarum zelo accensus Alumnos suos ad Missiones inflammabat, omnique ope, consilio, opera, precibusque ad Deum fusis cuixe juvabat? An imbecillis, qui usque ad obitum quascumque vel minimas Instituti regulas, devotasque consuetudines religiose adimplevit? An imbecillis, qui quotidie Sacrum seraphico ardore celebrans licet senio, morbisque affectus exacte Rubricas servabat, & ubi pedibus amplius sistere non valuit, quotidie sacra synaxi refici ad extremum usque vitæ halitum voluit? An imbecillis, qui, sympatico suo in Altaris Sacramentum amore cum ætate crescente, ad ipsum octo solidas horas quotidie orans, ac dilectionis dulcedine perfusus insumebat? An imbecillis, qui ad decrepitam usque senectutem extenuatum ætate, laboribus, morbisque corpus, jejuniis, ciliciis, flagrisque cruciavit? An imbecillis, qui heroica prudentia dataque opera eximiam sanctitatem virtutesque suas opportune celabat? An imbecillis, qui a vertice capitis usque ad plantam pedis sanitatem non habens, ne querulam unquam vocem emittebat, sed lætus cum Christo e Cruce pendente compatiebatur? An imbecillis, qui fortis in fide Diaboli tentationibus resistebat? An imbecillis, qui permittente Deo ad sua augenda merita, spiritus ariditate, scrupulisque tamquam aurum in fornace probatus a Moderatorum nutu pendebat, eorumque voce spiritus orisque hilaritatem induebat? An imbecillis denique, ut omnia verbo complectar, qui exercendis heroice virtutibus, cælestibus charismatibus a Deo illustratis, tantam morbosæ suæ, debilique naturæ vim inferebat, ac si Agnus ad aratrum alligatus arare cogeretur; uti perbelle observat Guillelmus Abbas *in vita S. Bernardi lib.* 1. *cap.* 8. ibi = *Videres hominem imbecillem, & languidum conari, & aggredi quæcumque vellet, minus considerare quid posset. Semper enim priora sua nulla reputans majora moliebatur ad non parcendum corpori, ad studiis spiritualibus robur addendum: Corpus suum variis infirmitatibus per se attenuatum, jejuniis insuper, & vigiliis sine intermissione atterendo &c*

Sic

Sic autem affectus, & confectus a communi Fratrum labore &c. vix se aliquando excusatum, seu ab occupationibus, & laboribus ministerii sui. Videbant eum, & conversationem ejus homines Medici, & mirabantur, tantamque vim eum in se ipso causabantur inferre naturæ, ac SI AGNUS AD ARATRUM ALLIGATUS ARARE COGERETUR.

269 Hæc profecto, & alia præterea multa per Testes in *seq. Expositione Virtutum* probata, omnem non modo mentis imbecillitatem excludunt juxta illud Jac. 2. 18. *Ostendam tibi ex operibus fidem meam*; sed etiamsi cetera anteactæ vitæ illustria deficerent exempla virtutum, ea ipsa ad ferendum heroicitatis judicium per sese sufficerent. Et sane; VEL hi præstantissimi, & heroici virtutum actus sanam ostendunt mentem, animæque potentias liberas, & composita lis est; VEL si fingas Ven. Senem *ad eum devenisse statum imbecillitatis, ut animæ potentiæ non amplius liberæ essent* (Animad. §.67.) concedas oportet, tot illos heroicos virtutum actus, quibus postrema vitæ Epoca luculenter abundat (*in cit. Exposit. virtut.*) ab habitibus longo virtutum exercitio acquisitis processisse. Atqui hoc ipsum sufficit, imo *tutius* de virtutibus judicium præbet; Nam *in primis* MICANT, AC SPLENDENT VIRTUTUM HABITUS IN VITA ACQUISITI, QUANDO *nimirum naturalis sensus, & naturales POTENTIÆ tam interiores, quam exteriores* (ut in Animadversionis supposito) *morbi violentia* (vel si vis senectute) *PRÆPEDITÆ IMPEDIUNTUR quominus suas exerant operationes*; ut verbis utar Schacchi apud Bened. XIV. *lib.* 3. *cap.* 38. *num.* 2., qui ad rem subdit, quod = *tunc quosdam actus quasi involuntarios* AB HABITIBUS LONGO VIRTUTUM EXERCITIO ACQUISITIS PROVENISSE NON DUBITAMUS. Quum vero *Virtus sit habitus, & in habitu non in actu, virtutis ratio sit constituenda, ut omnes Philosophi, ac Theologi docuerunt*, ex eodem Schacco *loc. cit.* Ergo vel ipsa falsa Animadversionis hypothesis præclarissimam præberet nostræ Causæ virtutum probationem, si non a libera ratione, sed ab habitu postremæ epocæ virtutum actus processisse contenderet.

270 Quoniam vero argumenta, quæ ad ingerendam hujusmodi imbecillitatis suspicionem quoad postremos Episcopatus annos totidem esse virtutum actus, & superna Charismata ostendimus; sic eadem quoque sunt argumenta illa, quibus hanc prætensam imbecillitatem in postremis vitæ annis Animadversiones conantur evincere.

271 Principio, quo pateat unde prætensam imbecillitatis suspicionem Animadversio hauserit, prænotandum ducimus ceteris innumeris heroicisque virtutum actibus in postremo suæ vitæ stadio a Ven. Viro exercitis præclarissimum item illum accessisse, quo Sanctorum Prudentia ductus a se vanæ gloriæ, & popularem auram arceret, si forte intelligeret, ad se venientes homines, non necessitate, sed ejus potius Sanctitatis admirandæ causa duci, tunc solerter infantilem simulabat simplicitatem: Cum vero, vel Dei gloriæ, vel Proximi utilitatis occasio suppeteret, apposita responsa dabat, angelica monita præbebat, ac sublimi quadam ratione animas dirigebat; ceu fuse Testes probant in *Exposit. virt. pag.* 92. §.69. *& pag.* 137. §.281. *& ex ipso Summar. Obj. pag.* 11. *in fin. ad plur. seqq.* Hanc vero disparem Ven. Senis agendi rationem Animadversio præsensiit non modo imbecillitatis larvam fugare, sed sublimiorem Sanctorum solertiam

tiam, heroicamque Prudentiam præseferre; juxta illud Chrysost. Hom. 62. in Matt. *Hoc est Philosophiæ culmen simplicem esse cum prudentia*: Hinc ad inane illud effugium sese convertit §. 67. quod *Testes, qui cuncta convertere nituntur in commendationem Dei Famuli aliqua, melius dicam, bene multa, quæ in actis prostant levitatis, & turbatæ mentis argumenta perinde habent, ac totidem humilitatis exempla; siquidem volunt eum imbecillitatem simulasse . . . ut solitarie viveret, hominum evitaret concursum, humanas fugeret laudes*. Quid est hoc argumenti genus? A quibusnam quæso imbecillitatis argumenta Animadversio petit? Nonne a Testibus? Aut ergo fides adjungenda iis dum imbecillitatis simulationem probant, aut nulla imbecillitas fuit. Nam Testium dicta scindi, & partim admitti, partim rejici omnia jura vetant. Nostri autem Testes sunt Sacerdotali Charactere, doctrina, experientia, apostolico munere gravissimi, omnique exceptione majores (*Animad.* §. 3.) quinimo singuli ad examen accessere postquam fidem suam sacrosancta juris-jurandi religione obstrinxerant, quæ quidem una omnem affectionis suspicionem erga V. Fundatorem ex *notissimis juribus* arcet; imo vero vetabat, ne iidem Testes ea dumtaxat argumenta proderent, quæ imbecillitatem ostendebant, taciti vero præterirent quæ ejusdem simulationem clare patefaciebant. Præterea quæro, an ii *de proprio judicio* deponant V. Virum imbecillitatem simulasse, *an de facto*? Quotquot sunt de propria experientia factum deponunt, disparem scilicet V. Senis agendi rationem, sanctamque industriam se præbendi imbecillem iis, qui haud consilii causa eum adibant, urgente vero necessitate extemplo angelicos instituendi sermones. Hoc ad *factum* pertinet. An vero sit falsa, nec ne, eorum illatio ex hacce agendi diversitate ducta, quod ejus imbecillitas fuerit simulata, non vera, Vos amplissimi Patres judicate. Si autem verba, & externa signa interiorem hominis mentem ostendunt, præter agendi disparitatem, illud etiam imbecillitatis simulationem evincit, quod ipsemet Dei Famulus antequam Proceres suum cubiculum ingrederentur ad eorum nuncium, *rispondeva modestamente*: che vogliono da me? che vogliono vedere un Uomo scontrafatto, e storpio? = *Soleva dire a coloro che lo servivano nel fargli l' imbasciata: DITE LORO CHE SONO un povero Vecchio SCEMONITO*, e Monsignore è pazzo (*Exposit. Virt. pag.* 137. §. 281.) Erat ne imbecillis, qui jubebat se imbecillem haberi; dici, appellari?

272 Novus certe non est, neque in Sanctorum gestis inauditus hic humilitatis, & prudentiæ actus, quem præcæteris de *S. Philippo Nerio* narrat cum Gallonio apud Bollandos ad diem 26. Maii Benedictus XIV. *Lib. 3. de Canoniz. SS. Cap. 24. num. 12. in fin.* ibi = *Ornavit Deus Philippum summa Prudentia, quæ maxime rebus ad Dei gloriam agendis, atque consiliis dandis eminebat. Hanc ille virtutem, ut occultaret* SIMPLICEM SE STULTUMQUE SIMULABAT, *ut tandem cum Apostolo diceret* = Nos stulti propter Christum = *Hoc ergo unum manibus, pedibusque obnixe conabatur, ut suam Prudentiam specie quadam* ASSIMILATÆ SIMPLICITATIS, ATQUE STULTITIÆ *tegeret*. Et sane S. Philippus non verbis dumtaxat, sed factis se simplicem, imbecillem, & fatuum simulabat, quippe qui inter cetera satis nota, *ut levitatis, & ineptiarum argueretur libros apud se retinebat refertos fabulis, eosque quotiescumque ad ipsum accederent Viri nobilitate,*

prudentia, litterisque insignes, a quopiam e suis lectitari jubebat; sic interea vultu, gestuque se gerens non aliter ac si maximam ex eorum lectione perciperet voluptatem, quod cum præsertim egisset cum quibusdam Polonis Proceribus ad se a Clemente VIII. missis *nullo prorsus de rebus, quæ spiritum saperent addito verbo, viri apud eum parumper commorati sese mutuo intuentes, quod vir sanctus egerat demirati, taciti abscesserunt . . . Omitta quod suos interdum una secum ad currendum ex condicto invitabat, quandoque quis majori celeritate scalarum gradus transcenderet lacessebat: alios rubro pileatus ad colloquendum excipiebat*: verba sunt Baccii in Ejus vita *lib.2. cap:18.* Si hæc Alphonsus egisset, non modo inbecillis, sed fatuus, et amens. Hinc ad rem observat Card. Bona *de discret. spirit. Cap.7. num.5.* = *quod actiones, & verba non in se ipsis considerandu sunt &c. sed ad principium, sive motivum, propter quod sic operatur, & loquitur &c. S. FRANCISCUS STULTUM ALIQUANDO SE FINXIT.*

273 Vehemens itaque desiderium, incensumque Alphonsi studium sese imbecillem habendi spectant illa Testium verba ab Animadversione relata §.68. = *Avendo Iddio voluto secondare i suoi umili desideri con farlo riputare per infatuito*. Dixerat enim Testis (*Proc. Inform. Nuc. fol.*1803. *ter. exadv. cit.*) quod *il Servo di Dio in questi ultimi anni della sua vita PROCURO' farsi stimare quasi stonato specialmente venendo Forastieri, quantunque costa a me d' essere Egli STATO SEMPRE SANO, E RETTO DE' SENSI anche in questi ultimi suoi anni*. Hinc si *DA TALUNI era deriso, disprezzato &c.* (Animad. §. cit.) id eveniebat, non quia is revera imbecillis esset, sed quia *conoscendo che bene spesso veniva altamente stimato compensava con un' altra santa industria questa stima, cioè che dove non bisognava, nè era necessario, si MOSTRAVA semplicetto, imperito, e poco accorta* (Sum.Object. *pag.*11. *in fin.* & 12. *init.*) Hinc si non deerant qui eum existimabant *un Uomo semplice, e poco accorto, e forse anche leggiero*, id eveniebat, quia *quantunque paresse qualche volta, ch' Egli dicesse alcune cose sue, a cose fatte per cagion sua, tuttavia era questo un ATTO DI SOPRAFINA UMILTA', poichè chi bene rifletteva conosceva benissimo, che il vanto cadeva in cose frivole, e che in tal maniera Egli procurava, che non si pensasse ad indagare di vantaggio, e così restassero nascoste le cose singolari, e strèpitose, quali dopo la sua morte si sono andate poi di mano in mano sapendo &c.* (cit. Summ. Obj. pag.12. a §. 1. ad 2.) Illud ergo Testis concludere intendit, tantam fuisse humilis Dei Famuli artem simulandæ imbecillitatis, ut qui uno verborum cortice contenti rei substantiam non advertebant facile fallebantur; secus autem accidebat eis, qui sanctam illius artem apprime noverant; unde Ejus heroicæ Prudentiæ tanta erat tamque pervagata fama, ut nulla obstante simulatione, ad ipsum senem in suo cubiculo consulendum Dinastæ, Proceres, Episcopi, aliique illustres viri turmatim confluerent; in *Exposit. Virt. pag.*94. §.170.

174 Quoniam vero Testis XXVI. *Proc. Inform. S. Agathæ* postquam dixerat, quod V. Senex *si fè vedere negli ultimi anni stolido, e scemonito &c. seppe così portarsi, che anche tale si stimava da noi* (ab iis scilicet, *i quali non penetravano il fondo della sua virtù* (ut in Exposit.Virt.pag.94.§.69.) addit *ma poi non si capiva come in certe*

oc-

occasioni si vedeva retto di sensi, e dare dei sentimenti i più giusti, ed assennati, egregius Censor advertit, quod imbecillitas si non ex organorum vitio, sed a fractis viribus repetatur, *quamvis habitualis sit, tamen non ita semper lædit animæ potentias, ut hæc nequeant per intervalla, licet tarde, suas actiones exercere*: Sapienter dictum, quod ad excludendam imbecillitatem nobis maxime favet. Si enim imbecillitas ex fractis viribus orta non semper lædit animæ potentias; si sua habet intervalla, hæc certe non a voluntate pendent, ita ut tunc accidant, quando imbecilli homini percommodum occurrit, sed pendent a majore, vel minore virium languore. Atqui simulata V. Senis imbecillitas tunc apparebat cum nulla vel Proximi utilitas, vel Dei gloriæ urgebat necessitas; cessabat vero statim ac alteram ex iis causis Dei Famulus agnoscebat, uti præceteteris ipse objectus Testis deponere pergit in *cit. Summ. Object.* pag. 12. §. 3. ad 4. = *Se veniva richiesto in cose di gloria di Dio, o di bene della Congregazione rispondeva adequatamente fuóri di aspettativa, E CON GIUDIZIO TUTTO RETTO, ED ASSENNATO*; Ergo imbecillitas ab humili voluntate pendebat, proptereaque non vera, sed data opera, consulto, & ad nutum simulata.

275 Præviderat iam solertissima Animadversio alterum argumentum ab eodem Teste XXVI. *Proc. Inform. S. Agathæ* allatum ad probandam V. Senis industriam imbecillitatis simulandæ, quod scilicet idem V. Vir Canonico Genchi a se benedictionem petenti responderit: *Nò, spetta a voi di benedire a me, perchè voi siete mio Superiore*. Sum. obj. pag. 12. §. 4. præviderat, inquam, omnem excludere imbecillitatem, proptereaque, licet eventum in suo *objectionali Summario* retulerit, nulla tamen censoria nota prosequitur. Et merito quidem. Nam Canonicus ille erat *Superiore in quel tempo della Congregazione delle Apostoliche Missioni*; huic autem Congregationi V. Alphonsus adhuc Clericus Neapoli nomen dederat, ut in *Summar. Inform. pag.* 90. §. 12. *ac per tot. num.* 8. = Ergo recta mentis illatione dixit Canonicum Genchi suum esse Superiorem.

276 Tantum vero abest, ut imbecillitas ullo modo arguatur ex V. D. Famuli verbis, quod *ALCUNI miei individui mi fanno scemunito, ma però mi fanno scemunito li scrupoli = mi hanno stonato li scrupoli* = Animad. §. 68., ut potius ex iis omnis arceatur imbecillitatis suspicio. Ea quippe verba per se satis clare præseferunt, non habitualem illam, de qua loquimur, imbecillitatem, sed eam animi afflictionem, mœrorem, mentisque evagationem, quam religio scrupulorum inducit, ceu paulo inferius demonstrabimus.

277 Quo vero ex V. Senis etiam actionibus prætensam imbecillitatem arguat Animadversio §. 69. refert aliquos inutile existimasse ei narrare ipsam per epistolam consuluisse *D. Marianna Brianda Carafa Superiora di Napoli nel Monastero di S. Marcellino, che D. Teresina sua Nipote si abbreviava la vita lasciando di mangiare anche il necessario*. Quoniam vero eventus relatio eo tendit, ut Testis probet propriam opinionem fefellisse eos, qui ob simulatam a V. Dei Famulo imbecillitatem, *quasi due anni prima della sua morte* sibi falso suadebant *inutile* Monialis petitionem V. Seni exponere, quo responsum rei accomodatum reportarent; hinc argumentum ipsum, quin nostræ sententiæ obsit, mirifice prodest, & ejusdem imbecillitatis simulationem, instar geometricæ demonstrationis, ostendit. Nam

ei pandita petitione *sul principio finse di non capire*, ubi vero intellexit de spirituali Neptis necessitate agi, *postosi in causa, che la cosa interessava dimandò per prima chi fosse la Superiora; ed avendo inteso, che era D. Brianda RIFLETTE', e disse:* deve obbedire, *ma soggiungendo il P. Costanzo, che scriveva D. Teresina che non facevalo per mortificazione; ma perchè lo stomaco non lo richiedeva, il Servo di Dio RIFLETTENDO disse* = Essendo così, ci vuole un terzo, *volendo dire il Confessore, che mettesse in salvo il comando della Superiora, e l'ubbidienza della Suddita; Sum object. pag.12. in fin., & 13. init.* Quot sane mentis in uno eventu præclarissima monumenta! Ut præcipientem Præsidem audivit, a subdita, quavis mortificationis causatione rejecta, obediendum respondit. Ubi vero percepit, non mortificationis, sed valetudinis causa Neptem haud Præsidi obedire posse, non quidem sententiam ipse tulit, sed rem Confessario definiendam reliquit, qui scilicet physica impedimenta cognoscoeret, eorumque Præsidi pandendi modum eidem suæ Nepti consuleret. Quamobrem recte Testis concludit: *di questi casi ce ne furono in quantità, che chiaramente* (quin verbo sit venia *chiaramente* uti ingeniosa notat Animadversio) *facevano conoscere la sua stolidezza ESSERE AD ARTE*. Sanæ mentis Theologum provoco, qui de hac re consultus magis apposite, magisque docte respondeat.

278 Multo vero minus habitualis imbecillitatis argumentum est momentanea illa mentis evaginatio, qua quum esset in templo *forse fuori di se, chiamò il suo Confessore a voce alta per qualche suo bisogno; ma se gli accostò un Padre, e gli suggerì, che stava in Chiesa &c. ed Egli subito si compose, nè disse altro* Animad. §. 69. Satis enim per se liquet, momentaneam fuisse ina lvertentiam hominis postremis vitæ annis visu laborantis, eamque a suborto improviso scrupulo causatam, quo ipse sanctorum timore actus ne in minimis quidem dilectum offendendi, *chiamò il suo Confessore a voce alta per qualche suo bisogno*. Nisi habitualiter imbecilles appellare velimus, qui rem, non dico sanctam ut Alphonsus, sed studii, sed negocii alta mente volventes, ea meditatione abstracti minus objecta advertunt, juxta comune adagium, quod pluribus intentus minor est ad singula sensus. Intelligens vero Dei Famulus versari in templo, *subito si compose, nè disse altro*.

279 Ultro enim concedimus per postremos vitæ annos ad augenda sui Famuli merita permisisse Deum ejus animam quia sibi placitam, a Cacodœmone suggestione, ac phantasmatibus tentari, necnon molesta scrupulorum cruce tamquam aurum in fornace probari. Negamus vero hujusmodi scrupulos ab imbecillitate duxisse originem, sed natos, altosque fuisse tuemur ab ea, quæ summa erat in illo, Dei dilectione, quaque malebat *piuttosto morire brugiato vivo in una calcara, che commettere un peccato* = ut in Exposit. Virt. *pag.*45., & 46. §.68., & 69. Quamobrem a Cacodœmone tentatione, spectrisque vexatus quidquid culpæ, etiam si minimæ, speciem haberet vehementissime horrebat, & cum Iobo 9.28. *omnia opera sua verebatur*. Ob heroicam vero animi demissionem sibi diffidens, qui ceteroquin anxios, sollicitosque aliorum animos prudentissimis consiliis suis tanta tranquillitate donabat, ut omnes *se ne partivano da lui illuminati, e consolati*: in Exposit. Virt. *pag.*78. §. 141.; sæpius per diem, perquo

que ipsam intempestam noctem Moderatores accibat, a quibus lumen, & quietem assequeretur *Animad.* §.70., & in ipsa *Exp.Virt.pag.45. in fin. & seq.* §.69.

280 Mos hic fuit, & est Sanctorum hominum Sacris Litteris eruditorum Prov.28.14. = *Beatus homo qui semper est pavidus* = ad Philip.2.12. *Cum metu, & tremore vestram salutem operamini* & bene monent S.Gregorius *Moral. lib.5.Cap.6.Sancti Viri sua etiam bene gesta &c. & quæ approbant metuunt &c. de incertitudine operum trepidi, quo gradiuntur ignorant*, & in Epist. 31. lib. 12. *Bonarum quippe mentium est etiam ibi aliquo modo culpas suas agnoscere, ubi culpa non est*. Contenson. Theol. ment. *lib.6. dissert.3. cap.2. specul. 3. in fin. Sancti in hujus vitæ caligine etiam bonas actiones nonnisi trepide operantur*. Et Bened. XIV. *lib.3. cap.30. num. 20.* = *Qui habent conscientiam vere timoratam aliquando culpas agnoscunt ubi culpa non est*; *se* PERPETUO ACCUSANT.

281 Quid itaque persequi refert, quod V. Senex *sæpe sæpius in ejulatus, & lacrymas erumpebat*, quod *si era veduto in procinto di gettarsi da una fenestra* = quod *moveva a compassione*, & similia? Animad. §. 71.) Quid hæc amabo probant, nisi vehementissimos fuisse Cacodæmonis incursus, ac vehementissima resistentia ei V. Senem obstitisse? Sunt hi felices gemitus animæ inter tentationis tenebras suspirantis ad Deum; juxta illud psalm.37. *afflictus sum, & humiliatus sum nimis RUGIEBAM A GEMITU CORDIS MEI: Domine ante te omne desiderium meum, & GEMITUS MEUS a te non est absconditus; Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum & ipsum non est mecum* Et psalm. 68. *Salvum me fac Deus quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam; veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me: laboravi CLAMANS RAUCÆ FACTÆ SUNT FAUCES MEÆ, defecerunt oculi mei dum spero in Deum meum*. Unde S. Jo. a Cruce *in obscura noctæ animæ* lib. 2. *cap.* 7. scribit: *Maxima commiseratione prosequenda est anima, quam Deus in terribili ista, horrendaque nocte collocat, anxiatur super eam spiritus ejus, & turbatur in ea cor illius, magnaque commiseratione digna est*. ac. P. Jo. a Jesu Maria *in suo tract. de orat., & contempl. pag.* 569. *num.* 12. ibi = *Circa tentationes scrupulosas quæ Servos Dei ita quidem interdum vexant, & affligunt, ut INSANIRE DEBERE videantur, & non Novitios modo, verum etiam jam VETERANOS, quin & SUMMÆ DOCTRINÆ VIROS, notandum est &c. tentationem hanc subinde ADEO VEHEMENTEM ESSE, ut FIDEM SUPERET*; concluditque *sic Dei complacitum est Providentiæ, qui talibus hominibus ad MAJUS ipsorum MERITUM tentationis hujus exercitium, quod MARTYRII cujusdam SPECIES EST, immittit*.

282 Si ergo tentationes hujusmodi ita Dei Servos vexant, & affligunt, ut *insanire debere videantur*, nil mirum si V. Alphonsi Famulus ipsi dixerit = *Monsignore finitela, quietatevi; la dovreste finire una volta, perchè voi morirete pazzo: che si dirà nel Mondo che Monsignor Liguori è morto pazzo; va buona questa cosa* (Animad. cit. §. 71.) At Dei Famulus non de mundi judicio, sed de uno Dei placito sollicitus ad hæc heroice suæ Dei voluntati conformitatis responsum dedit = *Il Servo di Dio allora mansuetamente rispo-*

se =

se = e se Dio vuole che io muoja pazzo, tu che dici? Hanc porro heroicam uniformitatem Divino placito in relato responso probe novit Testis XXXIII. *Proc. Ap. Nuc. in Sum. Obj. pag.* 14. §. 8. ibi = *Era così viva, e totale la SOMMISSIONE del Servo di Dio ALLA VOLONTA' DI DIO, che una volta trovandomi io presente &c. Il Servo di Dio &c. rispose: Fratello e se Dio vuole che io muoja pazzo tu che ne dici?* Quemadmodum S. Senex Pachomius Dæmonum spectris vexatus Palladio retulit = *Quum suspicatus essem Deum a me recessisse, quandoquidem tanta in me Dæmon uteretur potestate, potius delegi MORI ABSQUE RATIONE, quam vitio, affectioneque corporis me turpiter gerere*; Ceu refert Bened. XIV. *lib.* 3. *cap.* 30. *num.* 11.

283 Præterire se Animadversio fatetur §. 72. quæstiones illas, quæ de scrupulis in hocce judicio possent excitari, quarum prima foret, an scrupuli proprii sint incipientium, aut proficientium, non vero perfectorum; altera, an ii obstaculo esse possint, quominus de certa, minimeque dubia morali actionum qualitate judicari possit. In iis autem definiendis quæstionibus doctus Censor, *Fateor*, inquit, *me ancipiti animo esse*. Dubitandi rationem ex eo repetit, quod licet Card. Fridericus Borromæus scripserit fieri posse, *ut ipsi etiam perfectissimi scrupulis affecti reperiantur*, idque item confirmet S. Theresia (Animad. §. 73.) tamen in hoc judicio *æquum non est*, ut statuamus Dei Famulo accidisse, non quod *plerumque*, sed quod *aliquando* Deus permittit. Quoniam vero Deo in Servorum suorum corde non pares, similesque semper ascensiones ponere placuit, sed aliorum *sic*, aliorum vero *sic* auget merita pro voluntate, ita fallaci uteremur judicio, si generalem regulam attendentes, ejus limitationem rejiceremus; ac si quis affirmare vellet nullam habendam esse rationem de *Donis* ad arguendam Sanctitatem, contra ac docet *Bened. XIV. lib.* 3. *cap.* 47. *num.* 2. quia ipse cum Theologorum *Comuni* affirmat eadem dona, utpote gratis data, probis æque, ac improbis esse posse comunia (*Cap.* 52. *num.* 2.), vel si quis pari illatione assereret visiones, aliaque similia dona perfectorum propria non esse, quia Deus aliquando vel ipsos incipientes hujusmodi spiritualibus deliciis ad se allicere consueverit. Quamobrem sapientissime Card. Fridericus Borromæus, & S. Theresia docuere non ita certam esse regulam, quod scrupulis afficiantur uni incipientes, ut fieri non possit, quod etiam *perfectissimi*, Deo id permittente ad virtutum, ac meritorum incrementum, iisdem excrucientur. In nostra facti specie, non modo Summarium, sed *ipsa Expositio virtutum* actuum exhibet *HEROICITATEM* illius, quem Deus per scrupulos tamquam aurum in fornace probabat. Ergo affirmare non possumus quod fuerit incipiens, sed perfectissimus: ideoque, rejecta generali regula, limitationem amplecti cogimur.

284 Illud tamen me vehementer recreat, quod egregius Censor addit §. 72. *vanum esse hasce pertractare quæstiones dum loquor in cl. Theologorum conventu, qui in hujusmodi disputationum genere magistri sunt, & doctores*. Quid profecto jucundius nobis accidisse umquam poterat, quam eos appellare Judices, qui in hujusmodi disputationum genere magistri sunt, & doctores? Res enim in vado est, ac prorsus inutile Theologorum sententiis nostra jura tueri. His ergo prætermissis, una proferemus Sanctorum exem-

pla,

plà, quæ clarissimi hujus Theologorum conventus de hac re sententiam in propatulo ponunt, quosque memorat Benedictus XIV. *lib.* 3. *Cap.* 30. *num.* 20. *ad fin.* ibi = *Legimus nonnullos Sanctos scrupulorum tentatione fuisse dum viverent vexatos; inter quos præcipue recensentur SS. Dominicus, Bonaventura, Ignatius, Maria Magdalena de Pazzis, & Catharina Januensis.* Missis vero aliorum Sanctorum virorum exemplis, quo recentiora afferamus, habemus illud doctissimi *Beati* Card. Thomasii, de quo *in Sum.* illius Causæ hæc habentur = *per lo spazio di tanti ANNI, cioè di CINQUANTA più, o meno, che vestì l'abito religioso portando SEMPRE l'anima crocifissa DA SCRUPOLI* pag. 262. §. 55., & prius pag. 57. §. 115. = *Era grandemente molestato da scrupoli, e perciò si confessava spesso, ed alle volte* RITORNAVA *dal Confessore quando si riconciliava, e* POI RITORNAVA PER MOTIVO DI SCRUPOLO, *gli diceva, che andasse a celebrare, che non era niente; ed una volta vidli, che questo vecchio suo Confessore con qualche segno* D' IMPAZIENZA *gli disse: Andate, andate,* CHE SIETE UN PAZZO, *che non ci è niente.* In Summario item Ven. Francisci Olimpii, cujus virtutes heroicas declaravit sa. me. PIUS VI. die *X. Augusti an.* 1783. legitur *pag.* 71. §. 8. quod = *Non era mattina che non stesse per spazio d'un'ora quasi più, o meno col suo P. Confessore per* ACQUIETARSI DALLI SCRUPOLI, *che lo travagliavano, e perciò* GIUDICANDOSI SEMPRE COLPEVOLE, *difficilmente* POTÉA QUIETARSI, & prius pag. 69. §. 25. *Essendo travagliato da scrupoli grandemente anche di sottilissimo penziero onde* APPORTAVA GRAN MOLESTIA ALLI CONFESSORI SUOI, *ed io l' ho confessato cinque anni in circa &c.* In novissimis autem Animad. hujusce Causæ V. Olimpii animadversum legimus *pag.* 6. §. 15. quod is *erat numquam timore vacuus, numquam vanis illis conscientiæ suæ stimulis non obnoxius, idque non primis quidem Religiosæ professionis annis dumtaxat, sed ad* ULTIMAM *usque* SENECTUTEM: *obiit enim fere octogenarius,*

285 Ergo res jam judicata est, jam hujus doctissimorum Theologorum conventus sententia prodiit, non unos incipientes, & proficientes, sed *perfectissimos* quosque scrupulis, ita Deo ad eorum augenda merita permittente, esse obnoxios. Ergo lata sententia est scrupulos non impedire quominus de certa, minimeque dubia morali actionum qualitate judicari possit. Neque illud obstat, quod Animadversio veretur, *conscientiam scrupulosam componi haud posse cum Sanctitate, quæ firmitatem cordis supponit, vigilantiam, & sollicitudinem sine anxietate imperturbabiliter, & constanter incedendi &c.* Confundi enim non debet timor ille, quem conscientiam lato sensu scrupulosam assolet comitari, cum timore, qui cum sanctitate, & conscientia recte scrupulosa componitur. Hic timor *filialis* est; ille *servilis*. Tantum vero abest, ut filialis timor cum sanctitate, seu charitate componi nequeat, ut ab ea ipsa proficiscatur; ceu observat Augustinus *in* 1. *Joh.* 4. *Tract.* 9. *in psalm.* 118. *Serm.* 25. §. 7., & *in lib. ad Honoratum, seu Epist.* 140. §. 53. ibi = *Perfecta Charitas foris mittit timorem, sed illum servilem, illum quo cum se quisque ab opere malo abstinet, pœna terretur, non justitia delectatur, non illum, quo timet anima, ne amittat ipsam gratiam; quo timet ne Deus eam deserat, etiamsi nullis dolorum cruciatibus puniat. Hic*

timor

timor castus est, non eum Charitas elicit, SED ADSCISCIT; De illa quippe scriptum est: Timor Domini castus permanens in seculum seculi; Et in lib. unic. de Virgin. §.39. = ubi quod servilis timor *non est in Charitate: iste autem castus non recedit a Charitate. Illum timarem Charitas foras mittit: cum ista* INTROCURRIT.

286 Hinc una omnium Theologorum sententia, certissimus canon, tutissima norma, atque regula est, ad ferendum judicium, an scrupulosa conscientia recta ne, an secus fuerit, ut exquirantur, & considerentur effectus; juxta illud Matth.7. 20. *Ex fructibus eorum cognoscetis eas*. Inanes enim scrupulos, conscientiamque non recte scrupulosam comitantur, suaque sponte sequuntur inconstantia, mutabilitas mentis, instabilis volubilisque operatio, tepiditas, omnis boni taedium, ac diffidentia de Dei bonitate; de quibus post *Gersonium*, *Trithemium*, *Marcantium*, aliosque Bened. XIV. *cit.cap.*30. *num.* 20. ibi = *Inaniter scrupulosi comitem habent mentis incastantiam, pusillanimitatem, tepiditatem, & omnis boni taedium. Optime Frassen Philosoph. Tom. 4. &c. dixit conscientiam scrupulosam dividi in RECTAM, & PERVERSAM &c. ac conscientiæ scrupulosæ, & perversæ effectus esse inconstantiam cogitationis, instabilitatem operationis, & diffidentiam de Dei bonitate.*

287 Agnosce nunc ex fructibus qualis Alphonsus fuerit; ex operibus ejus agnosce conscientiam, an perverse, vel recte scrupulosam. Cum ejus timore confer heroicos Virtutum actus in ultimo senio ad obitum usque exercitos, quos exhibet *Expositio Virtutum*. Confer, an diffidentiam de Dei bonitate exhibeat, an potius inter ipsos tentationum, & scrupulorum incursus proposita sibi Christi merita, firmamque in iis repositam spem, quam hosti vigil opposuit, qua vigil vicit, vigil ipsum fugavit; in cit. *Expos. pag.* 37. §. 55., *& tit. de spe.* Confer an ipse Elenchus boni tædium, & operis instabilitatem exhibeat, vel heroicam perseverantiam cum delectatione conjunctam; *Summ. pag.* 602., *& seqq. num.* 27. *de perseverantia per tot.*

288 Audio tamen ab Animadversione §. 73. huic quæstioni *non esse locum in Causa, quam agimus, quia scrupulos in Famula Dei praecessisse puto a quadam Corporis habitudine, animi, mentisque imbecillitate &c.* Finge ita accidisse; Sciscitor tamen quonam modo Alphonsus tentanti Diabolo restitisset? Restitit tamen semper; quemadmodum uno ore, tum Confessarii, tum domestici omnes fervidas suas protestationes inter Sathanæ incursus auditum admissi testantur in ipso *Sum. Obj. pag.* 14. *init.* §. 7. *in fin.* & 8., *pag.* 16. §. 14. *ad* 15. *pag.* 17. *per tot.*, ac fuse *in Expos. Virt. pag.* 30. §. 44. *pag.* 37. §. 55., *pag.* 120. §. 236. Quomodo, inquam, restitit, si imbecillis? Nonne ad resistendum Diabolo exquisita vigilantia, solertia, mentis promptitudine, ac fortitudine opus est? juxta Petri monitum 1. 5. = *vigilate, quia adversarius vester Diabolus tamquam Leo rugiens circuit quærens quem devoret, cui resistite fortes in fide*, Et Matth. 26. *vigilate, & orate ut non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.*

289 Sciscitor iterum, si scrupuli a mentis imbecillitate prodiissent, fuissetne in potestate V. Servis, eos ad voluntatis nutum deponere, & abinducta anxietate cessare? Cessabat tamen statim ac Confessarii vel voce, vel scripto a scrupulis, ab anxietate cessare jubebant; ceu

ipsi

ipsi de facto proprio deponunt *in cit. Exposit. Virt. pag.* 107. §. 205., *& pag.* 108. §. 226., *& seq.* = Ergo scrupulorum causa ab imbecillitate repeti nequit, sed ab uno, ut diximus, filiali Dei timore, heroicaque in Eum dilectione.

290 Sciscitor tandem, earnam hujusmodi scrupuli, atque phantasmata utpote a corporis habitudine, mentisque imbecillitate genita, non eo vehementius Seni obversata fuere, cum corpus, destitutis jam viribus, animæque potentiis morbi violentia præpeditis, dissolutioni proximum erat? Non ita tamen. Imo *dove prima veniva agitato da scrupoli &c. appena fu sorpreso dalla sua ultima infermità questi CESSARONO, e si vide il Servo di Dio* IN UNA TRANQUILLISSIMA PACE *sino alla morte; onde domandato da me nella sua ultima infermità* SE AVEVA SCRUPOLI, RISPOSE DI NO; inquit postremus Ejus Confessarius in *Exposit. Virt. pag.* 143. §. 325. *tit. de Obitu*, ubi omnes Testes sancte deponunt, Eum per postremos dies sensibus perfectissime pollentem omnes virtutum actus exercuisse, ad B. Virginis intuitum, speique actus sibi jam elingui suggestos cælesti dulcique subrisu affici, totaque facie splendoribus coruscare vidisse.

